8.14.D.34

DE RVINIS GENTIVM ET REGNORVM ADVERSVS IMPIOS POLITICOS

LIBRI TRES VLTIMI

AD

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

S. R. E. Cardinalem

PETRVM ALDOBRANDINVM.

Auctore

THOMA BOZIO EVGVBINO.

Presbytero Congregationis Oratorij.



48

ROMÆ,

Apud Gulielmum Facciottum. M. D. XCVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Expensis Regijs Villalpandus.

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISS. S. R. E. CARDINALI

PETRO ALDOBRANDINO.

INTELLIGENTIAE cæleſtes perfectiſſima charitate ardentes Deum ſummum reſpiciunt, atque ad ea procreanda, quæ in ipſo intuentur, orbes ſuperos mouent, Dei potentiam, ſapientiam, bonitatemque per huiuſmodi effecta multis modis repreſentare nobis contendentes; vt etiam nos hac ratione ab omni inordinati amoris labe puri Deum contemplemur, & in huiuſmodi effectis eum ſtudeamus alijs exhibere cognoſcendum, & ſimili modo imitandum. Quod ſi à terrenis cupiditatibus expediti, altiſſima ferentes in oculis animi ſinguli efficerent, ſane quidem feliciſſimi omnibus in rebus eſſemus, cælum ad terras, cælites ipſos ad homines adduceremus. Quin ipſi iam ſuperùm vitam traducentes inter ipſos verſaremur. Id vt fieret Chriſtus Deus, atque Homo Vicarios diuiniſſimæ poteſtatis ſuæ reliquit Pontifices Romanos Petri ſucceſſores. Horum munus eſt, ſummo amore, quo genus humanum benigniſſimè amplexentur, inflammatos aſſiduè Deum contemplari, quod Chriſtus à

momento ſuæ conceptionis continenter egit, atque in Deo contēplando, ſpirandaque illius amantiſſima charitate defixos, haud tamen ab agendis maximis deſiſtere, ſed oracula ſacra fundere, & ad peragenda ſanctiſſima, & iuſtiſſima quæque impellere ſapientiſſimos viros ſibi aſſiſtentes, veluti Deo Chriſtoque aſſidentes Angelos & Beatos. quemadmodum & Moyſes totus in diuinitate conſpicienda Aaronem fratrem ad explendam Dei voluntatem mouebat. ſic noſtra ætate conſpicimus Clementem Octauum diuino amore ſuccenſum quotidie verſari in obtutu cæleſtium, Tibique Ampliſſime Cardinalis altiſſima iuſſa viſa, & examinata explicare, quæ nobis deinde perficiens Deum præteferas. ac ſicut olim Petro Clemens aſſedit, ita viciſſim nunc aſſideat Clementi Petrus. Hinc bonorum temporalium felicitatem pendere conſtans eſt omnium ſapientum conſenſus, omnium rerum teſtificatio, humanam beatitudinem ſcilicet e bonis animi, corporis, atque externis conſlatam exiſtere in terris à iugi contemplatione cæleſtium, ſempiternorumque amore, ad quæ nos religio ſancta conformat. Quod cum ſuperioribus libris totius Philoſophiæ, Theologiæ, Sapientum, naturæ denique ipſius teſtimonio multiplici, & euentis omnium Regnorum, Gentiumque vſque ad Chriſtum fuerit à nobis conſignatum, ſequentibus comprobamus Eccleſiæ Chriſti futuram maximam temporalium bonorum fælicitatem teſtificatione Chriſti, Apoſtolorum, Prophetarum, rationum, Conciliorū, ſummi cuiuſque, ac ſancti viri, Pontificū, Imperatorū, demumque euentis omnium regnorum, quæ ſunt à Cōſtātino vſque ad ætatem noſtram. quin ex quo Chriſtus Eccleſiā Petro, ac Petrus tum aliis, tum Clementi commendauit, vt merito hæc Clementi Pontifici, tibique Petro dedicentur cōſona nomini facta iungere conantibus, Congregationiſque noſtræ primarios viros honeſtantibus. Deus autem vobis optimam mentem conſeruare in omnibus, à ſuperis nunquam mentis oculos deflectere, atque ad peragenda cuncta humano generi fructuoſiſſima ſemper deducere cum diuturna lucis vſura benigniſſime largiatur.

SANCTISS.^MO PATRI, ET D. N.
CLEMENTI VIII. PONT. MAX.

RELIGIO per actus ſuos diuinæ ſapientiæ ſeruientes eſt finis; Beatiſs. Pater, efficiẽs aliquo modo, ac forma felicitatis humanæ, non illius tantum, quæ in ſolis animi bonis conſiſtit; ſed illius etiam, quæ in bonis corporis atque externis, quæ temporalia dicuntur: ex vniuerſis nanq. iſtis ea conflatur. Homo enim conſtat animo, & corpore ſimul. Cum religionem dicimus, de vera loquimur. nam falſa eſt impietas, ac ſuperſtitio. Quod vero illa ſit hominum cauſa his libris manifeſtiſsimum facimus om-

ni genere probationum. Quod ſi quis velit ſecus A
aſſerere, neceſſe erit, vt loquatur contra omnem
partem Philoſophiæ, ac Theologiæ, contra omnium
ſapientum decreta, contra totius naturæ
conſenſum; ac refragabitur Ethicæ, Politicæ, Phiſicæ,
ac Metaphiſicæ doctrinæ; repugnabit ſcriptis
doctiſsimorum virorum, dictis Imperatorum,
ac Regum maximorum; aduerſabitur ſapientibus B
omnium celebrium nationum, Iuriſconſultis, Medicorum
Principibus, Hiſtoricis, ſummis quibuſlibet
viris, euentis omnium gentium, & regnorũ.
Oportebitque, ſi verum dici à ſe cupit, vt Orbis
hic totus pereat, alius ordo naturalium rerum diſſimilis
huic, qui eſt, atque contrarius inſtituatur.
Et quando factum reddi infectum non poteſt, non C
tamen fiet, quin à religione extiterit fælicitas temporalium
bonorum. Enimuerò peruerſitas hominum
facit, vt ordo bene inſtitutus peruertatur,
temporalia bona malis adſint ad breue tempus, &
pariant grauiores ærumnas, ruinam ducant gentes,
& regna, excidantque ab omni proſperitate,
quæ in iuſtis ſolummodo perſiſtit, à malis longe
fugit. Idcirco cum vera religio maximè opprimetur, D
neque filius hominis, vt Chriſtus prædixit,
Luc. 18. inueniet fidem in terra, tunc corruent non modò
populi, ſed Orbis quoque hic aſpectabilis totus;
qui labefactatur, atque ex parte corruit, cum
labefactatur & concutitur aliqua ex parte vera religio;

ligio: qnod certiſsimis euentis clariſsimè probatur. Atque hoc eſt, quod Iuriſconſulti in leges retulerunt, ius ſtatus, (quo nomine paſsim nunc Politici vtuntur) ante omnia conſiſtere in ſacris, & ſacerdotibus; quorum nomen ob id ſibi tribuere contendebant. ijdemq; ſanxerunt, primum Iuris gentium præceptum eſſe religionem, quæ parentibus, patriæ, vitæque ipſi præponatur. Quæ cum vera ſint, conficitur ex illis, alia dominia non tolli à dominio ſummi religionis Præfecti, verum ſingula ſubijci illi dirigenti, & ordinanti cuncta in Deum, qui operatus eſt, atque operatur vniuerſa propter ſemetipſum; atque ideo vult vniuerſa ad ſe referri; atque vt perducantur, efficit omnia. referuntur autem per religionem, religioniſq. Præſidem primum à norma illius non aberrantem. Diximus non tolli, ſed ſubijci. nam licet eiuſdem rei non poſsint eſſe inſolidum duo domini, tamen alteri alterum dominium ſubijci poteſt, veluti vtile, ac directum. Cum vero non ſubijcientur hæc dominia Pontifici maximo religionis, quatenus ab hac non declinat, ac propterea contra inſtitutum Dei ingenitum rebus ob illam creantis cuncta, & gubernantis, fiet; tunc deficiente bonorum, rerumque omnium, quæ generantur inter homines, fine, generatio protinus omnium finietur inter ipſos, totuſque mundus propter illos in Deum prouehendos factus conſumabitur. Nam

L.1.§.hui* D.de iuſt. & iu.

L.veluti. D.eo.

Prou. 16.

Deus

Metaph. Deus mouet, inquit Ariſt. intellectus, ac deſide-
12.tex.36 ratus, nec moueret, atque ideo nullo modo tot, ac tanta generarentur, niſi intelligeretur, atque amaretur: ad quę nos mortales religio ſancta perducit. Tunc etiam facta erit illa diſceſsio ab obedientia Primæ Sedis, ac ſinceræ religionis, quam
2.Theſſ.2 S. Paulus prædixit, qui conuenientiſsimè deſcribit, quibus gradibus ad tantas ruinas deueniatur his
2.Tim.3. verbis ad Timotheum ſcribens, in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſcelesti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, ac voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita. Ex his enim ſunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam peruenientes. quemadmodum autem Iamnes, & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Hæc Sanctus quatuor gradus, qui fiunt ad ruinas, proponens, quorumlibet ſcilicet peccatorum, ſimulatæ pietatis, ſchiſmatis, hæreſis. Igitur, vt quæque gens abſcedit à vera pietate, ſimul etiam ſenſim procul fit à temporalium

bono-

bonorum fructu. Pedetentim verò ſolent nationes ruere, quod non continuò ſinceram religionem repellant, ſed paulatim; ſuperiorumq. à quibus gentes originem ducunt, merita adhuc durent. definit S. Thomas, qui magis, ac minus abſcedant à germana pietate: Omnium maxime remotos tradit eſſe hæreticos, quorum cuncta lugemus ab efferatis gentibus vaſtari, ac deleri. Hos Iudæi ſequuntur, qui licet anguſtijs multis concludantur, hæreticos ad extremum duratione vincunt. Poſt hos numerantur variarum gentium Populi. verum Deo proximi omnium ſunt Catholici, qui tamen in eadem ſpecie peccati grauius delinquunt, & grauioris idcirco pœnæ ſunt rei, quàm ſuperiores. vt mirandum nullo modo ſit, ſi incidant in varias aliquando ærumnas: actumque de his foret, niſi ſanctiſsimi inter ipſos viri eſſent, qui caſus ruentium populorum ſuſtinent, ac merentur à Deo, ne ſubuertat illos; inopia ſua comparant ijs diuitias; at ignominijs, quas patiuntur ab inſipientibus & cæcis, honores gētibus ſuis acquirunt; doloribus denique, in quos ſæpè conijciuntur, honeſtas illis voluptates adipiſcuntur. Sic enim Chriſtus fundamentum totius Orbis, & exemplar eminētiſsimum virtutum, propter vos, inquit ſcribens ad Corinthios Paulus, & alloquens cunctos, egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. Rurſus idem de ſeipſo Apoſto-

2.2 q.34. art. 3.

1.Cor.4.

lis,

2.Cor.9. lis, eorumque ſimilibus, nos ſtulti, ait, propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto, nos infirmi, vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles. Hæc Apoſtolus. Enimuero, vt tantum argumentum ſumeremus tractandum, quod à nullo videmus illuſtratum, cum ſit innumeris obſcuritatibus inuolutum; dederunt aliqui occaſionem, perpuleruntq; longè alia molientem, quæ ſuos pietatis, & iucunditatis fructus continere videbantur. Sed in hiſce conſcribendis, ne quid me deciperet, neque amore erga me animio forſan afficerer, librũ huiuſmodi priuſquam ſinerem venire in apertam lucem doctiſsimis legendum dedi, illorum iudicium perquiſiui. Poſt hæc auſus ſum proſtratus ad pedes Sanctitatis Tuæ offerre illum. Deberi namque eum religionis ac virtutum, quibus adeo fulges, Præſuli Primo, tum res ipſa, tum vero illud ſpeciatim demonſtrat, quod Congregationem noſtram mirificis in totius Orbis cõſpectu modis ornaſti. Cuius quando infimus ſum, fretus aliorum magnitudine, meritiſque infima hæc dono offerre non dubitaui, quæ læto vultu excipere, ac nobis benè dicere, ac precari digneris.

ARGVMENTA CAPITVM TOTIVS OPERIS.

Liber Primus.

PROEMIVM.

CVncti ſapientes cenſuerant ſine Virtutibus nullam dari humanam felicitatem. norma virtutum ſumitur à Religione, ac Deo culto. qualem quiſque Deum, ac ſuperos colit, talis eſt atque ipſe. Inde omnia bona animi, corporis, atque externa procedunt. qui ſint exemplo Dei omnium beneficentiſſimi in humanum genus, per quos ſlent Gentes, ac Regna.

Cap. I.

MVndus nõ fertur caſu, aut fortuua: ſed ab intelligentia gubernatur. inſcienti multa forte contingunt. quæ præuidẽtur à peritis. Inquiritur, quid ſit in cauſa vt aliqui corruant de improuiſo, paulatimue a bonorum temporalium fælicitate: & qui ſit illorum finis, efficiens, ac forma.

Cap. II.

Inquiritur, traditur atque explicatur definitio felicitatis, quæ eſt actio perfecta in vita perfecta ſecundum perfectam virtutem, idcirco illius eſſentia eſt in operatione virtutum: & qnamuis contineat bona corporis, atque externa, vt inſtrumenta, tamen qui ſuperat vel minimo virtutis gradu eſt præſtantior eo qui ſuperat alijs bonis.

Fælici-

Cap. III.

Fælicitas eſt duplex actiua & contemplatiua. Illa huic ſeruit, hæc Deo contemplando, illa virtutibus comparandis & exercendis occupatur. Ad vtriuſque ſummum perueniunt Heroes, virtutibus cunctis excellentes, ac Deo propinqui.

Cap. IIII.

Sine auxilio Dei ſpeciali ad perfectas virtutes nemo peruenire poteſt. mens appetit aliquo modo videre Deum per eſſentiam, quod fieri nō poteſt abſque gratia infuſa. maxime felices agnoſcunt ac ſequuntur impulſus diuinos.

Cap. V.

Gratia, qua peruenitur ad perfectas virtutes, eſt habitus infuſus, & in time ciens. felicitas habetur à nobis magis amando, quam in contemplando Deum. Quæ contingunt poſt mortem, pertinent ad fælicitatē.

Cap. VI.

Bonorum corporis atque externorum copia non eſt neceſſaria ad fælicitatem: ſed, cum ſint inſtrumenta, tantū eorum eſt neceſſarium, quātum requiritur ad virtutes. qui eſt pari virtutum gradu, ſed ſuperat externis bonis, quoad eſſentiam non eſt fælicior; ſed quoad additamenta.

Cap. VII.

Cuilibet neceſſario facienda eſt iactura inferioris boni, vt acquirat ſuperius. ſemper bonis aduerſantur mali ac ſpoliant eos minoribus bonis, qualia ſunt externa.

Cap. VIII.

Deus permittit externis & corporis bonis exui bonos vt eorum ſublimitas appareat, ac locupletentur mox eiuſdem generis maioribus quorum ſex ad eos pertinentia recenſentur.

Cap. IX.

Imperfecti indigent externorum bonorum maiori abundātia ne corruant omnino ab omni loco fælicitatis, præterea vero egent vt innitantur perfectis.

Cap. X.

Homo quatenus eſt virtutibus præditus in primis autem religione, ac ſapientia eſt cauſa finalis omnium rerum ſenſibilium ac propterea etiam temporalium bonorum.

Cap. XI.

Probatur ex officijs ſingularum virtutum, ipſarum poſſeſſores eſſe cauſam efficientem magna ex parte temporalium bonorum, quæ ab hominibus poſſidentur.

Iuſti

Cap. XII.

Iuſti ſunt bonorum temporalium cauſa meritoria, & moralis, quæ reducitur ad efficientem.

Cap. XIII.

Mali, cum viuentes aliquid boni, quamuis valde exigui, agant, merentur & ipſi aliquod, licet exiguum, ſi comparetur ei, quod boni merentur.

Cap. XIV.

Ex Antiquorum communi omnibus more, quo ſeſe deuouebant, ad auertendas a ſuis pœnas diuinitus ob admiſſa flagitia infligendas, oſtenditur à virtutibus exiſtere temporalem felicitatem.

Cap. XV.

Actio perfecta eſt cauſa formalis humanæ fœlicitatis, quæ nulla eſt alia, niſi recta Dei contemplatio, & dilectio. per eam temporalia nobis impertiuntur fœlicitatem. quod cuiuſmodi ſit, late explicatur.

Cap. XVI.

Referuntur quinque humanorum cætuum diſcrimina, eſt quibus appa ret, qui proprius, aut longius abſint à virtutibus; Deoque contem plando, & amando.

Cap. XVII.

Expenduntur ſummatim temporalis fœlicitatis euenta, quæ contigere, quinque cætibus memoratis, Impiorum, qui vel athei ſunt, vel di uinitatis hoſtes, Hæreticorum, Iudæorum, Infidelium, Catholicorum, Primi tamen cætum nullum certum conſtituere potuerant.

Cap. XVIII.

Non defuerunt vnquam ſapientes in orbe. referuntur, in quibus conuenirent celebriores gẽtes, quoad religionẽ. Religionis veræ ſummo Præfecto cuncti ſunt obligati obedire in omnibus, cum ſint omnia referenda ad illam. Perfectioni acquiſitæ, & exercendæ haud repugnat, ſed expedit multas opes communes habere ad virtutem.

Cap. XIX.

Comparatio fit inter paria condicionis eiuſdem. Quamobrem ſi quæratur, qui feliciores in temporalibus bonis, boni, an mali, Reges cum Regibus; plebeii cum plebeiis; feliciſſimique cum feliciſſimis conferendi ſunt. In omni autem gente neceſſe eſt adſint ſummi, mediocres atque infimi. alioquin ſtare non poſſet.

Liber Secundus.

Cap. I.

E multis diuinæ ſcripturæ locis oſtenditur, bona temporalia pendere a virtutibus, ac religione, & cætus bonorum, feliciores eſſe, quam malorum.

Cap. II.

De Platonis ſententia felicius eſt ſocietati bonorum quoad bona temporalia, quam malorum. & in optima Republica, ac Regno ſacerdotium præeſt.

Cap. III.

Ex Ariſtotelis ſententia feliciores ſunt boni, quoad bona temporalia, quam mali; & in optima Republica ſacerdotibus primæ ſunt dādæ.

Cap. IV.

Medicorum principes ſummi teſtatum ſcriptis ſuis reliquerunt, temporalium felicitatem diuinitus potiſſimum diſtribui bonis, ac per hos ſtare vrbes, ac gentes, iccirco ad Deum in primis confugiendum, quod fit per religionem.

Cap. V.

Aegyptiorum ſapientiſſimi decreuerunt, à virtutibus temporalium felicitatem pendere, ac Religioni, Religioniſque Præfectis iccirco primas eſſe dandas, quod hinc pendeat orbis totus.

Cap. VI.

Sapientes Aſsyriorum, Perſarumque iudicauerunt a virtutibus exiſtere temporalium felicitatem, Religionique ac religionis Præfecto, vt bene ſit Reipublicæ, principatum deferendum.

Cap. VII.

Romani exiſtimauerunt propter pietatem concedi à Deo bona temporalia, ſacerdotumque poteſtatem voluerunt eſſe omnium ſupremam.

Cap. VIII.

Omnes gentes conſenſerunt, temporalem gentium felicitatem pendere à religione, eique primas, & eius Præfectis dandas, atque in hoc eſſe ius ſtatus; quod Iuriſconſulti in leges Romanas retulerunt, de quorum ſententia idem dicendum.

Cap. IX.

Argumentis à Philoſophia morali deſumptis probatur, bonum corporis,

poris, atque externum pendere à virtute; ac denique ab ipſa Religione.

Cap. X.

Rationibus politicis oſtenditur à virtutibus, ac religione eſſe temporalem felicitatem, ac proinde Religionis Præfectis deberi primas.

Cap. XI.

Rationibus à philoſophia naturali deſumptis, confirmatur, bona temporalia non poſſe conſiſtere abſque virtutibus ac religione, atque ob id in primis deberi illa ſummo religionis moderatori.

Cap. XII.

Rationibus Metaphyſicis oſtenditur, gentium, regnorumque felicitatem ſtare per virtutes ac religionem, harumque ſtudioſos, ac præfectos.

Cap. XIII.

Certiſſimis euentis hominum flagitioſorum, gentiumque & regnorum generaliter commemoratis, oſtenditur ruinam duci à temporaliũ bonorum felicitate, ob vitia & impietatem: ſecus autem ob virtutes & religionem; vt propterea maximè huic, eiuſque vero Præfecto ſit obediendum.

Cap. XIV.

Experimentis intimis, quæ nemo non percipit in ſemetipſo ſingulis momentis bene, aut male operans, concluditur non eſſe felicitatem temporalem inter malos, ſed inter eos tantum, qui cum Deo ſunt coniuncti.

Cap. XV.

Cum mali non puniuntur in terris, aut puniri non poſſunt ab ordinarijs iudicibus Deus illos punit plerumque improuiſo, atroci, & grauiori modo, vt appareat temporalem felicitatem, non poſſe cum viuentibus malis commorari. quod ita eſſe concluditur etiam de ſententia hiſtoricorum.

Cap. XVI.

Cum boni haud perducuntur ad temporalium felicitatem modis ordinarijs atque vſitatis Deus ſolet eos promouere extraordinarijs, atque inuſitatis, quod probatur aſſertione hiſtoricorum, communi omnium ſenſu, maximi Philoſophi & Imperatoris.

Cap. XVII.

Ex hiſtoria omnium rerum naturalium, gradibuſque earum manifeſtum ſit, bonorum temporalium felicitatem non poſſe eſſe ſine virtutibus ac religione, ac felicius bonis eſſe, quàm malis, eo, quo diximus, modo.

Liber

CAPITVM.
Liber Tertius.

Cap. I.

ENumerantur progreſſus temporalium bonorum, quos vna cum progreſſibus religionis fecerunt Abraham, Iacob, Ioſephus, Hebræus populus in Aegypto, ac denique Moyſes ipſe.

Cap. II.

Recenſentur incrementa, & ruinæ, quas vna cum religionis, aut contemptu, aut cultu fecere Iudæi, ex quo ſunt egreſſi ex Aegypto, vſque ad regem conſtitutum, reiecto contra Dei voluntatem Sacerdote.

Cap. III.

Quamuis datus fuerit Hebræis rex, ſuprema tamen omnium poteſtas remanſit apud ſacerdotes, quod multis probatur. Dauidi, ac Salomoni, tum maxime temporalia bona cælitus data, cum præcipuos religionis actus ediderunt. Stabilitas illorum tunc Hebræis conceſſa, cum ſtabilitas religionis extitit inter ipſos.

Cap. IV.

Omnes Iudæ Reges ſigillatim recenſentur, ac pro cuiuſque pietate, aut impietate, contigit illis, aut felicitas, aut infelicitas temporalium bonorum. Conferuntur deinde inter ſe ſinguli quoad imperium, amplitudinem, diuturnitatem, obitum, cæterumque euenta.

Cap. V.

Enumerantur omnes reges Iſrael, eorumque euenta expenduntur dein, ſubiectis decem, ac tribus obſeruationibus, apertiſſimum fit à vera religione pendere omnem temporalem felicitatem.

Cap. VI.

Quam diu ſtetim imperium Chaldæorum, & Perſarum, ſunt à Iudæis ijdem facti felicitatis temporalis progreſſus, ac religionis. recenſentur vtriuſque octo gradus.

Cap. VII.

Narrantur euenta temporis, quod fuit ab euerſo Imperio Perſico vſque ad Machabæos. eorumque felicitatem proceſſiſſe vna cum religionis ſtatu; explicatur.

Cap. VIII.

Referuntur octo gradus, quos vna cum religione Iudæi fecerunt ad recipiendam maiorem temporalium bonorum copiam, quoad amplitudinem

tudinem regionnm ipſis ſubiectarum & æquam gentium nobiliſſimarum ſocietatem.

Cap. IX.

Explicantur cauſæ; ob quas Iudæi, familiaque Aſſamonæorum decidit ab omni felicitate, recedens à recto cultu religionis, & quos gradus impietatis fecit, eoſdem fecit infelicitatis.

Cap. X.

Explicantur gradus felicitatis ac religionis, aut contra, quos Herodes, ipſius genus, ac Iudæi fecerunt extincta agnatione Machabæorum, cum tamen adhuc cognatio ſupereſſet.

Cap. XI.

Referuntur euenta fœlicia liberorum Abrahami, quos è Cetura ſuſcepit.

Cap. XII.

Narrantur euenta fœlicia liberorum Abrahami, qui ab Iſmaele, Eſau, vel alijs ſunt prognati.

Cap. XIII.

Breuis epilogus eorum, quæ dicta ſunt.

Liber Quartus.

Cap. I.

GRadus quibus gentes excidunt à religione & tēporalium felicitate, duo ſunt, illudere parentibus, vbi labuntur in aliquod crimen, & gloriam propriam quærere. Semi poſteritas, quæ nam fuerit, & quæ gentes prognatæ ab illa, magis religioſa à principio ac proinde magis abundauit felicitate temporalium bonorum.

Cap. II.

Referuntur loca, in quibus conſederunt liberi Iapheti & euenta quædam generalia, e quibus concluditur illos fuiſſe feliciores in temporalibus, quam poſteros Chami, veluti magis religioſos.

Cap. III.

Poſteritas Chami minus religioſa Semi & Iapheti poſteritate, & minus felices terras eſt ſortita, & breui venit in horum poteſtatem.

Cap. IV.

Gentilibus non erat ad æternam ſalutem circumciſio neceſſaria, modo rectè alioquin de rebus diuinis ſentirent, ob id multi è Gentilibus

lilibus illam ſunt adepti. ac celebrioribus gentibus maior veritatis lux effulſit.

Cap. V.

Poſteritas Iapheti latiſſimè dominata eſt, cum nondum receſſiſſet à vero Dei cultu prolapſis iam magna ex parte poſteris Semi, ac maiori poſteris Chami, quos orti à Semo, & Iapheto ſubiecerunt imperio ſuo.

Cap. VI.

Græci à Iapheto oriundi Aegypto olim priſcis temporibus dominati ſunt, ſimiliter & nepotes Abrahami terras Africæ imperio tenuerunt, cum Aegyptus & Affrica a poſteris Chami inhabitaretur, hique à vero Dei cultu abſceſſiſſent.

Cap. VII.

Enumerantur octo euenta antiquiſſimorum temporum, è quibus aperitur, felicitatem temporalium bonorum pendere à recto religionis cultu.

Cap. VIII.

Enumerantur octo tempora, quibus veræ Religionis cultores male habiti, aut exagitati & ad interitum vocati ſunt, ſimulque totum genus humanum videtur ad interitum fere perductum, vt appareat, ab illis orbem pendere.

Cap. IX.

Recenſentur maximæ calamitates, quibus oppreſſi ſunt cuncti mortales, quo tempore Iudæi fuerunt exciſis Hieroſolimis, in Babylonica ſeruitute.

Cap. X.

Ennumerantur quinquaginta quatuor nationes, à quibus Hebræi ſunt vexati, & quæ ad internecionem deletæ fuerunt.

Cap. XI.

Aegyptus, quæ prima & maxime à vero religionis cultu deſciuit, & maxime illius cultores appreſſit, omnium maxime Regibus exteri ſanguinis paruit, & calamitatibus innumeris eſt afflicta.

Cap. XII.

Babylonij, qui poſt Aegyptios maxime infeſti fuerunt veræ religionis cultoribus, poſt eoſdem maximis ſunt cladibus afflicti, & oppreſſi.

Cap. XIII.

Quibus pœnis impij pios oppreſſerunt, eiſdem ſunt illi multo miſerabilius a Deo puniti.

Cap. XIV.

Per quæ pios impij contenderunt extinguere, per eadem ſunt ipſi diuinitus ad interitum miſerrime vocati.

CAPITVM.

Liber Quintus.

Cap. I.

TRia tempora memorantur, quibus Perſa temporalium bonorum felicitate floruerunt, cum ſcilicet pietati ſeruiere, à qua deſciſcentes exciderunt ſimul ab omni felicitate.

Cap. II.

Referuntur duo tempora, quibus Niniuitici Reges temporalium bonorum felicitate præſtiterunt, rectæque religioni, aut eius cultoribus fauere, ac ſomnia Cteſiæ Cnidij refelluntur.

Cap. III.

Oſtenditur Babylonicos Reges veræ religioni aut eius cultoribus ſtuduiſſe, cum maxime temporalium bonorum felicitate præſtiterunt, ac falſa quædam confutantur.

Cap. IV.

Tria Aegyptiaci regni felicia tempora memorantur, quibus Aegyptij vel Aegyptiorum reges minus abfuerunt a vera religione & aliquibus diſcuſſis plurima falſa confutantur.

Cap. V.

Tria tempora, vel potius duo referuntur, quibus Aethiopes late dominati ſunt, ac minus à vera religione abfuiſſe videntur.

Cap. VI.

Explicantur tria tempora, quibus Græci temporalium ſelicitate maxime floruerunt, minuſque à vera pietate abfuerunt, quam cæteræ gentes.

Cap. VII.

A quibus condita fuerit, noua Tyrus. Eius tria tempora fælicia, quibus aut rectam religionem fouit, aut eius cultores, ac totidem, quibus contra egit, explicantur.

Cap. VIII.

Duobus temporibus Carthaginenſes maxima ſunt potiti felicitate, ac minus à vera religione abfuerunt, à qua recedentes in multas ruinas inciderunt.

Cap. IX.

Referuntur gradus, quibus Romani corruerunt in impietatem, cladeſque, quibus ob illam ſunt afflicti & contra.

Cap. X.

Imperia quælibet tunc ad ſummum peruenerunt, cum ſinceræ religioni, aut veris eius ſectatoribus fauerunt.

** Antiqui

Cap. XI.

Antiqui Reges in moderandis ampliſſimis imperijs vias humano conſilio conuenientiſſimas ad illa conſeruanda, aut perquam maxime dilatanda viſi ſunt inire. Verum cum fuerunt hæ contrariæ pietati ſinceræ, per eas conciderunt.

Liber Sextus.

Cap. I.

Chriſtus, vt homo, præpoſitus eſt omnibus rebus creatis regendis ac propterea melius eſt poſt eius reſurrectionem, non modo hominibus, ſed omnibus etiam rebus. optimus eſt enim gubernator, & quid pertineat ad optimum gubernatorem.

Cap. II.

Oſtenditur è dictis ſanctorum & aliorum, atque ex euentis apertiſſimis poſt Chriſtum felicius eſſe quoad temporalia toti Orbi terrarum, quam prius.

Cap. III.

Tria dedit Eccleſiæ ſuæ potiſſimum Chriſtus, vt errare non poſſit in ijs, quæ ſunt eternæ veritatis vniuerſali lege ſanciendis; habeat ſemper ſactiſſimos viros, ac ſummum pontificem, qui in vniuerſalibus æternorum ſanctionibus haud erret, nanciſcatur.

Cap. IV.

Afferuntur argumenta, quibus comprobatur in Eccleſia futuram largiſſimè temporalium bonorum copiam & ſummum temporalis felicitatis culmen.

Cap. V.

Poſt argumenta adducta adducuntur prædictiones prophetarum, quibus prænunciatum fuit Eccleſiæ Chriſti futurum temporalis felicitatis culmen.

Cap. VI.

E dictis Chriſti, Apoſtolorumque ipſius confirmatur Eccleſiæ Chriſti futuram ſupremam temporalium bonorum felicitatem.

Cap. VII.

E ſignis & cladibus, quæ contingebant Orbi terrarum, cum vexabatur ab impijs olim Chriſti Eccleſia, comparationeque Imperatorum quo ad mortem, & ignominias & Pontificum Romanorum, palam fit à bonis pendere temporalium felicitatem, infeliciuſque fuiſſe ante Conſtantinum Romanis Imperatoribus, quam Pōtificibus Romanis quò ad vitæ diuturnitatem, mortem, & honores.

Cap. VIII.

E collatione ſenatorum, nobilium, plebeiorum, diuitumque gentilium & Chriſtianorum, ante Conſtantinum, comprobatur illos fuiſſe infeliciores, quoad vitam, honores, opes & tranquillitatem, in quibus eſt potiſſimum felicitas temporalis.

Cap. IX.

Eccleſia Chriſti ſiue ſanctorum quo magis opprimitur, eo magis dilatatur quoad numerum & denique etiam quoad bonorum temporalium felicitatem, quod Propheti js, ſanctorum dictis & euentis comprobatur.

Cap. X.

Teſtimonio S. Auguſtini comprobatur, malis plerumque temporalia mala, bonis autem bona contingere, ac ſancti Thomæ, bonis dari bona temporalia vtilia ad virtutes.

Cap. XI.

Vniuerſalia concilia multis in locis teſtantur bonorum temporaliũ felicitatem dari à Deo regibus ac Regnis ob rectæ religionis cultum.

Cap. XII.

Teſtimonia ſanctorum Eccleſiæ Doctorum.

Cap. XIII.

Teſtimonia aliorum Sanctorum.

Cap. XIV.

Teſtimonia Pontificum Romanorum.

Cap. XV.

Teſtimonia Imperatorum, Regumque Catholicarum idem probantia.

Cap. XVI.

Teſtimonia Imperatorum, Regumque impiorum, aut Gentilium cum ſanæ mentis fuerunt, idem probantia.

Liber Septimus.

Cap. I.

TRia tempora referuntur, quibus imperium Romanum magis eſt viſum felicitate temporalium florere, ac magis etiã religioni veræ, & eius Præfectis fauit, & contra.

Cap. II.

Octo temporibus Orientale imperium maxime felix fuit, ac maxime ſimul religioſum, alias infælix.

Cap. III.

Quinque temporibus regnum Germanię tempotalium felicitate præſtitit,

tit,

tit, ac ſimul ſtuduit ſinceræ pietati, a qua toties excidit, cum ſimul excidit à vera pietate.

Cap. IV.

Proponantur quatuor tempora, ac tres obſeruationes, e quibus dignoſcitur, tunc Hiſpaniæ feliciter fuiſſe, cum pietatem germanam magis eſt amplexata, à qua recedens contrarium ſortita eſt.

Cap. V.

Septem tempora, decemque obſeruationes adducuntur, è quibus palam fit, Gallicanæ nationi, ac Regijs eius genealogijs feliciter tunc fuiſſe, cum veræ religionis, præfectoque ipſius adhæſit, & ſecus, cum contra.

Cap. VI.

Regni Anglici Britanniæque quinque tempora afferuntur, ſeptemque obſeruationes ſubijciuntur, è quibus manifeſtum fit tunc feliciter illi fuiſſe, cum veræ religioni fauit, ac Pontifici ſummo.

Cap. VII.

Dania tribus temporibus maximè præſtitit temporalium bonorum felicitate, quibus amplexata eſt maxime ſinceram pietatem.

Cap. VIII.

Poloniæ quinque tempora afferuntur, quibus, quoad bona temporalia, maxime excelluit, ſimulque pietati veræ magis adhæſit, & contra.

Liber Octauus.

Cap. I.

ANte Conſtantinum Chriſtiani feliciores erant gentilibus quoad vitam, opum mediocrium ſecuritatem, cæleſtes honores defunctis exhibendos, amicos, amplitudinemque auctoritatis, ac poteſtatis ſacræ.

Cap. II.

Pontifex ſummus, cæterique huic ſubiecti pontifices, virique ſacri, quoad bona temporalia ſunt longe feliciores alijs huiuſmodi alienarum gentium.

Cap. III.

Imperatores noſtri fuerunt, quoad bona temporalia feliciores imperatoribus gentilium, comparanturque in his ſummi ſummis, & infimis infimi.

Cap. IV.

Confertur Othomanica familia cum Auſtriaca & Turcica natio cum Chri-

non ornat, amplificatque ex omni parte? Deus igitur ita cum ſuis ſimilibus aget, ac propterea nemo non illi ſimilis eſſe contendet, & quos ipſe amabit ſui ſimillimos reddet, & qui amabunt illum viciſsim, quam ſimillimi conabuntur ei fieri. Quocirca id cauendum, quemnam colamus Deum, quem contemplemur, ne Bacchum, Veneremque ſectati potu noſmet, ac cibo obruamus, ſepeliamus, ac diſtenta pecora efficiamur eſu luxuque perditi. Quod ſi Deum nobis proponamus amantiſſimum generis humani, beneficentiſsimumque ſupra omnes, atque in omnes, qualem profecto Chriſtum volumus extitiſſe, qui Deus, idemque homo eſt, ac Dei filius, optime ſine dubio noſtra omnia procedent. ab amore enim beneficentiaque eſt, quidquid in terris boni inuenitur, ab odio contra prorſus eſt, quidquid eſt vſquam mali. Nec niſi amoris defectu res quelibet deſinunt eſſe, aut eſſe non incipiunt. Hinc igitur omnium gentium, regnorumque extremæ ruinæ, vt aliquis conijcere, & colligere aliquo modo e ſuperioribus poteſt. Ex his etiam cõfici videtur, virtutes eſſe, & haberi in numero virtutum, quatenus perducunt homines ad amandum, contemplandumque Deum, quod in Eudæmiorum fine, Ethicorumque Ariſtotiles ſcriptum reliquit. A fine enim ſumitur modus eorum, quæ prouehunt ad illum. Deus autem proponitur nobis contemplandus, ac fruendus. ex aſsidua namque contemplatione fructuque illius impellimur, vt diximus, ad illius exemplar imitandum, quod omnes virtutes eminentiſſime præfert, amantique inſerit. iccirco virtutes tam ſpecioſo nomine decorantur, ac bonæ ſunt, quod per illas, quo aſpiramus, appropinquemus; in Dei ſimilitudinem transferamur, eique connectamur ſummo & ęterno bono, ac fonti omnium bonorum animi, corporis, atque externorum. Sicuti magis incaleſcunt, qui ſunt igni viciniores; ac velocius mouentur orbes, qui primo è ſuperis orbi, quod primum mobile vocatur, ſunt propinquiores. ac recte Architas Tarentinus agens, de bonis animi, corporis, atque externis; maioribus, inquit, bonis adſunt, quaſi milites ſtipatores minora bona, amicitia quidem, gloria, ac diuitiæ corporis, & animi bonis, ſanitas autem robur, ac ſenſuum vigor animo; prudentia, fortitudo, temperantia, ac iuſtitia menti animi; mens denique Deo. Hic enim præſtantiſsimus, ac princeps eſt. huicque reliqua bona preſto eſſe oportet. etenim exercitui præeſt Imperator, nautis Gubernator, mundo Deus, ani-

mo

Ethic. 10. cap. 8. mo mens. Hæc ille conſona veritati, vt præclare dixerit Philoſophus, Dei operatio, quæ beatitudine eminet in contemplatione conſiſtit. Humanarumque actionum, vt quæque huic ſimillima eſt, ita ad beatam vitam conſtituendam plurimum valet, & mox. Dijs enim immortalibus omni vita beata eſt; hominibus autem, quatenus ſimulacrum aliquid talis operationis habent, reliquorum vero animalium beate nullum viuit, quoniam nulla eſt eis contemplationis communitas; quam longe igitur, lateque funditur, ac pertinet contemplatio, tam longe, & beatitudo, & in quibus ineſt contemplandi aſſiduitas, ij ſunt & beatiores, neque id fortuito, ſed ex contemplatione ipſa. Hæc Philoſophus de homine virtutibus exculto, ac referente illas ad contemplanda diuina. conſentit his illud: Nam ſuperæ mentes, & intelligentiæ mouent orbes cæleſtes, à quibus omnia naturalia gignuntur ob amatum, contemplatumque Deum; quod ille Metaphyſico duodecimo notauit. Tex. 36. Quo circa nos illis aſsimilari, dicet aliquis, in efficiendis noſtris, ſi actiones noſtræ ab eadem cognitione, & amore procedant. Tunc noſtræ ſtabiliratis aliquid, efficaciæque, ac boni denique habebunt, ſiue quoquo modo ad corpus referantur, ſiue ad animum, ſi ab amato, & contemplato Deo dimanent. Iam ſi & felicitas humana in vniuerſum, & ſpeciatim bonorum temporalium, quæ illius eſt pars tenuior, pendet à virtutibus, virtuteſque à religione, ſequitur in optima Republica ac feliciſsima gente, ac regno primas omnino dandas religioni, ac religionis Summo Præfecto. Quod ita faciendum cenſuere omnes gentes: & earum nonnullæ id maxime fecerunt. Amplius autem, ſi conſtituendus eſt nobis, qui colatur Deus, cælitumque, & Sanctorum cætus beneficentiſsimus, atque ab omni labe puriſsimus, conſentaneum fuerit ob amorem Dei, ac ſuperorum ſummo habenda à nobis odio, & ad nihilum redigenda, quæcumque ijs aduerſantur, ac proinde imprimis impij, ceterique magis, ac minus impijs viciniores. quod ſi agamus, quomodo conſtabunt inter ſe beneficentia, quæ proficiſcitur ab amore, & beneuolentia, & mala his vele, moliri, ac perficere? repugnantiam præſeferunt hæc inter ſe, ac pauciſsimi ſunt, qui non in multa, ac ſæpe etiam magna ceciderint errata aliquo vitæ ſuæ tempore. Rectè diſtingui ſolet: amandam naturam, ſcelus eſſe exterminandum: Quod nihil aliud eſt, niſi vt homines, quantum

fieri

fieri poteſt, ſaluos velimus, ac tueamur, vt per nos viuant. operam tamen omnē demus, vt abiiciant ipſi vitia, quibus irretiti tenentur, ac virtutes induant, inſerantque animo penitus, & ad opera efficienda perducant. Sanctiſsime igitur Eccleſia Catholica ſolet arcere ab altari, qui vel necarint hominem, vel eius membrum truncarint, aut volentes, ac ſcientes fuerint in cauſa, vt hoc eueniret. quod ſi aliquos oportet occidi, neque voluntatem ſpecialem, neque executionem cædis admittit illa in hominibus ſacris. Curiæ, vt vocant ſæculari, noxii traduntur, vt iudicet eos ipſa, & caſtiget. bellaque omnino neceſſaria dimittit aliis adminiſtranda. Alioquin ſuis Eccleſia pœnis quicumque ſunt nocentes, mulctat; atque iis potiſsimum, quæ maxime conferunt ad euellenda vitia, virtuteſque adipiſcendas. Hinc tot hominum religioſorum conuentus, quorum licet aliqui declinent à ſummo virtutis, fuere tamen ſemper, ac ſunt qui cunctis humanis contemptis in faſtigio totius ſanctimoniæ conſiſterent, nulloſque non traherent in admirationem, & imitationem virtutum, vel quoties ipſis aggregantur, vel aliquo modo obſecundant, neque præcipites in ſcelera feruntur, aut ſaltem non ſunt intemperati. Ad quæ perficienda deligi ſolent, qui laudibus virtutum, Sanctorumque concinendis, monitis quotidianis, concionibus, & peccatorum confeſsionibus audiendis, pœnis ſalutaribus expient animum, viaſque honeſtatis doceant, & quodammodo libentiſſimos compellant inire. Quod ſi qui ſunt præfractiores, expellit ipſos Eccleſia e cætu ſuorum, diris execrationibus deuouet, inteſtabiles eſſe decernit, & indignos, quos aliquis alloquatur, niſi quatenus reſipiſcentiæ locus daretur. Verum percipiuntur hæc ſenſu: Illud fide, cui reſpondent euenta generalia, inſpirari diuinitatem precibus, aut aliis rebus ſacris, & piis, qua flectantur animi præfracti, molliantur obdurati. Quod ſi Deus omnium rerum fabricator omnia gubernans, & ordine ſuo diſponens eligit aliquos, ac vult eſſe qui ob maximam vitæ ſanctitudinem precibus valeant auertere ab hominibus impendentes, ac meritas calamitates, nihilque durum, & acerbum refugiant, vt iis diuinam gratiam, vimque intimam, qua ſolus Deus animum noſtrum peruadere, & quocumque vult ducere poteſt, concilient ad extirpanda vitia, virtuteſque propagandas, ii profecto ſunt, qui, & beneficentiam maximam, vitiique odium ſimiliter maximum præſeferunt, ac proinde

Deo,

Deo, cælitibuſque ſunt quam ſimillimi, & proximi, ac ſunt omnium bonorum, quæcumque ad animum, vel corpus pertinere poſſunt, artifices admirandi. Per hos ſtant gentes, ac regna, per hos amplificantur temporalium felicitate, ac mirabiliter efflorefcunt. Quin hi videntur omnium maxime bellicum robur in acie iuſta, iuſtas ob cauſas neceſſario pugnantibus immittere, victoriamque ipſis adiudicare, quamuis neminem ſpeciatim velint interfectum, doleant quemuis occiſum, quantum fieri datur in amore, & beneficentia perſiſtentes. ſed iſta forſan aliquis in vniuerſum dicta à ſapientibus, licet maxima ratione pronuncientur, non admittet. caſu ferri alter inſcius dicet. Igitur ipſam quæſtionem proponamus, ac veritatem modis omnibus in apertum proferamus, atque explicemus. Hæc vero ſummatim præfari, & dicenda quodammodo adumbrare libuit, Ampliſsime, & omnium virtute laude florens Cardinalis, cuius liberalitate ad omne bonum propenſiſsima, ac publicæ vtilitatis, totiuſque humani generis amantiſsima eſt factum, vt hæc elaborare poſſemus, aditum nobis aperientes ad inquirendum an male ſtatuerint omnes ſapientes, qui decreuerunt hominem non poſſe ſine virtutibus, ac religione eſſe felicem, & abſque illis temporalium felicitatem non dari, adiicientes Præſidibus ſacrorum primas deberi, à vera amicitia, maximoque amore contineri Gentes, & Regna.

Chriſtiana. Et aperitur, quanto ſit hęc illa longe fælicior.

Cap. V.

Comparantur Sinenſium Reges, ſiue Chinæ cum Auſtriacis, eorumque Populi cum noſtris Chriſtianis, atque oſtenditur hos eſſe multo fœliciores.

Cap. VI.

Conferuntur cognationes Heraclidarum, & Mahometis, cum noſtris quoad felicitatem bonorum temporalium, & noſtros longe illis feliciores eſſe aperitur.

Cap. VII.

Eccleſia Chriſtiana eſt inſtar Reip. & Romanæ comparata aperitur quanto ſit noſtra felicior, quoad temporalium bonorum fœlicitatem.

Cap. VIII.

Confertur Veneta Reſp. cum Carthaginenſi, Genuenſis cum Athenienſi, Florentinaque cum Lacedæmone, quoad temporalium bonorum felicitatem, & quanto ſint exteræ inferiores, aperitur.

Cap. IX.

Cum Martyres fuerunt in aliqua regione ex indigenis, qui vitam profunderent vltro pro conſeruanda inter ſuos ſincera religione aduerſus hæreticos ibi vigentes, ea Regio non eſt data in poteſtatem barbarorum; ſecus vbi defuerunt Martyres. Quod ſcilicet fœlicitas temporalis pendeat a religionis veræ cultu & amore.

Cap. X.

Excidunt à felicitate temporali homines, quod non ament inter ſe, verum diſcordijs diſſoluantur, ac pereant. Nulluſque hominnm cætus eſt, qui magis amet inter ſe, quam Chriſtianorum, qui intellectum fide vna, voluntatem charitate diuina arctiſſime coniungunt, præcipiturque ijs àrdentiſſimus amor, qno ſe ſuaque communicent. iccirco non excidunt à temporali felicitate.

Cap. XI.

Exemplis, ac rationibus oſtenditur, amore populorum, Ciuium, domeſticorumque inter ſe contineri, ac ſtare temporalium bonorum felicitatem, ac proinde legem Chriſti eſſe accommodatiſſimam ad illam parandam, quod amorem maximum iubeat, ac præſeferat.

Cap. XII.

Maxima patientia, quam Lex Chriſti imperat, non minuit bellicum robur, idque auctoritate, exemplis ſimilitudinibus, rationibus, & euentis comprobatur.

Cap. XIII.

Obiecta ſummatim confutantur, aut potius confutata oſtenduntur ſupra ſuis locis. propoſitumque confirmatur.

ILLVSTRISS.^MO^ AC REVERENDISSIMO S.R.E. CARDINALI BENEDICTO IVSTINIANO.

Procœmium.

Cunčti ſapientes cenſuerunt ſine Virtutibus nullam dari humanam felicitatem. norma virtutum ſumitur à Religione, ac Dei cultu. qualem quiſque Deum, ac ſuperos colit, talis eſt atque ipſe. Inde omnia bona animi, corporis, atque externa procedunt. qui ſint exemplo Dei omnium beneficentiſſimi in humanum genus, per quos ſlent Gentes, ac Regna.

SApientum nemo, Benedicte Iuſtiniane Cardinalis Ampliſſime, eſt auſus affirmare humanam felicitatem dari abſque virtutibus, ac Religione, quemadmodum ſine hac ab orbe condito, nulla legitur hucuſque natio coijſſe in vnum. Sic nemo fælix abſque illis conſtitiſſe ſibi, ac ſuis rebus vnquam memoratur. Clemens Alexandrinus nominatim Stromatum libro

ſecundo, plurimos Philoſophos enumerat: E quibus alij ponebant alijs in rebus humanam felicitatem. Conueniunt tamen in hoc omnes, non eſſe illam ſine virtutibus. Quibus quidem Religio tanquam regina, primariaque ſapientiæ diuinæ, qua Deo cognito, & amato proximè inhæremus, ancilla præſidet, iubens, vt ad Deum nos perducant, eique obtemperemus. Ipſe Epicurus,qui quaſi excors, & pecus inter ſues à Philoſophis relegatur,voluptatem, cui primas humanæ beatitudinis dabat, aſſeruit abſque virtutibus ſtare non poſſe. Experimentis quotidianis, ac certiſſimis Ariſt. Politici ſeptimi initio demõſtrat ſine Prudentia, Iuſtitia,Fortitudine,Temperantia,bonum temporale nullum dari. Plato eadem probat in Euthydemo. Quæ nos fuſius aperuimus hoc libro. Id omnes perſpiciebant, ipſa corporis bona,atque externa ſine virtutibus,neque dominis eſſe diuturna, neque quamdiu ſunt illis, afferre vllam felicitaté; ſed maiores miſerias,& ærumnas. Vt autem dignoſcamus vias, quibus ad virtutem peruenimus,atque ijs conſtanter inſiſtentes recta perducamur vel ad ipſam temporalium felicitatem, religionis eſt munus, vt aperietur; per quam nos, & noſtra ordinantur ad Deum colendum, quem ſibi finem quamuis remotiorem conſtituunt omnes virtutes, atque idcirco religioni Deum propius attingenti ſubijciuntur, ac parent imperanti. hæc normam virtutum præſcribit,exẽplar diuinitatis proponens,quod non modo intueamur, ſed intimo penitus amore inflammati in illud conformemur cogitatis,dictis,ac factis, atque ita eminenter nobis omnia ſiue obſiſtant, ſiue obſecundent ad extremũ ſubijciantur, & aliquo modo hanc nobis felicitatem pariamus, atque artifices temporalium bonorum ſimus. Videndum nobis eſt igitur maximè,quem nobis, qualemque vel Deum conſtituamus, vel proximos ipſi Deo, quos propter hunc magis aut minus colamus. Quilibet enim maiores imitari ſtudet, ac ſolet, veluti filius patrem,diſcipulus magiſtrum,atque,vt aiebat ille, à maiori boue arare minor diſcit. Quamobrem ſi bello, cædibuſque gaudentem Deum nobis,aut Deo quam coniunctiſſimos proponamus colendos, tales quoque mortales efficiemus, ſanguinarios, homicidas, truculentos, quemadmodum contigit Getis Martem potiſſimum, vel Mahometanis Mahometem diuino honore proſequentibus. Homo namque illi ſe ſe aſſimilare contendit, quem maximè honorat: quod nemo ſit, qui non aliquo modo naturaliter velit honorari,ac magni fieri,aut eſſe.

Quod

Quod ſi Venus impura, vel Mahometes incontinens Dei loco ponatur, tales profecto euadent homines, quales ij, quos venerantur. Ac nemo non componit ſe ad illius ſimilitudinem, qui præeſt, ac regit, ſiue vt aſſequatur imaginem, quando ipſam rē non poteſt, ac ſi negetur, vt præſit, ac regat, hac ſibi ſaltem via placeat, ſemet ipſum fallat, in vmbra cōquieſcat; ſiue quod imitentur cuncti, quos habent in admiratione. Ac propterea cuncti appetunt ſimilitudinem diuinam, quod generatim cunctos ad ſe alliciat diuinitas. id maxime cauendum duntaxat, cui tribuamus illam, quæ fugit oculos, ac ſenſus noſtros. alioquin incidemus in grauiſſima errata, ac damna. Nam, & cui maxime noſmetipſos, ac noſtra ſubijcimus, ad illum maxime conformamur, ſicuti lignum transfertur in flammas igniſque naturam, cum ſe ſe illi ex omni parte ſubiecerit, ac totum tradiderit, eodem modo qui ſe ſe alicui tamquam Deo totos dedicauerint, qualem ſibi illum propoſuerint, tales & ipſi efficientur, ſi cupidum regnandi, ac propter hoc neque parcentem parenti ſuo, vti Iouem fingebant, aut filios perdentem, vti Saturnum, tales erunt ſcilicet parentes, & filij, qui ſe ſe inuicem fugent, atque conſumant. Quod ſi fiat, actum eſt de Gentibus, ac Regnis, vt iure antiqui Romani fabulas huiuſmodi impietatem continentes exterminarint, quod Dionyſius Halycarnaſeus narrat, & Græci peſſimo ſtatu fuerint, quamdiu ſecuti ſunt illas, quod medijs temporibus contigit ab Homeri ætate vſque ad Perſicos Reges, nam primis veræ diuinitatis aſſertiones nondum fuerāt ex animis hominum deletæ, ac poſtremis Philoſophi abiecerūt, & abijciendas docuere, vt aperiemus. Etenim, quod vehementer cogitamus ad illud non poſſumus non maxime affici, ac propendere; & quod animum ſæpe pulſat, vix eſt, vt non peruadat, aut etiam non perrumpat. nullus vero eſt actus, qui ex intimis animi partibus magis procedat, ac magis inhæreat, quàm Religionis, quod ſi felicitas humana perficitur diuinorum contemplatione; ſi quidem ſtatuamus Deum, cui ſit aliquid imperfecti, vt priſci ſtatuebant, & nos manci erimus, atque ad infirmiora propenſi. inſculpitur enim penitus animo imago ſemper illi adherens, atque infixa intimo, & aſsiduo cogitatu, vt totum trahat ad ſe, inficiat, & quocumque ſe conferat, ſequentē propellat. Iam quomodo diſsimiles illi eſſe vllo modo volemus, à quo bona cuncta expectamus, atque expetimus? Nam ſui ſimilem quis non amat? Quis beneficijs maximis, ac plurimis

non

DE RVINIS GENTIVM, ET REGNORVM ADVERSVS IMPIOS POLITICOS.

Liber Primus.

Mundus non fertur caſu, aut fortuna: ſed ab intelligentia gubernatur. .. inſcienti multa forte contingunt, quæ præuidentur a peritis. Inquiritur, quid ſit in cauſa, vt aliqui corruant de improuiſo, paulatimve a bonorum temporalium fœlicitate, & qui ſit illorum finis, efficiens, ac forma.

Caput Primum.

A PRopoſitum nobis eſt examinare, nunquid a vera religione vel recte culta, vel minus contempta pendeat fœlicitas temporalium bonorũ. Qua in re modeſtiſſime quidem, ſed tamẽ vere viſus eſt ille philoſophus antiquos aliquos nomine ſapientum celebres vocaſſe ebrios, cum ſcriptum reliquit Anxagoram præ illis ſobrium reputari. Nam cum putarent ipſi mundum fortuna vel caſu ferri, contra is aſſeruit ab intelligẽtia gubernari. Ac ſane ignorarunt illi quid ſtatuerent, aut de quo diſputa-

Met. l. 1. ſumm. 2. c. 2

rent. Nam cum mẽtis hoc ſit, præſtituere finem, & ad hunc perducentia ſeligere, ac propterea conſequi optatum. Caſu vero, & fortuna contingere id ponatur, quod raro euenit, & cuius cauſa non in illo, cui contingit, ſed extrinſecus aduenit; quis excors mundum caſu agi dicet? fortuitò accidit, vt fodiens agrum neſciens incidat in theſaurum; quin etiam, ſi rimetur illum, cum tamen vix fiat aliquãdo, vt e decem millibus foſſorum pauci, quãuis id cupiant, quamuis inquirant, tamen inueniant, idcirco fortunatum, qui reperit, appellamus. Quod ſi plerique aut conſulto, vt accidit in fodinis, nanciſcerentur, temerè hoc euenire, nemo dicere auderent. Sic enim nullus affirmat forte, verum conſilio euenire, vt qui aliquo certa via, ſuaque tendit, eò perueniat. Iam vero cognoſcimus vniuerſa in mundo certis, atque vſitatis modis progredi, & conquieſcere. Quod ſiquid improuiſum contingit, atque inſolitum, rariſſimò id exoritur, & ſuas tamen habet cauſas, quæ nobis hæc infima tantum contuentibus, & aperta, ignotæ erunt, ſed tamen acutioribus intelligentijs perſpectæ. Quemadmodum nouit reciprocos maris æſtus nauta exercitatus, ac peritus; nouit qui venti ſpirabunt; ignorat omnino, ſi quis degat in ſpeluncis, ac ſi vndis hic ſe committat, & aliquo peruenire abſque nautica diſciplina cupiat, forſitan pertinget æſtu, aut ventis delatus, quò deſiderat, ſed plerumque aberrabit, aut naufragium faciet; non ita, gnarus artis maritimæ, qui ſciens inſtituit ſuam nauigationem, locum certum reſpiciens, eò dirigens vela, & clauum, ac pene certus aſſequens propoſitum ſibi finem. Sic Aſtrologus multa præuidet, atque, vt præuidit, ſua ſic inſtituit, vt qui olei plurimum comparauit ſterilitatem venturam ex aſtris proſpiciens, quod fortuitò poterat emptori alicui contigiſſe. Atque ita in orbe multa ſuboriuntur incognita, & inexpectata mortalibus, quæ ſuperis mentibus non modo prouiſa erunt, ſed ab ipſis etiam prudentiſſime inſtituta, & ordinata. His poſitis, quis vnquam dicet mundum caſu volui? Circumſpice enim quæſo, & contemplare ſolem, cunctaque aſtra nõ agitari ſurſum deorſumue, hac vel illac deuijs modis, & curſibus, verum certiſsimis omnium moderatiſsimiſque itineribus. Hinc notiſsima noctium dierumque, menſiuin præterea veris, æſtatis, autumni, atque hyemis curricula, & interſtitia. Quæ ſi temere fierent, neque plerumque, neque ſemper euenirent, ac fortunæ caſuiue aſcriberentur. Vt aliqua illorum viſa, & euenta attribuit imperitus

Ariſt. Phyſ. l. 2 tx. 61. & ſequentib.

A B C D

A tus, quoties aliquid ab illis improuiſum ſibi, ac ſuis rebus obtingit, quod ſciens ac proſpiciens nullo modo effuciet; ac veluti in altiſsima ſpecula poſitus, lõgiſsime remota circũſpicit, ac certiſsimo cognoſcit aduentantia fore, vt breui adſint huic, illive termino, quod accidit improuiſum poſito in humili valle, & itineris ignaro. Sic in excelſo mentis faſtigio conſtitutus, ac ſapientię radijs illuſtratus, procul poſita cõtuetur, alius autem neque præſentia caligine circumfuſus aſpiciet. Quod ſi non de naturalibus hiſce, ac noſtram poteſtatem longe effugiẽtibus ſermo habeatur, longe minus ea caſus, & fortuna guber-
B nat; quod ſi quid incidens nos latuit ignorantia noſtra, caſui, vel fortunæ fertur acceptum. Nam ſublimiores mentes illud non fugit. Alioquin ſi forſan accidunt, quid agricola tellurem ferro exercet, quid tempora obſeruat, ac non potius dormitat, ac ſtertit? Quid humo ſemina cõmittit? Quid purgat herbas enaſcentes? Eodẽ modo non erit, quod vllas artes, vllas diſcipli nas addiſcamus tanto cũ labore, exerceamuſq. ad laſſitudinem, neque in cibo, potu, ſomno, vigilia, & cunctis denique agendis intererit hoc, vel illud eligamus, ſi cõmittantur vel omnia, vel pleraque euenta fortunæ. Quod ſi quis effabitur, & ſlatuet in
C incerto, quæ aguntur, non modo ebrius, ſed mente captus exiſtimabitur à ſingulis, ac veluti cæcus per auia, & lubrica in præceps dabit humanum genus, ad beſtias rediget, in ſpecus horrẽtes ac luſtra abſtrudet. Inquirimus proinde quid rerum ſit in cauſa, vt gentes ac regna in maximas miſerias corruant, cum maxima vndique omnium bonorum felicitate circunfluere videantur, neque appareat quod eos conturbet, ſed poſtea de improuiſo vel repente exiſtat, vel paulatim ſuperueniat. & nũquid aliqua intelligentia poſſumus id aſſequi in vniuerſum, vt quam-
D uis à cõmuni perſpicacia remotiſſimum videatur, atque idcirco aſſignetur caſui, & fortunæ à minus acutis, nihilominus eo pertingere poſſimus, cognoſcamuſque non modo a mente diui na procedere, ſed ab aliqua cauſa quæ deriuetur à nobis, ac di gnoſci à nobis valeat. Nam quod propter luxnm, bellandi imperitiam, pugnæ alicuius infeliciſſimum, ac prorſus inſperatum exitum, hoſtium plurimorum ſubitam conſpirationem, ſuorum proditionem, vel huiuſmodi aliqua concidant aliqui, in promptu eſt cauſa, ſed huius adhuc ſuperiorem cauſam, ſeriemque omnium venamur, ac dubitationem maximam facit, quod nõ modo ſingulos homines, ſed vniuerſitates totas aliquando vide-

mus opprimi,& omnium bonorum temporalium copia nudari A
ab impijs, ac ſceleſtis,quod maxime mirandum videtur.quamuis non protinus eſt ob afflictos innocentes concludendum, propterea ſceleſtos iſtos, & impios eſſe quoad temporalia feliciores, vel quod in horum parte aliqua,&. potiſsima ſint omniū maxime ærumnoſi, vel quod breui ex altiſsimo faſtigio præcipitētur in voraginem profundiſsimam temporalium malorum, e quibus contra bonorum cætus multo diutiſsime permanſurus emergat. quin omnino mali, quamuis abundent bonis, felices tamen eſſe haud queunt, & quæ bona ſunt alioquin ſua natura, fiūt illis,quatenus male vtūtur,mala. Felicitatis enim mortalis B
quaſi quædam forma eſt rectus uſus;alioquin ſunt illa inſtar vini,cuius nimius potus alioquin ſalubris non modo gignit morbos, aut enecat bibentem, ſed etiam ſenſum guſtus retundit, atque hebetat,vt ſuauitatem nullam percipere poſsit. Hæc igitur nobis quàm diligentiſsime,ſigillatimque ſunt examinanda, & inſpiciendum,quis omnium rerum,quæ ſenſibus obijciuntur, & in quibus felicitas temporalis conſiſtit finis præcipuus habeatur, in quem cuncta referantur,& cuius appetitione quadā ſuo modo cuncta moueantur. Nam finis omnium cauſarum cauſa. Hinc itaque apparebit efficiens. Efficimus enim quidquid C
placuerit, propter alicuius rei conſequendæ ſcopum. Veluti nauta remit,ac velis impellit nauim,qua perueniat ad portum, in quo conquieſcat tamquam termino itineris totius,atque ita quod nos prouehet ad hunc finem, illud efficiet eius aſſecutionem. Hinc forma ſimiliter eluceſcet perficiens temporalem felicitatem ſiue ipſa bona temporalia,quaſi materiam quandam. Etenim quemadmodum finis domus eſt habitatio cōmoda, & iucunda,quæ habetur per conſtructionem ipſius in hanc illamve figuram, & quò magis cęmenta ad hanc accōmodantur, perinde ac fœtus informis recipiens ab hoc fine deſumptam & in mentem adumbratam, mentique appictam ſpeciem, eò magis D
cæmenta, vti quidem cæmenta ſunt, perficiuntur. Finis vero ille per illam notionem qualiterunque deſcriptam nos intime impellit ad fabricæ effectionem. Eodem modo à bono vſu bonorum temporalium magis ac magis, dicet aliquis, prouehimur ad eorundem,vel etiam, quod beatius eſt, æternorum fælicitatem. His cognitis, ac perpenſis cauſas omnes cognitas, ac perſpectas habebimus. Cunctæ enim quattuor hiſce continētur fine, efficiente, forma, ac materia,quæ cohærent inter ſe ſe

atque

A atque inuicem connectuntur. Nã quicunq; agit, ſine dubio agit propter aliquod propoſitum, vt det perfectionem, quæcunque ſit illa, cui deeſt, quaſi rudi cuidam maſſæ. Quocirca eminentior perfectio eſt forma, quæ latius deinde, ac dilucidius explicabũtur ſuis quælibet locis Modo autẽ ſatis fuerit leuiter attigiſſe, quantum ſcilicet exigit argumentum propoſitum. Propius igitur accedamus ad rem noſtram, & videamus qui ſit finis omnium rerum, quæ ſenſu percipiuntur, & in quibus, quaſi materia quadam, felicitas temporalis conſiſtit, vt ſciamus aliquomodo illos, qui excident ab hoc fine, excidere ab illa
B felicitate, & quatenus ab illo aberrant, eatenus ab eadem declinare, quaſi de uia, vel deflectentes, vel omnino auerſi. Conſtituendum vero nobis eſt prius in quibus humana felicitas conſiſtat.

Inquiritur, traditur, atque explicatur definitio felicitatis, quæ eſt actio perfecta in vita perfecta ſecundum perfectam virtutem, idcirco illius eſſentia eſt in operatione virtutum, & quamuis contineat bona corporis, atque externa, vt inſtrumenta, tamen qui ſuperat, vel minimo virtu-
C *tis gradu eſt præſtantior eo, qui ſuperat alijs bonis. Cap. II.*

OMnes homines natura felices eſſe deſiderant. Atque huc omnia noſtra referuntur, ac tendunt: quod ſcilicet omnium finis ſit felicitas ipſa; propter quam reliqua bona, ac virtutes cunctæ expetuntur, & quoniam Deus nulla re prorſus indiget, bonis vndique circumfluit, atque eius eſſentia eſt ipſa beatitudo: ob id beatior apparebit, qui
D ad hunc ſtatum propius, quaſi Deo ſimilis, ac diuinus accedet. Quocirca felicitas humana, de cuius ruinis quoad bona temporalia, cuiuſmodi ſunt a corporis, atque externa, in primis acturi ſumus; viſa eſt etiam á religione Chriſtiana alienis, quaſi diuiniſſimum quoddam munus á Deo mortalibus exhiberi. Patet autem non vocari nos felices, cum dormimus, atque hac de cauſa, quod dormiamus, aut torpeamus; ſed huiuſmodi appellamur, quod aliquid agamus; alioquin in ſomno, ac ſtupore nihil differt ab infelici fælix. Vtriuſque eſt idem ſtatus trunco ſimilis. Horum diſcrimen eſt in actionibus. nam propter honeſtiſſimas

Ariſt. Eth. l. 1. cap. 8. 9.

ſimas, vtileſque, & iucundas alter eſt apud omnes in admiratio ne, alter contra. ſic etiam non erit in eo Beatitudo quod aliquid efficere poſſimus, quamuis id ſit omnino in promptu; ſed quod efficimus. Nam poſſe aliquid operari, eſt propter operationem, hæc illius finis ac perfectio. Beatitudo vero eſt totius humanæ potentiæ complementum. Sic igitur felicitas erit actio perfecta. Numquid pueri vel exiguo tempore viuentis, aut aliquid curſim, vel diſſimiliter facientis? Non ita concludendum, Haud enim beatus eſt, qui moritur infans dormienti ſimilis, neque percipit mente quid infauſtum, fauſtumue ſit; neque tota vita felix, qui puncto illius, aut actu momentaneo tantum beatitatem attingit, niſi ſit huius tãta uis, vt præponderet longo illius decurſui. Atque ita felicitas erit actio perfecta in vita, non quidẽ puerili, aut breui, ſed perfecta, quæ ſimul maiori annorum noſtrorum ſpatio quantum fieri poteſt, facta ſingula colligat, & cum beatitudine coniungat. Verum quænam facta continebit in huiuſmodi vita hæc actio perfecta? num quæ vitio, an quæ virtuti innitẽtur? Atqui ſi beati ſimus, quod ſcelera perpetremus, non erimus beati, qua parte obedimus rationi, per quam, vt homines operamur; ſed qua parte belluæ, quæ nullo modo ſunt felices, aſſimilamur. Verum nos de humana felicitate hic agimus. Quocirca continebit illa actus rationi, & quidem ſummæ, virtutiq. eminentiſſimæ conſentaneos; atque ita felicitas erit actio perfecta in huiuſmodi vita, & ſecundum ſimilem virtutem: non hanc illamue dumtaxat, cohærent enim, ſi modo perfectæ ſunt, ſingulæ inter ſe, & compactæ quodãmodo ſunt, quod nõ modo Stoicis, Academicis, Peripateticis placuit, verum etiam Chriſtianorum ſanctiſſimis viris, Ambroſio, Auguſtino, Gregorio, & alijs, ſed ſecundum omnem virtutem, potiſsimumque ſecundum potiſsimam, atque adeo ſecundum ſapientiam, per quam iam cunctis virtutibus exculti Deum contemplamur; ob id felicitas non eſt actio, quæ tranſeat ad alia peragenda, ſed quæ maneat in nobis, vt recte Philoſophus definiebat; & quamuis humana beatitudo videatur comprehendere bona corporis & externa, homo namque non eſt animus ſolus, ſed etiã corpus; tamen eſſentia conſiſtit in animi bonis, reliqua ſunt inſtrumenta, vt aliqui Stoicorum dixere commoda, ſiue, vt Peripateticis placebat, neceſſaria, quod poſtea ciuiuſmodi ſit, diſcutiemus. Apex quidem felicitatis, ac ſummum collocatur in hominis parte ſuprema, qui eſt intellectus, illius operatione nobiliſſima,

Ariſt. met. 9. tex. 16.

Margin letters: A, B, C, D

A ſima, quæ eſt contemplatio circa rem præſtantiſſimam, Dei, diuinorumque conſideratio. Cuiuslibet autem rei potentia dijudicatur, ac naturam ſortitur e ſummo, ad quod pertingit, Atque ex potentia cognoſcimus eſſentiam rerum. Quamobrem felicitatis humanæ eſſentia in virtutibus animi ponetur maximeque in maxima virtute. Huic reliquæ ſeruient, atque erunt inſtar inſtrumentorum. Nam ſint abſque ornamentis animi mortales, certe magis minuſue, vel pecudes erunt abiectę vel efferi ſerpentes, qui magis minuſue cuncta aut negligant, aut diſperdant. Non igitur hi felices erunt, ſed pro magnitudi-

B ne virtutum, erit beatitudinis magnitudo, quam ſane explicabit atque extollet amplior ac ſublimior virtus. Animi vero bona ſunt ipſum excolentia, intellectus principiorum vniuerſalium, ſcientia concluſionum, ſapientia vtrorumque, ſed maxime diuinorum, prudentia agendorum, ars operum; voluntatem deinde ſupremam perficit iuſtitia; appetitum denique inferiorem; qua parte iraſcitur adornat fortitudo, qua parte concupiſcit, temperantia, Atque hæc ſunt animi virtutes bona, & quæ his adnectuntur, aut ab his pendent: corporis autem, integritas omnium membrorum, ſanitas, robur, decus; externa denique,

C honor, nobilitas, dignitas, amicitię, opes. Neque debent audiri qui ſtatuunt nulla eſſe corporis, aut externa bona. Aduerſantur namque his ſancti, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Bernardus, Thomas, qui deſertiſſime aſſerunt fortunæ, ac naturæ munera in bonis eſſe numeranda. Idcirco & à Deo petimus illa, & Eccleſia nos docet, vt petamus, ac pro ijs conceſſis gratias agimus eidem, qui & largitus eſt Adamo ea, neque abſtuliſſet niſi in crimen prolapſus fuiſſet, ac diuini libri ſicuti hæc bona vocant, ſic his contraria merito appellant mala. Sed enim vir ſapiens hæc in bonum vertit; atque e malis quodāmodo bona efficit: inſipiens vero bona in malum transfert.

D

Aug. Epiſt. ad Par. c 6. in Io. Chryſ. pſal. 140. Ber. ſer. 8. de quadrag. in fin. S. Thom. 2. 2. q. 83. & 127. art. 1. ad 3.

Atque hoc eſt inter alia præſtantiſſimæ virtutis officium, contraria poſſe, ac ſcire in vſus ſuos inflectere, quaſi qui eripiat hoſti gladium, quo valeat ipſum ferire, atque interficere, calleatque non modo bonis, ſed etiam malis vti ad bonum, & eorum quaſi naturam commutare, vt e malis bona efficiantur, atque è venenis medici, & ſalubres cibi. Si quis autem fuerit præſtantior animi bonis vel minimo gradu, etiamſi ceteris omnino carere videatur, felicior eo dicetur qui ſuperabit iſtis, vincetur illis. Nā felicitas humana eſt, quatenus ad hominē, vt homo eſt,

refertur.

refertur. Atqui huiuſmodi eſt per animũ virtutibus excultum, A non qui degeneret à ſemetipſo, ac ſimilis ſit pecori. Atque ideo magis minuſue bona corporis, atque externa beatitudinis humanæ habebunt, quò facient animum, per quem ſumus homines, feliciorem promouentia ad virtutes. Per has beatus eſt animus, atque homo, vt imprimis homo eſt. Neque vero par vllo modo eſſe poteſt quoduis temporale, quamuis magnum videatur, ac ſublime, ſi conferamur æterno, cum nulla ſit illius ad hunc proportio. Atqui animus eſt, æternus, æternitatemque hanc participant illius bona. Virtutes enim, cum ſint habitus inſerti animo, vel poſt obitũ ſemper animo immortali inhærẽt. B Corporis vero, & externa ſunt temporalia. Non poſſunt itaque virtutibus conferri, per quas animus ornatur, cum partibus innumeris vincatur, veluti temporale ab æterno. Iam per virtutes appropinquamus Deo, non per bona corporis, atque externa à virtutibus ſeparata. Igitur felicior, qui his, quam qui illis excellet. Nam Deus eſt fons totius beatitudinis, ac tantum felicitatis, quantum propinquitatis cum illo habemus. & quemadmodum magis optamus eſſe ſani, quamuis non pulchri, quàm pulchri & ægroti, ſic felicior, cui magis animus eſt ſanus, & reliqua infirmiora, quàm cui magis hæc adſunt animo minus C ſano, & à virtutibus nudo. Annon autem diximus nos felicitatem eſſe actionem, quæ in nobis maneat? At bona corporis, atque externa ſunt longe remota ab huiuſmodi actione, virtus autem proxima. Quin illa non ſunt animo affixa, at virtus eſt inſita penitus, atque idcirco felicitas prorſus adnexa: illa non ita, cum ſint inſtrumenta, quæ ſimul atque ſeruierunt operi, nihil habent ad felicitatem ſpectans, niſi quantum poſſunt ad eamdem rurſus adhiberi, ob id enim bona ſunt, quod ad illam ſint naturaliter inſtituta. Iam cum felicitatem neceſſariò conſequatur aliqua voluptas animi illam perficiens, exornans, & D vndique continens, ea vero pertineat ad appetitionem, ſiue inferiorem, qua concupiſcimus & iraſcimur, ſiue ſuperiorem, quæ intellectum conſulit, vt eligat intellecta. in eo prudentia confidens impellente voluntate per fortitudinem temperantiamque moderatur inferiorem partem rationis expertem, ſed eius gubernationi obedientem.

Hinc fit voluptatem felicitatis comitem potiſsimum referri ad intelligentiam, apperitumquè ſupremum. Nam quæ partis eſt inferioris, eſt eadem nobis cum belluis quibuſlibet communis

A munis, niſi quantum defluit ex altiori illa in hanc ſubiectam. Dona autem corporis, atque externa non creant hanc animi iucunditatem, quam mentis apex infundit, licet haurire eam poſſit ex conſideratione huiuſmodi bonorum ſuis vſibus recte ſeruientium quod eſt à ſe, non ab ipſis. Atque idcirco felicior, qui tantilla virtute eſt excellentior alio, qui circumfluat vndique omni bono corporis atque externo.

Fœlicitas eſt duplex actiua, & contemplatiua. illa huic ſeruit. hæc
B *Deo contemplando, illa Virtutibus comparandis, & exercendis occupatur. Ad vtriuſque ſummum perueniunt Heroes, Virtutibus cunctis excellentes, ac Deo propinqui.*
Cap. III.

QVamobrem iure diuiditur felicitas in eam, qua nos cum nobiſmetipſis, aut cum ceteris hominibus Virtutum viis inſiſtentes verſamur. Atque in eam, qua cum Deo, ac diuinis. Illa nomen actionis eſt magis ſortita,
C hæc contemplationis. Et de hac egregie locu- *Eth.l.x.c.*
tus eſt Philoſophus, ſi beatitudo muneris fun- *ru.*
ctio eſt virtuti conſentanea, probabile eſt eam virtuti præſtantiſſimæ eſſe cõſentaneã. Atque hæc erit eius, quod in homine eſt optimum. Siue igitur quidem hoc mens ſit, ſiue aliud quidpiam quod videtur imperare, ac præeſſe debere natura, rerumque honeſtarum, ac diuinarum in ſeſe continet cognitionem, (vel diuinum ſit hoc ipſum, vel eorum, quæ in nobis ſunt diuiniſſimum) huius muneris functio ex propria virtute, perfecta, & abſoluta erit beatitudo. eſſe autem in contemplatione rerum
D rum poſitam, ſupra diximus; quod quidem & ſuperioribus noſtris diſputationibus, & veritati congruere videtur. Præſtantiſſima enim hæc eſt muneris functio (nam & eorum, quæ ſunt in nobis, mens quiddam eſt longe optimum, & omnium quæ cognoſci poſſunt, ea, quæ mente complectimur, longe ſunt optima.) Præterea vero, & maxime aſſidua, nam res aſſidue contemplari, quàm quiduis agere poſſumus. Et cum beatitudini admixtam, & quaſi implicatam eſſe voluptatem arbitremur, tum omnium muneris functionum, quæ virtuti congruunt, eam, quæ ex ſapientia eſt, iucundiſſimam eſſe omnes vno

nes vno ore conſentiunt. Videtur itaque ſapientia mirabiles quaſdam tum ſinceritate, tum ſtabilitate voluptates continere. probabile eſt autem eos, qui, ſciunt iucundiorem vitam traducere, quam eos, qui quærunt ſcire. Et mox: erit autem talis vita melior, quam hominis natura ferat. Non enim, qua parte homo eſt, aliquis ita viuens, viuet; ſed qua parte diuinum quoddam in eo ineſt. Quanto autem pars hæc toti, & concreto antecellit, tanto, & eius muneris functio præſtat functioni illi, quæ conuenit alij virtuti. Si igitur mens cum homine comparata eſt quoddam diuinum, vita quoque menti conſentanea diuina ſit neceſſe eſt, ſi cum humana conferatur. Neque vero nos oportet humana tantum ſapere, ac ſentire, vt quidam monet, cum ſimus homines, neque mortalia dumtaxat, cum ſimus mortales, ſed nos ipſos oportet, quantum fieri poteſt à mortalitate vendicare, atque omnia facere, vt ei noſtræ parti, quæ in nobis eſt optima, conuenienter viuamus. Nam etſi mole parua eſt, poteſtate tamen, & honoris gradu longe omnibus antecellit. & ſane vnuſquiſque noſtrum videtur eſſe hæc pars, ſi quidem id, quod principatum obtinet, etiam melius eſt. Abſurdum igitur fuerit, ſi quis non ſuam, ſed alienam vitam expetat, ac ſequatur. Præterea, quod ante à nobis dictum eſt, etiam huic loco conueniet. Nam quod cuiuſque proprium eſt natura, idem, & optimum cuique eſt, & iucundiſſimum. Ergo & hominis optima ea vita eſt, quæ menti conuenienter traducetur; ſi quidem hæc pars homo eſt maxime. Hæc igitur vita eſt beatiſsima. ſic ille. & alibi. Patet itaque, quod ob aliam nullam vtilitatem quærimus (hanc ſapientiam, quę in Deo contemplando collocatur) ſed quemadmodum dicimus liberum hominem eſſe eum, qui ſit ipſius, & non alterius gratia, quare merito non humana eius poſſeſsio putabitur; natura enim hominis in pleriſque ſerua eſt, (ſic igitur philoſophus ſapientem ſolum liberum facit, pleroſque alios ſeruos) quapropter ſecundum Simonidem, Deus vtique ſolus hanc habet dignitatem, indignumque eſt ab homine illam non quæri, quæ ſibi conuenit, (quod ſcilicet per intelligentiam Deo ſit ſimilis, & habeat aliquid diuini) & mox: neque aliam, quam huiuſmodi decet honorabiliorem putare; quæ enim nobiliſſima, eadem & honorabiliſſima eſt. Talis autem bifariam dumtaxat vtique fuerit. Nam & illa, quam maxime Deus habeat, diuina ſcientiarum eſt, & ſi qua eſt, quæ diuinorum ſit.

Metaph. lib. 1. c. 2.

A B C D

Hæc

A Hæc autem ſola vtrumque conſecuta eſt. Deus enim cauſa omnibus eſſe videtur, & quoddam principium, & talem aut ſolus, aut præcipue Deus habet. Hucuſque Ariſtoteles ſapientem ſtatuens Deo ſimilem, nam vult alijs eſſe virtutibus ornatum, qui Deum diuinaque contemplatur. Propter hoc enim cæteræ virtutes. Deus autem ſemetipſum dumtaxat intuetur, nam cætera per ſemetipſum. Atque ita duplici de cauſa dicitur ſapientia diuina, & quia Deum contemplatur, & quia nihil agit quoad hoc, niſi quod Deus, qui ſolum ſe conſpicit. Ac talis eſt beatitudo humana in contem-
B platione poſita, quæ diuinitatem participat, ac ſibi adiungit.

Secundo autem locot, inquit idem, eſt ea felicitas, quæ virtutibus alijs eſt conſenanea, muneris enim functiones ei conuenientes humanæ ſunt. Iuſtitiæ enim, & fortitudinis, & aliarum virtutum muneribus inter nos fungimur in rebus contrahendis in neceſſarijs, ac difficilibus, & noſtris, & aliorum temporibus, varijſque actionibus, denique in perturbationibus, quod cuique decorum eſt conſeruantes. Hæc porro omnia videntur eſſe humana. Nonnulla autem, & à corpore videntur proficiſci, multiſque in rebus, virtus morum
C cum perturbationibus eſſe coniuncta. Quin prudentia quoque cum virtute morum, & hæc cum prudentia copulata eſt. Si quidem prudentiæ principia ex virtutibus morum conſtant, & quod rectum virtutibus ineſt, prudentia moderatur. Cum ſint autem hæ perturbationibus quoque implicatæ in eo etiam, quod ex animo, & corpore conflatum eſt, inerunt. At eius quod compoſitum, & concretum eſt virtutes humanæ ſunt. Ergo, & vita ei conſentaneæ, & beatitudo. Mentis autem beatitudo ſeiuncta eſt. Hæc ille.

Sic igitur duplex eſt felicitas in virtutibus collocata. Pri-
D ma eſt, quæ attribuitur ſapientiæ; ſecunda, quæ moribus componendis, vt recte ſapientiam conſequi poſſims; alioquin qua peruerſo eſt animo deprauato, ac diſtorto, excipiet diuinarum notionum imagines, & ſimulacra eodem, vt ita per ſimilitudinem dicamus, modo quo ſpeculum diſtortum, ac peruerſum, nimirum diſtorte, ac peruerſe, longe ſecus atque ipſæ ſint. Atqui perſpicuum eſt, inquit idem, ſcientiarũ omniũ limatiſſimã, & abſolutiſſimam eſſe ſapientiam. Sapientẽ igitur oportet ea nõ ſolũ intelligere, quæ ex principijs colliguntur, ſed etiã in principijs (per hęc intelligit tũ reliqua, tũ maxime Deũ, ſuperaſ-

que intelligentias, à quibus vult orbes cæleſtes moueri) verſantem de ijs vere loqui, & ſentire. Itaque ſapientium dicere licebit eſſe tum intellectum (habitum, quo principia ſciuntur) tum ſcientiam (qua concluſiones, & effectus noſcuntur) & peritiam quidem rerum honoratiſimarum, quaſi capitis inſtar obtinentem. Ita ſcriptor ille. Quod ſi capitis inſtar eſt ſapientia, cui reliquæ virtutes, quaſi membra adglutinentur, niſi adſint illæ, qui fieri poterit, vt ſit caput? Quamquam poſuerimus ſupra, veluti à ſapientibus cunctis omnino conceſſum; Virtutes inter ſe eſſe connexas. Quod latius probare non eſt inſtituti præſentis: & aliquid infra dicetur. Illud hic tantum, Iuſtitiæ adiungi virtutem, quæ Religio dicitur, cuius eſt omnibus alijs imperare excepta ſapientia, ad hanc namque ordinat actus aliarum omnium, quaſi pediſſequa, & ancilla quædam ſapientiæ. Nam fieri nullo modo poteſt, vt animus recte ſentiat, ac nos recte loquamur de ſummo Deo, diuiniſque, ſiquidem nubes, ac tenebræ offundantur intellectui, qui eſt animi noſtri oculus, à perturbationibus, & cupiditatibus flagitioſis, & maximè quod dicatur ille ab ipſo philoſopho, ſic eſſe ad diuina, vt oculus noctuæ ſolcat eſſe ad ſolem. A B

Quamobrem ſortiuntur maxime beatitudinem, qui dicũtur Heroes, de quibus ita idem præclarè. Poſt hæc alio ſumpto initio dicendum eſt rerum circa mores fugiendarum tres ſpecies eſſe, vitium, incontinentiam, feritatem, quarum duarum, quæ ſint contraria manifeſtum eſt, alterum earum virtutem, alterum continentiam vocamus. Feritati autem maxime e contrario reſpondere quiſpiam diceret virtutem, quæ ſupra nos eſt, Heroicam quamdam, & diuinam: quemodmodum Homerus Priamum de Hectore dicentem inducit. C

—— non hominis mortalis filius ille D
Eſſe videbatur, ſed magna e ſtirpe Deorum.

Quod ſi ex hominibus, vti dicunt, ob virtutis excellentiam diuini efficiuntur, huiuſmodi quidã ſcilicet habitus eſſet, quod feritati opponitur. Nam ſicut beſtiæ neque vitium eſt, neque virtus, ita neque Dei. ſed hæc (heroica virtus) præſtantius quid virtute eſt, illa (feritas) diuerſum quoddam genus eſt à vitio; Quoniam vero rarum eſt, vt vir diuinus ſit, quemadmodũ Lacones cum valde admirãtur aliquem, diuinus, aiunt, vir eſt,

ſic &

A ſic,& ferinus natura inter homines rarus aliquis eſt, maxime tamen inter barbaros reperitur. Fiunt vero nõnulli ex morbis, & læſionibus: quinetiam eos homines, qui vitijs exuperant; ita infamamus. Hæc philoſophus volens Heroicam virtutem ſuperare mætas humanæ, vt non humana ſit vocanda, verum diuina; quin amittat quodãmodo nomen virtutis, quaſi ſupra illam collocetur, illius exemplar à Deo ſumatur, cuius neque vitium dicitur, neque virtus, ſed aliquid excellentius. quamobrem recte idem concludebat iſtorum poteſtati, qui ſic eminerent Virtutibus, ab omnibus omnia tradenda, vt ipſis gentibus, ac regnis omnia ſint feliciſſima: ſed in optima, inquit, Rep. magna habetur dubitatio, ſi non per excellentiam aliorũ bonorum, ſeu Iurium, diuitiarum, & amicitiarum, ſed ſi quis excellat virtute, quid de eo ſit faciendum. Non enim dicẽdum, vt talis vir ſit de ciuitate pellendus. Atqui neque gubernationi aliorum talis vir erit ſubiiciendus; perinde enim eſſet, ac ſi qui Iouem gubernare vellent, poteſtatem diuidentes. Reſtat ergo, vt videtur, vt omnes ſponte ſua illi parere debeant. Hæc ille agens de ciuitate, ac gente, cui finis ſit, non vt homines ſimul dumtaxat viuant, in vnam coeant coniunctionẽ linguæ, poteſtatis, legum, Religionis, ſed vt bene præterea, & beate viuant, omnibus nimirum bonis abundent animi, corporis atque externis. quò reſpexit Sybilla cum de Chriſto cecinit illa ad alium relata à latino vate.

B (margin, at "bus, ac regnis") — *Pol. l. 3. c. 9.*

C (margin, at "teſtatis")

Ipſe Deum vitam accipiet, Diuiſque videbit
Permixtos Heroas, & ipſe videbitur illis
Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem.

Atque hoc eſt, quod Plato aiebat, beatas fore illas Reſpublicas, quas aut Philoſophi regerent, aut amici Philoſophorum. & in diuina ſcriptura eſt, multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum. Sed videamus adhuc, qui ſint re uera ſapientes, ac re vera Heroes, à quibus videtur Plotinus dixiſſe poſſideri virtutes politicas, & animi purgati.

D

Sine

Siue auxilio Dei ſpeciali ad perfectas virtutes nemo peruenire poteſt. mens appetit aliquo modo videre Deum per eſſentiam, quod fieri non poteſt abſque gratia infuſa, maxime felices agnoſcunt, ac ſequuntur impulſus diuinos. A

Cap. IIII.

Enim vero ſi quotidiana euenta mortalium recte expendantur, neque ad Heroicas virtutes, neque ad omnes ſimul
quiſquam peruenire, aut in illis conſiſtere poteſt abſque auxilio Dei ſpe- B
1 ciali, gratia, & amore diuino celitus in corda noſtra immiſſo. Atque id quidem communi omnium Theologorum decreto eſt receptum, vt ea de re Chriſtiano nulli iam liceat dubitare, ita namque Sacris Pontificum Conciliorumque ſanctionibus eſt conſtitutum Meleuitani, & Auriſicani, quod latius probat S. Auguſtinus. Et quidem patet pueros niſi diligentiſſime, & optime inſtituantur, & ignorare quid conueniat rationi, quod pertinet ad virtutem; atque etiã ſi ſciant, ferri tamen magis ad quaſuis illecebras ſenſuum, neque C
audire rationem. Vt autem quis ſimul atque oritur, nanciſcatur optimos Magiſtros, ac nactus perſiſtat in ſemita rationis, non affert ſecum, neque vt ſemper cum illis ſit, illiſq. obediat.

Mileu. can. 5. Aureſ. c. vlt S. Aug. de pec mort. & re. c. 5.

2 Homo præterea maxime, omnium mutabilis eſt, quoad deſideria, & electiones. immutabilitas Dei ſolius eſt, aut eius, qui immobiliter Deo ſit coniunctus, quod in hac vita non datur. Quamobrem licet optimis magiſtris audientiſſimus ſit, excidere ſæpe poteſt, & innumeris momentis voluntatem mutare. Virtutes deinde acquiruntur per actus frequentes, ac ſi quid D
3 poteſt corroborare in officio præſtando, & obedientia debita rationi, hoc faciunt virtutes, quas nonniſi poſt multum tempus adipiſcimur, ante adeptas neceſſe eſt labamur, alioquin proti-
4 nus eas aſſecuti eſſemus. Hæc igitur aliquis ex vſu quotidiano deprompta efferret, omittemus enim ſacra, & Chriſtiana. Ariſtoteles quidem quamuis ignoraret vim notionemque gratiæ diuinæ, & illius illapſum, quem Chriſtiani tradunt, & affirmaret homines perduci ad virtutum felicitatem diſciplina, & aſſuetudine, adiecit tamen illius aſſecutionem diuinum munus eſſe, ſimiliter diuinæ eſſe liberalitatis, vt aliquis bonam naturam ſortia-

Eth. l. 1. c. 9. et l. ult. c. vl.

A ſortiatur, cui placeat honeſtum, & qua proſequatur illud. Et cō-
probantur hæc omnium ſæculorum perpetuis euentis. Nam 5
videmus quam pauciſſimos ad veritatem diuinorum perueniſ-
ſe. Et qui ſummi hac in re habentur, lapſi in aliqua diſſona, ve-
ris falſa admiſcuerunt; quamuis incredibili, vt ita dicamus, la-
bore contēderint ad aſſecutionē ſapientiæ, vt iure philoſophus
dixerit, mētem noſtrā ad diuina eſſe, vt oculum noctuæ ad ſolē.
Hinc hominū vulgus ad ineptiſſima, atque etiā ſpurciſſima co 6
lenda, diuinitatemq. eis tribuendā præceps miſerrime corruit,
quod ex omniū noſtrorum ſcriptis antiquioribus liquet, in qui-
B bus gentium putidiſſima errata coarguunt, vt Theophili Antio
cheni, Iuſtini Martyris, Athenagoræ, Clementis Alexandrini,
Origenis, Cypriani, Arnobij, Lactantij, Nazianzeni, & aliorum.
Igitur qui fieri poterat, vt iſti per contemplationem diuinita-
tis eſſent felices? opus eſt igitur gratia diuina cælitus miſſa, per
quam verum teneamus, mēdacijs exploſis, virtutem vitijs fuga-
tis ardenter conſectemur; quidquid eſt in natura noſtra frā-
ctum, mancumue, & ægrotum, ſanetur, integretur, corrobore-
tur. Quin videmus in cunctis rebus nulla eſſe inſtrumenta, qui- 7
bus ſit propria virtus perducendi ad vltimam perfectionem,
C niſi à ſuperiore. Intellectus autem noſter, ac voluntas inſtrumē
ta ſunt, quibus prouehimur ad perfectionem ſupremam in con
templationem ſinceram ſolidamque diuinitatis, quæcunque ha
beri poteſt in hac vita, poſt mortem namque omnino contin-
git: ergo vt perducant non eſt illis ingenita vis, niſi ab agente
principali ea tradatur. Non enim ſerra lignum ſecans efficit, vt
ex eo fabricemur ſedile, arcā, & aliquid ſimile, ſed id proficiſci-
tur ab artificio: eodem modo oculus eſt, quo videmus, ac fruſta
cōuerteretur ille ad videndū, niſi ſentiens anima, adeſſet. Cū ſit
igitur ordo in rebus intellectu præditis, iiſq. Deus præſit omni- *Con. gen. li. 3. c. 147. in 4. rat.*
D bus, illas ordinans ad ſe, non poterunt perduci eo, niſi per ipſū;
vt aiebat bene S. Thomas. Accedit ad hæc, quod felicitas huma- 8
na eſt in coniunctione mentis ab omni vitio purgatæ, & omni-
bus virtutibus excultę, cum Deo, vt illi per omnia copulati aſſi
milemur. Deus autem ſemetipſum per eſſentiam ſuam contem
platur, nō per vllam aliam notionem effectuum, vt etiam tradi
dit Philoſophus aſſerens in Deo eſſe idem cum ipſo intelligen-
tiam, intellectionem, & per quod intelligit, ſiue intelligibile,
vt aiunt. Hoc agitur aliquo modo appetit animus, ac diſponi
per gratiam vult ad hæc, ſi fieri poteſt, vt intelligat Deum non 11

per

per effectus ipſius tantũ,ſed per ipſum Deum,veluti lumen per A
lumen videmus; nam cetera per imagines eorũ depictas in ocu
lorum pupillis. Sicut ſcriptum eſt in lumine tuo videbimus lu-
1.Pet. men,ideſt temeipſum per temetipsũ.quocirca volet adiũgi hãc
Heb.3. ſibi diuinitatem per quamdã intimã participationem,per quã
S.Petrus aiebat, nos fieri diuinæ conſortes naturæ, ac S.Paulus
eſſe initium ſubſtantiæ diuinæ. Atqui nos ad hoc perringere
non valemus, niſi Deus largiatur,& tamen ardemus quàm ma-
xime felices eſſe, ac ſupra nos ipſos ferri,ſi quidem fas fuerit.
Opus eſt itaque cęleſti gratia,vt diſponamur ad ſupremã beati
9 tudinẽ,quæ poſt obitũ cõtingit animę,vt aperiemus immorta- B
li, & in terris inchoatur,per hanc,quam guſtamus,imperfectã,
ſed prope nullam,niſi adſit illa gratia. Mentis præterea noſtræ
poteſtas eſt quaſi infinita, nam cuilibet numero addere maiorẽ
poteſt,ac lineæ lineam,ac ſingulis denique rebus perfectionem
maiorem. Et ijs,quæ ſunt,alia quæ poſſunt eſſe,ſiue e pręceden-
tibus nata,ſiue ſupra ipſa. Vt ſatietur igitur mens noſtra opor
10 tet contempletur aliquo modo aliquod infinitum, quod eſt
Deus; quod ſi per effectum cõtempletur,non illum contempla-
bitur, niſi in illo effectu coanguſtatum. Amplius non poteſt
eſſe vlla felicitas animi noſtri abſque amore,ac pro modo illius C
eſt etiam modus huius,idque maxime verum in præſenti vita.
Vnumquodque enim recipitur in alio ſecundum menſuram,ſta-
tumque recipientis. Veluti fluitans aqua ſi vaſi infundatur, in
eius figuram ſe ſe protendit, atque illi ſe ſe admætitur, niſi il-
lud valeat dilatare,vt vtrem depreſſum. Ob id quoties intelli-
gimus Deum per aliquam effectus notionem,recipitur ille à no
bis pro modo intellectus, & coanguſtatur hac noſtra intelle-
ctione infinitas illius. Quemadmodum cum maxima domus
per imaginem ſuam pupillæ oculorum depicta intra illius am-
bitum paruulum reſtringitur. At quoties amamus aliquem,fe- D
8 rimur extra nos in illum, & in eius modũ conformamur;amans
enim tendit ac tranſit in amatum. quamobrem cum felicitas
humana ponatur in ſimilitudine diuina, magis illa erit in amo-
re, quam ſcientia Dei: per hanc enim coarctatur ille quodam
modo in nobis; per illam nos dilatamur in ipſo. Atqui Deus eſt
ſupra ordinem totius naturæ vt etiam Philoſophus cognouit.
Nihil vero eſt in vniuerſitate totius naturæ, per quod in illum
11 qui eſt ſupra hunc ordinem, transferamur. Dabitur itaque à
Deo, ac Dei munus aliquod erit ſupra naturam, cum ſupra ſe
nihil

nihil ea poſſit. Hinc fiet, vt amemus Deum nō modo magis, quā
noſipſos, ſed etiam magis, quam quę ſunt, aut eſſe poſſunt. Hæc 12
A vero ſunt infinita. & amor igitur per quē Deo copulemur, habet
aliquid infinitudinis ex parte obiecti, quo ſupra nos euehimur.

Non tamen Deus ſupra ordinem naturę eſt, vt illum tollat;
ſed corrigat, ſi quid ob defectum inferiorum cauſarum fuerit
erratum, aut perficiat, atque extollat ad amplificandam totius
vniuerſitatis nobilitatē. Mens uerò humana eſt huic ordini alli-
gata, ſed euehitur ſupra ipſum, cuperetque euehi ad ſuam, maio
remque eius perfectionem, ſi ſciret id fieri poſſe, ac tum certo
B cupit ob amorem Dei, quem deſiderat agnoſci, coli, & amari à 13
cunctis; verum non valet euehere ſemetipſam: a ſolo Deo eſt, vt *S. co. quaſ. 9.*
euehatur. & videtur hoc aliquo modo reſpexiſſe philoſophus, cū *21. ad finem*
dixit, maxime felicibus euenire, vt rationē non ſequantur, ſicut *Magn. mor.*
homines alij, ſed ab altiori principio mouentur ad res agendas. *lib. 2. c. 9.*
Aliqui tamen impelluntur veluti amentes, atque hi quaſi a vir-
tutibus nudi nullo modo felices, ſed aliqui agnoſcentes im-
pulſum, quod poſiti in contemplatione ſint eius motionibus aſ-
ſueti, virtute Duce omnium fortunatiſsimi euadūt. atque hi re
uera Heroes, ac virtutibus diuinis ornati: ſi quidem perſiſten-
C tes in illis afflatu diuinitatis cæleſti ducantur.

Gratia, qua peruenitur ad perfectas virtutes, eſt habitus infuſus, & intime ciens. Felicitas habetur a nobis magis amando, qua in contemplando Deum. Quæ contingunt poſt mortem, pertinent ad felicitatem. *Cap. V.*

AVxilio Dei ſpeciali eſt opus ad omnes virtutes ac *S. Thom. lib.*
quirendas, felicitatiſq. ſupremæ diſpoſitionem: *3. con. gen. c.*
neque ſolummodo nos hoc extrinſecus impellet, *150.*
D ſed intime etiam quaſi forma quædā, qualitaſque
inſita, vt nos promoueat, ac perducat in vltimum
finem. Nam, ſi poſt obitum ſuperſunt ſingulorum animæ immor
tales, vt omnino eſt aſſerendum, niſi dormientibus nobis adeſ-
ſet, ac ſomno dediti moreremur, eſſemus abſque hac gratia,
ac felicitatis ſupremæ deſiderio fruſtraremur. Ac, ſicuti nos
amamus Deum præ cunctis, ſic Deus ſpeciatim nos amat præ
cunctis hac gratia deſtitutis; amatque, quia boni aliquid præci
pui nobis ineſt. Diligit enim Deus pro ratione bonitatis inſitæ
ijs, quos amat. Cumq. diuerſi ſint rerum fines, quibus diuerſæ

ſunt formæ,veluti,aquæ,aeris,terræ,ignis,quæ forma,ac ſpecie A
differunt, ac proinde in diuerſa tendunt. hæc ſurſum, illa deor-
ſum; idcirco naturæ intellectu præditæ, cui finis eſt ſupra natu-
ram, forma inſeretur ſupra naturam fini conueniens. Diuina
porrò bonitas cunctis prouidet ſecundum naturæ ſuæ modum.
Sed humana eſt huiuſmodi, vt agat ex intimo voluntatis, &
intellectus principio. Illi igitur immittenda erat penitus in-
tima vis, ac propria,per quam cognoſceret,vellet,aſſequeretur
eum finem, qui eſt ſupra naturæ facultatem: atque hæc illa
charitas,quæ,vt inquit Apoſtolus,diffuſa eſt in cordibus noſtris
per Spiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis; atque hæc eſt cauſa, & B
ratio meriti, ex quo beatitudo nobis æterna debetur, ac quæ-
cunque ad illã perducunt.Eſt enim,quòd ſupra e ss.Petro,& Pau
lo dicebamus participatio diuinæ naturæ, cui cuncta debentur,
non igitur, vt homines meremur,ſed vt Filij Dei ac Dij.

Ex his etiam,quæ diximus, colligitur humanæ fęlicitatis fru-
ctus,atque effectus magis eſſe in amando Deo,quam cognoſcen-
do; quamuis amari nullo modo poſſit,niſi cognoſcatur,ita vt re-
cte de illo ſentiamus.Sed ſi quis ſuperat cognotione vel quia plu
ra de Deo ſcit,vel quia ſcit eadem,ſed per demoſtrationem,quæ
cũque haberi poteſt,ſuperatur autem dilectione,eſt minus eo fe C
lix,qui minus intelligit,ac magis amat. Hic enim verius tranſit
in Deum,ille non ita.Oſtendimus enim iam per amorem nos in
diuinitatem transferri, amans enim magis eſt in amato,quã in
2 ſemetipſo,maxime ſi nõ amet propter ſemetipsũ.Cui finis autẽ
Deus ipſe eſt, non propter ſe ad illũ cõtẽdit,ac proinde non à ſe
mouetur,ſed à Deo,velociuſq. mouebitur quãdo finis eſt,qui im
pellit omniũ potentiſſimus,ac propterea propinquior erit Deo
3 ſimilior ac felicior.Ac demus aliquem,qui,Deũ cognitũ contem
pletur,non amet, oderit, certe ex affectu inimici cõturbabitur,
dolore efficietur, infelix erit. En,vt pro modo amoris eſt animi D
quies,ac iucunditas;humanæ felicitatis abſolutio. Atque ita,quò
magis animus diuinis moribus erit excultus Deo ſimilis,eo feli
cior erit Deum contemplans.Quocirca quicumque Deum fide
credunt eſſe,ac recte ſentiunt de illo, feliciores, ſi ardentius a-
4 ment,acutiſſimis philoſophis, qui per varios effectus naturaliũ
rerum Deum nouere.Nam cum & Deum cognitum contempla
mur,conquieſcit mens in ipſius obtutu;Nõ itaque in modo quo
perducimur ad contemplandum,videtur imprimis eſſe beatitu
do,ſed in ipſa contemplatione.Sed eorum,qui æque amant,ſi al-

ter

A ter non modo fidei adhæſione, ſed etiam per habitum theologię acquiſitum Deum nouit, erit in adiunctis aliquo modo felicior eo, qui fide tantum recte de Deo credit. Ac licet beatitudo videatur intellectus actio; & quidem, vt aliqui volunt, ſpeculatis, quia quod per ſe beat per intellectum repræſentatur nobis, tamen niſi illud poſſideamus, quatenus beat nos, vt amicum ſcilicet iucundumq. nobis, quod per ſe eſt amiciſsimum, iucundiſſimumque, iam nullam facimus ipſis nobis, & caſſam beatitudinem præſentem. Sicut autem ſapiens de rebus iudicat ex altiſsimis cauſis prudens, ac ſciens. Ita qui Deum præcunctis
B amat gratia cæleſti perfuſus bene de omnibus iudicat per quãdam mentis procliuitatem ad bonum, & auerſionem à malo, vt recte S. Paulus illud pronunciauerit ſpiritualis omnia iudicat, & à nemine iudicatur: iudicat autem vel ſciens ipſe, vel ſcientibus vti ſciens. Sicut enim iuſtus eſt ipſi ſibi lex, ſic etiam menſura eſt iuſti atque iniuſti; cum verum ſit illud, rectum menſura eſt ſuijpſius, atque obliqui. Quod ſi reuera amans Deum præcunctis ornetur habitu acquiſito prudentiæ, intellectus, ſcientiæ, ſapientiæque humanæ, præſtabit illi, qui quamuis in amore ſit illi par, non tamen ornamentis iſtis eſt æqualis & gradum
C ſecundum in humanis cognitionum modis tenet, de quo vates ille à Philoſopho citatus aiebat:

Optimus ille poteſt qui ex ſe cognoſcere cuncta,
Ille bonus monitis qui aliorum obtemperat. Atqui
Ex ſe nec nouit, nec quæ bona conſulit alter
Percipit, admittitque animo eſt ignauus, inerſque.

Atque hæc quidem de humana felicitate viuentium differentijſque ipſius in vniuerſum dicta ſunt à nobis. Numquid autem conferunt aliquid ad illam bona, vel mala, quæ poſt obitum contingunt; ita vt vel ruinæ gentium, regnorumque pertineat ad a-
D uorum felicitatem minuendam, vel amplificatio ad augendum? Et quidem ſi quis adhuc viuens cogitat de poſteris ſuis, ac videt probabili coniectura extollendos ad magna, vel deprimendos ad ignominioſa, & acerba, ſine dubio extenuantur, augenturue externa bona, atque animi voluptas aliqua. Eodem modo, qui proſpicit fore, vt obſcuretur ipſius fama, inuratur honori nota, ex qua præſertim retardentur alij à proſequendis virtutibus, & extirpandis vitijs, id non poteſt non niſi mærore animum replere. Similiter ſi quis credat ſe ad inferos protrudendum caſurumque à gratia diuina. Supereſt illud, an qui vita mi-

f Vide Doct. in 4. diſt. 49 S.Tho. 1. 2. q. 2. & ſeq.

grauit, ſentiat aliquid, ex quo minor maiorve fiat eius beatitudo poſt mortem. Et ſane omnium gentium ſaltem celebriorũ ſimul, ac ſapientiorum communi conſenſu eſt receptum, flagitioſos ad Tartara plectendos deuolui, iuſtos in ſuperas ſedes recipi, æternis præmijs fruituros: ſimulq. cognoſcimus ſingulis hominibus eſſe immortalem mentẽ. Illius namque ſuprema operatio, quæ eſt intelligere, fit ſine corpore. ſiue cum intelligo aliquid a materia ſeiunctum, ſiue cũ intelligo me intelligere, & cuius actio poteſt eſſe ſine alio, & ipſum ſimiliter agens. Præterea nihil corrumpitur ex eo, in quo conſiſtit eius perfectio, anima noſtra perficitur ob id, quod a corporibus, eorumq. imaginibus ſeparat aliquid, veluti notiones vniuerſales rerũ; ac proinde neque ipſa etiã corrumpitur in ſeparatione corporis. Et quando interitus eſt a contrarijs, animæq. nihil eſt contrariũ, non poterit ipſi accidere interitus. qui cum non poſſit eſſe ſine motu, & anima; quo magis abeſt a motu, eo magis intelligat, veluti, cum quieſcimus; hinc fit, eam non mori, cum mors ſit motus ceſſatio, quod in mortuis apparet. Similiter extinguitur res a calido, frigido, humido, ſicco, ſed in intellectu nihil eſt huiuſmodi, vel in voluntate ſuprema, ſed ſupra hæc ſunt. Eodem modo mens intelligit immortalia, quod nõ accideret, niſi foret immortalis. Sic cuilibet temporis termino ſemper addere poteſt aliquid, atque in æternitatem ſeſe extendit, deſiderat illam naturaliter, quòd ſit particeps illius, alioquin non appeteret, ſicut nemo vertit oculos ad ea videnda, quæ in viſceribus terræ abdita ſunt, neque patere illi poſſunt. His poſitis, quando anima vel in cælũ ſubuehitur ob benefacta; & in Deo contemplando, ac fruendo eſt penitus defixa, vel ad inferos præcipitatur omni ſpe præciſa videndi, ac fruendi; iccirco felicitatis eſſentia collocata in Dei contemplatione, vel infelicitatis poſitæ in æterna diuini aſpectus priuatione non videtur immutari, ſed aliquid extrinſecus accedere ad illam veluti additamentum, cum contingit aliquid defunctis, vt ſcilicet doleant, gaudeantve ob aliquod externum, quod bene, vel male contingat: ita vt recte Ariſtoteles illa pronuntiarit. conferre igitur aliquid defunctis proſpera euenta amicorum videntur: ſimili modo, & infortunia, (ſiquidem referantur ad Deum cultumque ipſius) ita tamen, ac tantum, vt neque felices reddere infelices, neque qui non ſunt efficere poſſint. Hæc ille. Atque hæc ſint ſatis, quantum pertinet ad animi bona, & inſtitutum præſens.

Eth. lib. 1. cap. 11.

Bono-

A

Bonorum corporis, atque externorum copia non eſt neceſſaria ad felicitatem: ſed, cum ſint inſtrumenta, tantum eorum eſt neceſſarium, quantum requiritur ad virtutes. Qui eſt pari uirtutum gradu, ſed ſuperat externis bonis, quo ad eſſentiam non eſt felicior, ſed quoad additamenta. Cap. VI.

NVlli eſt exiſtimandum, quantum pertinet ad bona corporis, atque externa, eorum feli-
B citatem poni in affluenti quadam, nimiaque bonorum temporalium copia, verum potius in eo, quod ſatis eſt ad virtutes capeſſendas; ac pro ratione iſtarum eſſe illorummodum. Docte enim Philoſophus illa ſcripſit: Poteſt *Ariſt. eth. lib. 10. c. 7.* quis bonis mediocribus inſtructus, quæ virtuti conſentanea ſunt, adminiſtrare. Atque hoc præcipue cernere licet. priuati enim homines non minus quam Dynaſtæ res æquitati, omniq. virtuti conſentaneas agere videntur; atque adeo (notentur hæc) magis his: Satis eſt autem tantum appetere, quantum
C poſtulent honeſtæ actiones. erit enim eius vita beata, qui muneribus fungatur virtuti conſentaneis. & fortaſſe Solon beatos nõ male pronuntiabat eos, qui mediocriter bonis externis inſtructi ſunt, & qui res, quam potuerunt honeſtiſſimas geſſere, temperanterque vixerunt. fieri enim poteſt, vt ij, qui bona mediocria tenent, ac poſſident, agant ea, quæ ſunt agenda. Anaxagoras quoque non diuitem, neque potentem aliquem virum beatum exiſtimaſſe videtur, quippe qui dixerit, mirum ſibi non futurum ſi multitudini abſurdus quidã, & ineptus videatur. Hęc
D enim ex rebus externis iudicat, propterea quod has tantum ſenſu percipit. Atque his rationibus ſapientum ſententiæ congruere videntur. Hæc ille haud diſſimilia Scripturæ ſacræ inducẽti, qui ſapienter Deum precetur, Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria. Quo circa, ſi agricolæ ſit exigua bonorum temporalium copia, ſi plebeio, & artifici, modo adſit, quod illi pro conditione ſua neceſſarium ſit, non minus poterit in ſuo ſtatu felix eſſe, quam Rex, aut maximus Imperator, de ſententia Solonis cum Crœſo hac de re diſputantis. Nam, quæ ſunt ad aliquem finem facta, vel expetuntur propter illum, tot, ac tanta eſſe debent, quantũ finis exigit. *Herod. lib. 1.*

medici-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

medicinam ſumo ad expellendos morbos, eius tantum volo, A quantum ſatis ſit ad eos fugandos; reliquum prorſus reſpuo: cibum capio ad ſanitatem tuendam, roburque confirmandum; ſiquid ſupra hoc accipiam, valetudinem corrumpit, neruos, ac vires extenuat. Eodem modo ſuperuacanea temporalium bona beatitudinem minuunt, non augent: atque ita cuncti ſapientes conſtituerunt, nimios honores, diuitias, amicitias officere; non autem prodeſſe beatitudini: ſicut nimiæ veſtes onerant corpus: plura, quam par eſt, membra dedecent formam, monſtrum cõſtituunt; ac nemo corporibus iuſtæ ſtaturæ brachia longiſſima attexeret. Verumque illud vetus, nequid nimis Quod ſupereſt B ad animi ornamenta acquirenda, id alijs relinquendum, vel diſtribuendum; alioquin contra virtutis officium, felicitatemque ipſam peccatur. Felicitas namque in vſu, & actione eſt. Et quid prodeſt oculus, quid auris, vel quicumque ſenſus, eiuſue nimius vigor, ac proinde etiam bonum quodlibet, niſi vtar illo? Superuacaneorum nullus eſt vſus. Alijs itaque danda aliquo modo, vt illis vtantur ad virtutes comparandas. Iam vero, cum felicitas actio ſit perfecta in vita perfecta ſecũdum virtutem optimam; ac perfecta ſint huiuſmodi, vt pauciſſimis egeant ad aſſequendum finem, recte concludet aliquis, eum fore feliciſſimum, qui C non modo ſuperuacanea non habebit, ſed quã pauciſſimis egebit ad virtutes vel capeſſendas, vel exercendas. Perfecta enim, vel nullis indigẽt, aut quam minimis externorum: veluti pictor excellentiſſimus pulcherrimas imagines quibusuis coloribus, 1. *Cal. ser.* 4. 3. & quauis in tabula depinget, quod arte, ac mente emineat. Illud etiam perfectum dicitur, cuius nihil eſt extra ipſum. Maxime vero eſt homo ipſe per animum. Collocabit igitur ille in animo atque in ſemetipſo, quidquid poterit. Atque vt Deo beatitudinis fonti ſit ſimilis, ſibi ſufficiens eſſe, liber, atque à nullo niſi à Deo pendere conabitur. Nam talis eſt Deus, cui nihil per D nos, aut alia tolli, vel addi poteſt, vt ſit minus, magiſue felix. Igitur ita ſe comparabit homo, vt non modo quam minimis egeat ad opera virtutis explicanda; ſed etiam ſi cuncta ipſi corporis, atque externa bona eripiantur, tamen nihil ipſi pereat de ſumma felicitatis. Enimuero, ſi duo ſint, quibus omnino ſint pares virtutum gradus, paria momenta, ſed alteri deſint omnia, vt ita dicamus, externa bona, & corporis, alteri nihil prorſus illorum, deſit, ſed ita ſit affectus; vt eadem præſtaret officia, licet bonis omnibus vndique nudaretur, ac præſtat conuenientia ſtatui

ſuo

A ſuo ad eum gradum, quo nudus ille, atque ita ſit omnino par ipſi, ſic enim ponatur. Quærimus quis iſtorum felicior, & quidem ſi agatur de felicitatis eſſentia in virtutibus poſita iam diximus nihil eſſe inter eos diſcriminis. Verum quando felicitas humana, & naturalis completur quaſi additamentis aliquibus eam perficientibus. Hæc autem ſunt bona corporis, atque externa; idcirco ſecundus hoc titulo beatior dicetur. Quod ſi ita eſt, nō ſunt audiendi Stoici, qui non adnumerant bonis ea, quæ recenſemus inter bona corporis, atque externa. Nā quis neget bene eſſe corpori, cum eſt integrū, ſanum, valens, robuſtū? licet enim B dicat aliquis non propterea male eſſe animo, quod corpori ſit male; nihilominus eſt huic bonum, bene eſſe. Augetur autem bonum boni additione, ac melius fit. Non eſſe, inquies, euiſdem generis, atque idcirco acceſſione alterius alterum non augetur, ſicut aqua non creſcit adiunctione lapidis. Verum id quidem foret, niſi caderent in eumdem, qui conſtat animo, & corpore. Veluti domus eſt ornatior, quæ non modo tignis ſolitis fuerit ædificata, ſed auro præterea puriſſimo circumtecta. Quamobrē beatior naturali beatitudine, qui additamētis huiuſmodi pollet in gradu ęquali virtutū, quoad ornamenta felicitatis, non quoad C eſſentiam. ac talis fuit Adami ſtatus, cum Deus eum collocauit in amænisſimis hortis deliciarum, Regem totius orbis conſtituit, cui mirabiliter animantia cuncta parerent, inoffenſo ille pede ad omnia progrederetur, nihil læſionis pati poſſet, nihil omnino iniuriæ, ab vlla re, nullo morbo tentaretur, nulla laſsitudine membrorum, ſenſuumue, aut cogitationum, quin quando felicitas actionis eſt, vel in nobiſmetipſis morate inſtituendis, ac regendis, vel in alijs ad bonum iuuandis, quod pertinet ad quamdam ciuilem ſocietatem, qua ratione fieri poterit hoc vltimum, niſi adſint, opes, amici, auctoritas, D & cetera huiuſmodi? Non enim male philoſophus videtur dixiſſe, bonis quoque externis egere (felicitas actionis in alios propagāda) videtur vt dicimus. Impoſsibile eſt enim aut certe difficile, eum, cui nullæ ſuppetūt facultates, res agere præclaras: permulta enim gerūtur veluti inſtrumētis quibuſdam amicorū opera, & diuitijs, & potētia ciuili, & mox, quædā res ſūt, quibus ſi careant homines felicitatis (externe) ſplendorem (non eſſentiā) obſcurant atque inquinant, vt nobilitas generis, proſpera liberorum ſoboles, pulchritudo, neque enim admodū facile eſt vitam beatam conſequi eū, qui inſigniter deformis, aut obſcuriſsimo

riſſimo loco natus,aut ſolitarius, aut orbus ſit, ac multo etiam A
minus,fortaſſe ſi cui liberi ſunt omni vitiorum genere cooper-
ti,aut cui amici,qui viri boni eſſent,exceſſerint e vita. Hęc ille.
E quibus concludẽdum videtur,in æquali virtutum gradu eum
feliciorẽ felicitate naturali, cui corporis, & externa bona ad-
ſunt,illo,cui deſunt. Ita ſcilicet,vt inops ab externis,& corporis
bonis, plures actus virtutũ edat, ad quos externa haud ſunt ne-
ceſſaria;abũdans verò plures actus,ad quos hæc ſunt neceſſaria,
atque ita vtrinque quædam compenſatio fiat, ac res ad parita-
tem reducantur, & ex inæquali lance ad æqualem ex parte Vir
tutum. in alijs ſit aliquis exceſſus. B

Cuilibet neceſſario facienda eſt iactura inferioris boni, vt acquirat ſuperius. Semper bonis aduerſantur mali ac ſpoliant eos minoribus bonis, qualia ſunt externa. Cap. VII.

SEd tamen hæc vix euenire poſſe videbuntur.
vt iſti ſint pari virtutum loco. natura enim
quodãmodo comparatum videmus, vt ani-
mi bona plerumque comparari haud poſ-
ſint,neque aliorum quædam, niſi minorum C
fiat iactura. Et,quò ſublimiora nobis acqui-
renda ſunt, vel ampliora, eò magis eſt ſu-
beundum in vilioribus detrimentum.Verbi gratia: Corpus de
fatigatur,& abſumitur in laboribus ſuperandis ob adipiſcen-
das virtutes animi:opes inſumuntur in functionibus munerum
præclaris, & liberalitate, magnificentia,cognatis,amicis,ciui-
bus, & vniuerſo genere humano iuuandis, & quando perpe-
tuum certamen eſt honeſtis aduerſus flagitioſos, neque fieri
poſſiti, vt illi nulla non in vniuerſitate magis minuſue ſint,inu-
mera ſunt ſæpe bonis exantlanda omnium pericula,vt aliorum D
vitia ſuperent, inuidos, & malignos deuincant, virtutis offi-
cia defendant, mortales vindicẽt à vitijs,atque ad ſublimiores
virtutes perducãt. Nam,quò maior eſt iuſtorum conatus aduer
ſus iniquos paſſim per omnem gentem diſperſos, eò maiora in
ipſos bella concitari videmus,quæ declinari non poſſunt.Maio-
ris autem virtutis eſt maius certamen ad ſcelera e terris ex-
tirpanda,ac virtutes inſerendas inire. Atque ita in varietates
maximas bonorum,malorumque, iuſti incident. Hinc omnium
quandoque eſt facienda iactura, vitæ etiam ipſius, ac felicior à

ſapienti-

A bus cũctis omni æuo ſemper eſt exiſtimatus, qui fortiter in prælio cadit, dum pro iuſta cauſa pugnat, aut alioquin occiditur, ne deijciatur a ſtatione virtutis, ac loco illius dimoueatur, quam ſi quis in lectulo ſuauiter obdormiſcens emittat animam. Audiamus Ariſtotelem conſona humanæ rationi loquentem: Paupertatem autem, inquit, fortaſſe timere non licet, neque morbum, neque omnino quidpiam, quod neque à vitio proficiſcitur, neque per nos ipſos fiat. Sed neque, qui in his eſt intrepidus, fortis eſt; verumtamen, ex ſimilitudine fortis dicitur. Nonnulli ſiquidem ſunt, qui, licet in bellicis periculis ſint timidi, nihilominus ſunt liberales, & in abijciendis pecunijs fidenter ſe gerunt: neque propterea ſi quis filiorum, aut vxoris contumeliam, aut inuidiam, aut aliud quidpiam timet, is timidus eſt; neque fortis, ſi flagris cædendus confidit. circa qualia igitur terribilia fortis verſatur? an circa maxima? nemo enim tolerantior malorum. Hæc ille. En igitur, vt fortis, qui ſcilicet ob virtutẽ fortis eſt, ſuperet omnes in tolerandis malis, atque idcirco omnia proiiciat, vt virtutẽ teneat, minora negligat, bona corporis nimirum, atque externa, vt maiora nanciſcatur, ac poſſideat; alioquin fortis non eſſet, ſi morti intrepidus ſe non obijceret. ſic enim ſubijcit idem ſcriptor: Mors autem maxime omnium rerum eſt horribilis, quippe cum terminus ſit, nihilque amplius homini mortuo, neque bonum, neq; malum (quantum ſenſu viuentium percipitur) eſſe videatur. Neque vero circa mortem quamlibet verſari fortis videtur, vt ſi in mari contigerit. circa qualem igitur verſabitur? an circa ea, quę in pulcherrimis rebus euenit? cuiuſmodi ſunt, quę in bello oppetuntur, in maximo ſcilicet, ac præſtantiſſimo periculo? His cõſentiunt etiã honores, qui à ciuitatibus, & à Regibus inſtituti ſunt. Ille itaque proprie vir fortis dicetur, qui circa præclarã mortem fuerit impauidus, circaq. ea, quæ mortẽ afferunt, cũ proxima ſunt. eiuſmodi autẽ maximæ ſunt, quæ in bellis occurrere conſueuerunt. & nihilominus in mari, ac in morbis vir fortis eſt intrepidus. Hæc ille, ſtatuens fortem magis refugere in mari, & in lectulo emori, quam in bello. Ille enim nullum virtutis eximium ſpecimen edit, hic nobiliſsimum. Rurſus illum nulla ſequitur ob mortem ſolitam gloria ſingularis, aut præmium ſiue humanum, ſiue diuinum, (quale apud nos eſt martyribus) quod inuitet alios ad virtutem, hic nãciſcitur laudem apud omnes illuſtriſſimam. Vtrique autem neceſſario vita

Eth. lib. 3. cap. 6.

B C D (marginal section letters)

ponenda. Præſtat itaque ob virtutem ponere, neque occaſio- A
nem,quæ ſe obtulerit,egregiam dimittere. quin potius eam ca-
ptare.vt merito conqueratur ille a Priſcis Heros reputatus:

—Tydide,mene Iliacis occumbere campis
Non potuiſſe,tuamq. animam hanc effundere dextra?

Hæc Chriſtianæ fortitudinis ignarus ſibi mortem conque-
rens in mari ſubeundam,cum foret in periculo naufragij facien-
di,optans ab inimicis confoſſus oppetijſſe. Nempe illud alter
vere cecinit:

Dulce & decorum eſt pro patria mori;
Mors,& fugacem perſequitur virum. B

Et decorum inquit,& dulce. alioquin moriendum velis,nolis
aliquādo acerbius abiecto clypeo, ſiue mors ſibi ſuperueniat ab
hoſte,ſiue à morbo.quod ſi vtrinq; cōmiſſo prœlio fortiter mul-
ti cadant, ac pro iuſtitia ſe prœliari omnes exiſtiment, ij reuera
felices, qui pro veritate pugnant, alij reputabuntur falſo ab ali-
quibus, ſed, vt falſa omnia ſi huiuſmodi opinionem neceſſe eſt
aliquando euaneſcere inter ipſos homines, ac veritatem deniq;
extare, & caput exerere. Crœſus Lydorum Rex omnium mor-
talium ſe beatiſſimum prædicabat. excepit hoſpitio aduenien-
tem ad ſe Solonem. iuſſit illi oſtendi ingentem, quem congeſſe- C
rat e cunctis opibus,theſaurū. mox interrogat, quem mortaliū
vidiſſet feliciſſimū: nā plurimas nationes,Regeſq. peregre pro-
fectus inuiſerat: opinabatur autem Rex primum felicitatis lo-
cum ſine dubio ſibi dandum.Reſpondit ille,Tellum,qui bene mo
ratus, ac filijs bene moratis ſuperſtitibus, cum modica poſſide-
ret, occubuerat in prœlio dimicans alacriter aduerſus hoſtes
Athenienſium ciuium ſuorum. Hæc ille ſapiens. quæ ſunt adeo
vera, vt ſint eorum pleni libri, haud dico inter Chriſtianos ſo-
los, ſed omnes bene inſtitutas gentes, quibus fuerit aliquid ſa-
næ mentis. Igitur non adimit felicitatem, ſed auget opum ia- D
ctura,bonorumq.omnium temporalium facta ob virtutem.Præ-
ſtabat,inquiet aliquis,vtrumque habere. Atqui non haberetur
virtus eodem gradu ab iſto, verum longe inferiori. Notiſsima
ſunt præconia data ijs Græcis, qui ad Thermopylas occiſi ſunt
a victoribus Perſis. Illorum, qui fuerunt excellentiores, no-
mina & laudes præclaræ memorantur ab Herodoto.percuncta-
ri libet itaque quemuis hominem,cui ſit aliquid intelligentiæ,
an vellet eſſe aliquis e Perſis victoribus, an e victis Græcis.
Quod ſi è Græcis,numquid ex ijs,qui incolumes euaſerunt, vel

ex ijs,

A ex iis, qui mortem viriliter oppetierunt. Honor qui ob virtutem datur, (de alio namque haud loquor) eſt aliquid, inquit Philoſophus, aliis rebus diuinius, ita vt, veluti ob virtutem, & hic, & reliqua omnia ſunt abiicienda cum breui hac lucis vſura, ſic ob illum, quidquid eſt opulentum, ac ſplendidum. Nam melius eſt (ait Salomon) nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Iam dictis eſt illud affine, feliciores eos dicendos, qui duriſsima quæuis ſubire, ac difficillimos labores haud vereantur exantlare, vt ſuperioris ordinis bona conſequantur, & amplificent, quam ſiqui detrectant illos, atq. in minoribus virtutum & honorum non fugaciũ gradibus conſiſtant. Hinc videmus ore omnium priſcorum celebrari Vlyſſem, prædicari Aeneam, decantari Herculem, qui neq; ad hanc gloriam virtute aliqua partam, & ad virtutes quoquomodo excitantem, quę adhuc durat, neque ad alia bona viuentes in terris perueniſſent, ſi ſtertere, ociari, aut mediocri aliqua felicitate cum reliquis mortalibus potiri ſatius duxiſſent. Quamobrem, quod Philoſophus ille ait, non eſſe felicem, qui in Priami calamitates incidit, vere is quidem, quod in eas culpa ſua miſer incurrerit, non ob virtutis functionem, vel in via virtutis conſiſtens. Hinc præclara eiuſdẽ verba, & conſentientia lumini naturali: Vir bonus ſi opus fuerit mortem appetit. breui enim tempore ſummam mauult, quam longo tempore leuem percipere voluptatem, & vnum annum bene, & præclare actũ multis quoquomodo decurſis potiorẽ ducet, vnumq. officium egregium, & magnum multis ac paruis anteponet. quod iis profecto accidit, qui pro amicis & pro patria non dubitant occumbere. Hæc ille. Et alter vates:

Arist. lib. 1. c. 12. Eth.

B

Eth. li. 1. c. 9

C

Eth. lib. 9. c. 8.

Non poſſidentem plura vocaueris
Recte beatum. rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus ſapienter vti,
D *Duramq. callet pauperiem pati,*
Peiuſq. leto flagitium timet,
Non ille pro caris amicis
Aut patria timidus perire.

Ad ſummam feliciſsimus qui bona inferioris ordinis cõtemnit, atque omittit, vt ſuperioris acquirat, atque eum felicitate ſuperat, cui contemnendi illa pro virtutis officio præſtando facultas, & occaſio non fuit. Ille enim ſplendidum virtutis munus

exhibuit,atq. ad altiora prouectus eſt ; hic vero nequaquam.Fa- A
cultas vero , & occaſio numquam deeſt optanti virtutis officia
propagare . Non enim deſunt iniqui, quos ad honeſtatem per-
ducat, aut quos amoueat, ne contendentibus ad virtutem poſ-
ſint obeſſe .

Deus permittit externis, & corporis bonis exui bonos,vt eorum ſublimitas appareat, ac locupletentur mox eiuſdem generis maioribus, quorum ſex ad eos pertinentia recenſentur.

Cap. VIII.

B

NON modo autem neceſſario facienda eſt
bonis iactura omnium ſæpe temporalium,
quod perpetuũ ſit ipſis aduerſus malos bel-
lum,aduerſus omne vitium,quod ſemper in
terris erit vſque ad ſupremum iudicij diem:
ſed ob id etiam, quod Deus permittat va-
rijs, ac ſiniſtris euentis agitari, nudari ali-
quando bonis omnibus,humana omnia deeſſe, halitum vix vlti-
mum ſupereſſe, quin eripi vitam, calamitatibus innumeris op-
primi, ac ſepeliri, vt mox eluceſcat illuſtriſſime, huiuſmodi vi- C
rorum fœlicitatem pendere a ſolo Deo, ipſos eſſe liberos, a re-
bus humanis exemptos,diuina eſſe opera ipſorũ, eos ſupra mor
talium ſortem prouectos nihil non per Deum poſſe, nullis indi-
gere rebus ad maxima efficienda, atque ita de genere humano
bene mereri, vt ampliſſima , & cæleſtia per eos beneficia deri-
uentur in vniuerſos. In quibus illud præcipuum,vt animi exco-
lantur omni virtutum genere, Dei ſummi vera cognitione,&
amore,in quibus eſt caput beatitudinis totius . Ac talis ſcilicet
fuit Abrahamus,quem voluit Deus priuari parentibus, cognatis,patria, in longinqua ab his extorrem peregrinari,cariſſimã D
ipſi vxorem bis eripi, filium Iſaac dilectiſſimum , & vnicum ſa-
crificandum ſuper altari offerre: alterum vero e concubina or-
tum Iſmaelem procul a ſe amandare,inter exteros , infidos , ac
prope hoſtes ſemper verſari : Iacob autem per multos annos
duriſſima ſeruitute a ſuis longe premi,fratris inſidias,ac minas
pati,filiorum diſſenſionem,Ioſephi venditionem. Nam quid de
hoc dicemus ? qui puer venditus eſt a fratribus ſuis, quaſi vile
mancipium,in remotiſſimas oras aſportatus,calumnijs grauiſ-
ſimis impetitus,carceri traditus,ferro,& compedibus vinctus,
mox

A mox poſt tot exantlatas ærumnas euectus eſt ad altiſſimum dignitatis culmen, omnium, quæ tunc eſſent, nobiliſſimum regnũ gubernauit, ac diuinæ ſapientiæ lumen latiſſimè diffudit. An Iobum ſilentio præteribimus, cui turbo exortus, domus dilecta ruinis filios omnes oppreſsit, ac ſepelijt, ignis e cælo delapſus abſumpſit, quidquid reliquum fecerant latrones, quidquid roboris, ac valetudinis habebat ablatum, amici abalienati, fama obſcurata, nihil denique reſiduum factum, quod in bonis corporis, atque externis habetur, ex alto felicitatis faſtigio deiectus in ſummæ miſeriæ profundum. Et tamen euadens e tan

B tis, ac tot vorticibus ad ſublime beatitudinis humanæ culmen eſt elatus, vt in admiratione, & honore maximo apud omnes poſteros habeatur. At Moyſes, cum infantulus vndis traditus eſſet ſubmergendus, & mox ereptus, vbi ad ætatem iuſtam peruenit, amiſsis omnibus bonis, profugus, ac nudus, ad oues in deſertis paſcendas eſt redactus, ac poſthæc oppreſſorum, inopum, ſeruilibus miniſterijs addictorum Dux factus, in quot calamitates ſæpius incidit? in quas concluſus eſt anguſtias? quot mirabilia patrauit? quot & quanta populo ſuo, poſteris bona cuiuſuis generis ille moriens reliquit? quot ille potitus eſt, atque abunda-

C uit? ſed hæc omnia nihil ſunt, ſi reſpiciamus in ipſum Chriſtũ, qui tormẽtis, ignominijs, atque omni malorum generum oneratus, morti traditus, ab omnibus ſuis deſertus, quid boni intimi non habebat? quid boni externi non eſt adeptus? aut quis illi par vnquam fuit? Vt igitur Deus oſtendat ſibi coniunctos nulla re humana egere, ſed huiuſmodi omnia pendere ab ipſis, permittit eripi omnia; dein vero multiplicatiſsima, per eumdem Deum mirabiliter reſtitui, vt incredibiles honorum, diuitiarumq. cumuli, nationes innumeræ cum ſuis omnibus eos ſequantur. Atque ex his aliqui, Diuinitatem maxime ſpirantes,

D ægrotis ſanitatem, cæcis oculorum, ſurdis aurium, claudis denique vſum pedum reſtituerunt. Iiſdem habeantur honores, nõ illi quidem vulgares, ſed veluti cæleſtibus cæleſtes a mortalibus longe, lateq. ad Auſtrum, Boream, Ortum, & Occaſum diſperſis. Ac tales fuere Petrus, Paulus, Apoſtoli omnes, tales Benedictus, Romualdus, Bruno, Bernardus, Dominicus, Franciſcus; atque alij præterea multi, qui familias religioſorum nobiliſsimas inſtituerunt, ad virtutes diuinas plurimos hominum cœtus informarunt. Tales fuere, qui gentes efferatiſsimas ad humanitatem, moreſq. ciuiles adduxerunt, vt Palladius Ita-

lus

lius Scotos, Auguſtinus Romanus Anglos, Bonifacius Scotus A
Germanos, Polonos, & Hungaros, atque hoc ſæculo Bucilus, &
Martinus Hiſpani ex magna parte Occiduos Indos, Franciſcus
Xauerius Orientales. Ad iſtorum pedes cum vixerunt, diuitiæ,
quas contemnebant, proijciebantur, & homines venerabundi
procumbebant; cumq. ipſi nihil haberent, omnia poſſidebant.
Non deerant ipſis in maxima ſolitudine innumeri amici, inter
ignominias, quas ab impijs patiebantur, ſupremi honores, opes
plurimæ in ſumma inopia, atque omni infirmitate robur infra-
ctum, quæ ſunt potiſſima bona externorum. Quin neque deſunt
adhuc ſuperiora, ac tot iam ſæcula durant, & quamdiu Sol B
circumuoluetur, durabunt, ac maiora in dies incrementa ſu-
ſcipient.

Sic igitur neceſſario fit aliqua aliquo modo inferioris boni
iactura a ſapientibus, vt maioris fiat acquiſitio. Vel quod ini-
mici hoc inferant detrimentum, vel quod Deus hoc prouideat,
vt in illis ſemetipſum cunctis manifeſtiſsime prodat. Neque
tamen idcirco minus felices, qui vilius amittunt, vt pretioſius
adipiſcantur, non modo inter ſuperos in cælo, ſed in terris quo-
que inter mortales, vt hæc felicitas non ſit ſolum diuina, ſed hu
mana etiam, quod ab hominibus, atque inter homines proue- C
niat ex ijs bonis, quæ ſolent mortalibus conuenire, & inter om-
nium maxima reputari. Nam & mercatores habentur felices,
cum tradunt exigua, recipiunt ingentia. Ac nemo non iſtud
optaret. optabilius quidem, ſi quid non deperiret, vt accidiſſet
tempore Adami. Verum non permittit id accidere, ex quo in
terras eſt inductum peccatum, vel hoſtium peruerſitas aduer-
ſantium iuſtitiæ, & virtuti, ac propterea detrahentium ſemper
aliquid de bonis iuſtorum: maiori tamen horum lucro: vel im-
pediunt, ne id fiat, abolenda aliorum peccata.

Sex autem temporalia bona præter ipſas virtutes huiuſmo- D
di viris ampliſsime vt plurimum contingunt. Ex his primum
locum dabimus honori ſupremo, quo viuentes adhuc plerũque
affici ſolent poſt ſuperatas ærumnas. Hic vero conſueuit eſſe
non vulgaris aut coactus, verum libentiſsime exhibitus, ac di-
uino ſimilis, quod ſcilicet Deo proximi reputentur. Continua-
tur autem perpetuaturq. poſt obitum. Hinc ſanctorum cultus,
& venerabilis memoria iuſtorum, cum ſcriptum ſit: Fulgebunt
iuſti, & tamquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, & non po-
teſt ciuitas abſcōdi ſupra montem poſita, neque accendunt lu-
cernam,

A cernam,& ponunt eam ſub modio. Quin Deus neque hoc minus iniquis impiorum negauit, permiſitq. vt recipiant, & ipſi mercedem ſuam in terris. vt cecinerit ille:

Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Inuictus arces attigit igneas.

Et:

Romulus,& Liber Pater,& cum Caſtore Pollux
Poſt ingentia facta Deorum in templa recepti.
Dum terras,hominumq. colunt genus,oppida condunt,
Plorauere ſuis non reſpondere paratum
B *Splendorem meritis.diram qui contudit hydram,*
Notaq. fatali portenta labore ſubegit,
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.

Quod ſi qui interdum nanciſcũtur immeritos honores,breui ſpoliantur illis, æternamq infamiam recipiunt, quæ nec viuentibus deeſt,aut certè neque tam magni,neque tam diuturni malis honores contingunt,vt bonis.

Secundus,datur auctoritati qua pollẽt inter mortales, ita vt
extimeſcãt ab ipſis Populi,Principes,Reges, & ſummi Impera
tores,eoſq. cum cæteris maxime reuereantur,eorum dicto ma
C xime audientes eſſe ſoleant. Hinc ille:

Ac veluti populo in magno ſi forte coorta eſt
Seditio,ſæuitq. animis ignobile vulgus.
Iamq. faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauem, ac meritis ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent,arrectiſq auribus aſtant:
Ille regit dictis animos,& pectora mulcet.

Tertius opibus,non ijs quidem, quas habere ſoleant illi ple-
rũque in dominio proprio,neque enim id curant, aut quærunt;
ſed quas ad ipſos alij deferunt, ijs committunt ad exequenda
D opera publicæ vtilitati expedientia, vt apparet, ſi de Chriſtianis agamus, in familijs religioſis, & hominibus ſacris, quorum ſunt ampliſsima latifundia,templa,ædeſq. magnificæ, & ingentes.Quod ſi agamus de alijs,cognoſcimus ex hiſtorijs aliquorũ, ſapientibus viris,ac probis oblatas ſæpe magnas opes, quas illi contempſerunt, vt e Diogene Laertio habemus.

Quartus amicis, ac ſtudioſis eorum. Nam quis comparari hac in re Chriſto poteſt? Quis Chriſti famulis, Antonio,Magno Baſilio,& alijs,quos nominatim ſupra retulimus? Quis vlli eorum,qui terrenis abiectis cæleſtium ſeſe adeptioni, & contem-

plationi

plationi deuouerunt, aut alijs reuocandis ab itinere vitiorum A
præcipiti? Quot, verbi gratia, monachus quilibet fratres habet? Quot domos, vt excipi ijs poſsit amantiſsime, per varia regionum loca diſperſas? In pari quidem cauſa, & ſtatu plures bonorum ſunt amici, quam malorum, inter quos nulla poteſt amicitia conſtare, vt Philoſophus oſtendit, atque vſus docet.

Quintus diuinæ cuidam poteſtati, qua ſupra totius naturæ vires interdum miracula maxima ediderunt in ſanandis ægrotis, in periculis, maliſve depellendis cæleſti quadam ſupremaq. virtute. quin agnouere etiam qui ſunt à Chriſtiana Religione alieni, iuſtos eſſe in quadam Dei tutela. ob id Venuſinus: B

Integer vitæ, ſceleriſq. purus,
Non eget Mauri iaculis, neque arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.

Sextus eſt in animi voluptate intima, ſiquidē velimus eam numerare inter bona temporalia, quando eam quæ, ſenſu percipitur numeramus: hæc animo ſentitur: ſolet autem redundare & in animam ſentientem: quod ſæpe accidit Martyribus Chriſtianis, ſed aliquibus negatum fuit, vt magis mererentur, ac virtutis operatio foret eminentior: nullis ſcilicet fomentis indigens C
externarum rerum. Nam iucunditas animæ ſentientis eſt infra intellectum, ad quem maxime pertinet functio virtutum. Iure itaque Lyricus vocauit curas laqueata circum tecta volātes. & alibi cecinit illa:

Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Maiorumq. fames.

Igitur, cum iuſti priuantur temporalibus bonis ex aliqua parte, duas ob cauſas, vel pꝑter flagitioſorum peruerſitatem probis aduerſantium, vel vt Diuinitas manifeſte ſe prodat, idq. eueniat ad profliganda peccata, & virtutes promouendas; Hæc tamen D
ſex, quæ recenſuimus, aut ſemper, aut plerumq; iuſtis, dum viuunt, adeſſe ſolent magis, minuſve, quò magis minuſve lux eorum probitatis affulſerit oculis mortalium. Ac ſunt longe maxima omnium, cōtinentq. quodcumq; temporale ab hominibus exoptari recte poteſt. Nam talia ſunt honores, auctoritas, diuitiæ, amici, poteſtas, voluptas. Neque vero exiſtimandum, perfectiſsimos iſtos poſſe omni bono temporali carere ad felicitatem potiundam. niſi enim corpus ſit conuenienter affectum, nulli contemplationi poteſt eſſe locus, ac neceſſe eſt, verbi gratia,

diuelli

A diuelli à Deo contemplando, qui nimijs membrorum cruciatibus obruitur, neque in amato figere mentis obtutum valet: quod ſi figat, iam quæſtioni non eſt locus: agimus namque de illo, cui præcluſus ſit aditus omnis ad amatum puro mentis oculo fruendum, a quo quanto interuallo dimouetur, tãto abeſt a faſtigio beatitudinis, niſi ex hoc fiat iter expeditius, ac planius ad hunc finem diutius, atque efficacius aſſequendum. Tales igitur ſunt Heroes, quibus ſi gratia gubernationis adſit, ſeq. iis ſubiiciant mortales, optime, ac feliciſsime ageretur cum genere humano: per eos namque, vt aperiemus, ſtat mundus, ſtãt
B gentes, & regna.

Imperfecti indigent externorum bonorum maiori abundantia, ne corruant omnino ab omni loco felicitatis: præterea vero egent, vt innitantur perfectis.
Cap. IX.

PErfectum eſt imperfecti fundamentũ, ac ſtabilitas, & abſque illo, neque hoc produci, neque conſiſtere vllo modo poteſt. Illud autem
C ſibi ſufficiens nullis indiget externis, quatenus tale eſt; certe multo paucioribus, quam imperfectum: & tamen in mutabilibus, vti nunc quidem ſunt, idem prius eſt imperfectum, quàm conſequatur perfectionem. Vocamus imperfectos in propoſito noſtro, aut qui nondum ſolide, ac firme in virtutibus ſunt corroborati, ac vocantur incontinentes, aut qui nondũ peruenere ad id ætatis, vt rectum valeant ſcire, & eligere, quæ duo pertinent ad virtutem. Cumq. tertium ſit illud, vt immobiliter quis agat: imperfectus adhuc abeſt ab hoc gradu. In
D quolibet autem mortalium cœtu maxima pars eſt imperfectorum. Tales enim ſunt infantes, pueri, adoleſcentes: tales etiam vitioſi omnes, ac manifeſte plurimis egent iſti externis, vt ad felicitatem peruenire poſsint. Nam quemadmodũ infantes non queũt a ſemetipſis ambulare, eloqui, aut aliquid agere; ſed aliis indigent, a quibus adiuuentur: eodem modo imperfecti, egent magiſtris, ſociis, & occaſionibus, per quas ad honeſtatem promoueantur, & in ipſa conſiſtant: idemque dicendum dę pueris, quos opus eſt, libris, doctoribus, valetudine, otioq. abundare, & aliis, quæ neceſſario requiruntur, vt ſciant quid ſit virtus,

doceantur eligere, quæcumque ſunt expedientia, & in his conſolidentur. Ac veluti arbuſculas palis alligamus, multoq. ſtudio enitimur, ne deijciantur a ventis, ne proculcentur a beſtijs, ne corrodantur: Eodem modo imperfecti adiuuandi ad virtutes: alioquin ſtare vniuerſitas non poterit, ſed breui concidet, aut adducetur in aliorum poteſtatem, temporalium iacturam faciet pro ratione imperfectæ virtutis. Age vero amici ſunt inter externa bona, tolle amicos ex aliquo cœtu, qua ratione quæſo ſtabit? Rurſus nulli bono ſit auctoritas, dilaniabunt ſeſe inuicem ciues. Non ſint opes, niſi malis, non ſint niſi his vires, annon omnia peribunt? Vbi vero nullæ artes, ac diſciplinæ, nulla exempla, quibus excolātur humana ingenia, ad temperantiā frugalitatis, modeſtiæq. matrem, ad fortitudinem nulla pericula extimeſcentem, ad iuſtitiam, qua ius ſuum cuique tribuatur, ad prudentiam, quæ referat omnia ad bonum commune, neceſſe eſt homines in feritatem, vel ſtuporem effæminatiſſimum deduci; ac proinde diffidiis agitari, diſcerpi, aut languore marceſcere, & ad nihilum redigi. Sic etiam ſemina telluri quidem commiſſa, verum non aratæ, non excultæ, aut computreſcunt, aut degenerant in lolium, auenam, ſterileſve, & infœcundas herbas. Hinc a Romanis domitæ tot gentes, quod illi quidem magis germanam virtutem ex animo amplecterentur, quam ceteræ, quæ longius abſceſſerant a recta, ac tuta honeſtatis, ac totius iuſtitiæ via, vt differit late Dionyſius Halicarnaſſeus initio Hiſtoriarum ſuarum, & Polybius lib. 6. Græci auctores, & graues. Sed ex aliis etiam neceſſe eſt, ita contingere. Virtus enim conſiſtit in medio, neque ad aliquod extremorum declinat. Nā, ſi agamus de vitiis oppoſitis fortitudini, & temperantiæ, quæ iuſtitiam corrumpere, prudentiam vero obnubilare ſolent, atque ita omnem virtutum chorum perdere, extrema, vel nimiam mollitiem qualis eſt pecudum, vel rabiem quandam, qualis eſt viperarum, tenent. Vtraque ad interitum trahunt. Hæc quidem quaſi venenata, illa autem quaſi cunctis iniuriis obnoxia. Incontinentes non modo extrema participant, ſed etiam virtutis medium pro diuerſitate temporum, ac rerum. Idcirco multis egent inſtrumentis, per quæ immobiliter virtutem teneant, contraria perrumpant, ac diſſipent; alioquin huc illuc agitantur, niſi per aliquem perfectum, qui ſolus omnem ipſorum mutabilitatē ſuperet, & cui firmiter adhæreant, omnes conſiſtant, verbi gratia, Romæ Senatus conſilio, Pruden-

tia,

A B C D

A tia,ac virtutibus magis ornatus populũ in pleriſque, & magnis moderabatur; & Excellentiſsimi inter ipſos aliquando ab extrema ruina Ciuitatem liberarunt, vt Camillus, cum Galli Vrbem ceperunt, atque incenderunt, Q. Fabius Maximus,& Scipio, cum Pœnus Annibal in extremum diſcrimen adduxerat Remp. quibus temporibus Romani bonis prope omnibus externis nudati fuerant. Hæc fient illuſtriora exemplis, e ſacra hiſtoria deſumptis. Populo Hebræo deerat imperium ſummũ, premebatur acerbiſsima ſeruitute ab Aegyptiorum Regibus, & omni fere bono externo ſpoliatus fuerat, parumq. abfuit,
B quin funditus exſcinderetur. edictum namque fuerat, vt omnes Hebræorum mares interficerentur. nulla erat poteſtas, quæ poſſet obſiſtere, ad internecionem rapiebãtur. ac ſane omnino deleti fuiſſent, ipſorum gẽs intercidiſſet, niſi quæ Dei benignitas erat, Religionis ſinceræ virtus, meritumq. contra nitens Moyſem protuliſſet in lucem, qui Remp. ſtabiliuit. Hic nulla indigens armorum potentia, nulla humani imperii poteſtate Heros perfectiſsimus, ſolo pene nutu elementa omnia cõmouebat, ſibi ſufficiens, quippe qui Deo coniunctus eſſet. Eodem modo, cum ſuſcitatus eſt a Deo Sampſon, qui liberaret Hebræorũ gentem.
C e Palæſtinorum ſeruitute modis illam mirabilibus in libertatẽ vindicauit, neque externis adiumentis admodum multis eguit: Veluti neque Dauid indiguit, cum Goliath proſtrauit, arma ferrea reiecit, ac ſolo Deo fretus in aciem proceſsit. Verum nihil æque patefacit hanc veritatem, quam quod contigit Chriſtianis; quibus quidem Chriſto viuente deerant omnia fere externa bona; Chriſtus autem non modo ſpoliatus eſt illis, ſed etiam mox ipſa vita. Quid igitur defuit, quin prope omnes exterminarentur, ac deleretur nomen, & memoria ſtudioſorum Chriſti? Imperfecti namque erant, ac deſtituti bonis omnibus
D externis. metus huiuſmodi exterminationis, atque abolitionis omnino ceſſaſſet, ſi adfuiſſet illis imperium ſummum, maxima auctoritas, opes, amicitiæ, & quidquid eſt huiuſmodi, ſed aberant hæc omnia. Chriſtus eos ſolus omnino ſuſtentauit, poſtquam rediit ad vitam, ſæpe ipſis apparens, & reuocans eos ad veritatem diuinorum traditam, fidemque, & obedientiam, quam prope omnem prorſus abiecerant. Atque ita, quando ad imperfectos tuendos, & conſeruandos opus eſt temporalibus, ne pereant, atque Apoſtoli, diſcipulique imperfecti erant, & ab omnibus bonis inopes, eorum cœtus, & vni-

uerſitas interijſſet,ni perfectionis totius fons Chriſtus eos ſubleuaſſet. Annon autem toties à Iudæis,& mox Imperatoribus Romanis, Regibuſque alijs ad interitum petiti, & vexati Chriſtiani,cum ſpoliarentur prope temporalibus cunctis,ad nihilum redacti eſſent, niſi adfuiſſent ipſis Heroicæ virtutes,ac præſtantiſſimi Heroes,per quos vniuerſitas ipſorum cõfirmabatur, magiſque ac magis in dies amplificata creſcebat, donec imperia ſumma & regna ad eos maxima peruenerunt, ipſique omnium externorum bonorum copia ditati abũdare cœperunt. cum ſcilicet Conſtantinus Imperator Chriſtianam Religionem complexus fuit in cauſa, vt Imperii Romani opes, ac poteſtas Chri- B ſtianorum foret poſt annum à Chriſto nato tercenteſimum, ac ſextum, ſed ducenteſimum ac ſeptuageſimum tertium, ex quo bella in ipſos moueri cœpta ſunt Chriſto crucifixo. vt mirandum ſit, ad ipſos imperium, omnium, quęcumque vnquam fuerunt, potentiſſimum & nobiliſſimum, vt in Lybico diſſerit Appianus, & initio hiſtoriarum Dionyſius Halicarnaſſeus, fuiſſe adductum in ipſorum poteſtatem tam breui temporis interuallo,cum toties ad euerſionem traherentur, quamuis Romani vix illud aſſecuti fuerint per annos ſeptingentos. Ac licet temporalium copia ſit imperfectis magis neceſſaria ad aſſecutio- C nem felicitatis, ſi tamen bene diſpoſiti fuerint, atque animati ad virtutem,premi inopia quadam, ac redigi ad quamdam bonorum huiuſmodi egeſtatem,ſolet eſſe calcar ad perfectionem, ſicuti circumcidere vites, aut ſegetum luxuriem depaſcere, vberiores fructus facit. vt verum ſit illud:

— Labor omnia vincit
Improbus, ac duris vrgens in rebus egeſtas.

Quamobrẽ legimus,doctiſſimos quoſq. viros,ac celeberrimos non admodũ diuites fuiſſe. Diſcere poſſumus hoc exemplo omnium prope philoſophorum,quorum vitã Laertius deſcribit,ſpe- D ciatimq.Hippocratis Medicorũ, Euclidis Mathematicorũ Principis.Nã quid de Homero,& Virgilio,vatũ pręclariſſimis,dicemus,qui fuerunt à principio pauperrimi. Lyricorum ſane ſummus ita de ſe ipſo:

—Paupertas impulit audax
Vt verſus facerem.

Quod autem dicimus in ſingulis hominibus, ac priuatis, idẽ conſtat in populis,ac Regibus.Nã qualis Cyrus,& Perſæ?Ille inter paſtores nutritus agreſtẽ vitã duxit,Perſę pellibus tantũ ve-

ſtieban-

A ſtiebantur, aquam ad potum, panem dũtaxat ad cibum cum ſale naſturtioq. adhibebãt, vt Herodotus libro primo, & Xenophon in Pędia narrant: & imperium tamen latiſſimum, ſimul & omnium, quæ fuerant, maxime diuturnum ſunt adepti. Quid de maioribus Alexandri, quibus emere ſolem fuit neceſſe, bobuſque, pecoribus, & equis paſcendis operam locare, vt habet Herodotus libro octauo? De Romanis non eſt quod aliquid dicamus, cum Venuſinus cecinerit de præſtantiſsimis eorum:

Sæua paupertas tulit, atque auito
Cum lare fundus.

B Igitur imperfectos, vbi bene diſpoſiti ſunt, ac perfectorum monita, & auctoritatem ſequuntur, adiuuat inopia quædam externorum bonorum; ſin minus, actum eſt de illis. extremam ruinam prorſus omnium, quæ reliqua ſunt ipſis, curriculo temporis breuiſsimo trahunt. quod clariſsime apparet in Aegyptiis, Aſſyrijs, Perſis, Aſiaticis, Græciſque ipſis, quos tam miſerabiliter iacere idemtidem lugemus conſpicati filios ipſorum abduci in fœdiſsimam ſeruitutem, tranſire in mores, linguam, ſuperſtitionem, nomenq. Turcarum.

Viderunt autem ſapientiſsimi quique legumlatores imper-
C fectis opus eſſe Perfectorum tutela. idcirco inſtituerunt, vt fatuis, & prodigis curatores darentur, nedum minoribus. ac ſicut in ſingulis, ita in vniuerſis eſt dicendum, quin multo magis: non enim ſubleuant imperfecti imperfectos, ſed onerant, atque opprimunt. Ex quo dicendum videretur, adminiſtrationem, & executionem rerum grauiſsimarum ſemper ijs mandandam, qui virtutibus, ſapientiaque in primis excellunt.

Homo, quatenus eſt virtutibus præditus, in primis autem religione, ac ſapientia eſt cauſa finalis omnium rerum ſenſibi-
D *lium, ac propterea etiam temporalium bonorum. Cap. X.*

E Superioribus poteſt à quouis facillime colligi, bona temporalia pendere à virtutibus, à religione, ac ſapientia. Videamus autem ſubtilius, an hæc ſint illorum cauſa, & quomodo. Atque, vt ab altiſsimis ordiamur, Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, Pro c.16.
inquit diuinus ſermo, vt cognoſcatur ſcilicet, atque ametur à naturis intelligentia præditis. Hinc illud Iſaiæ: Iſa. 26.

omnia

omnia opera noſtra operatur in nobis Dominus, ideſt ſemetipſum contemplans, & amans. cauſa igitur finalis omnium Deus: cui quidem cauſæ ab ipſo ſubijcitur alia, quaſi ſecundus finis, vt ametur, & cognoſcatur. ob id Philoſophus dixit orbes cæleſtes impelli à ſuperis mentibus Deũ reſpicientibus, ac diligentibus, quorum ſane impulſibus omnia generantur. Mouet autem Deus (inquit ille) hoc modo: quod concupiſcitur, atque intelligitur, mouet non motum. Horum autem prima eadem ſunt. Amabile namque eſt quod apparet bonum, primumque, ad quod voluntas aſpirat, eſt bonum. magis vero appetimus, quia cognoſcimus, quam cognoſcatur, quia appetimus. Principium namque intellectio. At intellectus ab eo, quod intelligitur. Ac poſt multa. à tali ergo principio tum cælum, tum natura dependet. Sic itaque per ſapientiam diuinam generantur omnia. Id vero fit hoc modo. intelligentiæ Deum contemplantur, & in eo conſpiciunt agendarum rerum exemplaria (non quæro hic, vniuerſalia ne ſint, an particularia) ex hac contemplatione amant eſſe ei ſimiles efficiendo illa, quorum conſpiciunt exemplaria, & ideas. ob id cælum mouent, per quem motum cuncta gignuntur. en vt cælum, cælique motus pẽdeat à Deo cognito, & amato, inde à motu cæli naturalia quælibet generantur, nam motus præcedit omnem generationem. Ac proinde à Dei contemplatione, in qua collocatur ſapientia, atque à ſimilitudine amata dependet cælum, & natura. quatuor autem modis Deum contemplantur Angeli, per eſſentiam propriam, per eſſentiam diuinam, cui copulantur, per ſpecies infuſas, per effectorum cognitionem, longiſſimeque differt à noſtra ipſorum ſapientia. Rectiſſime tamen de illa in vniuerſum pronuntiauit Salomon, aſſerens, ab illa vniuerſitatem rerum productam: Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum. antequam quidquam faceret à principio, ab æterno ordinatã ſum, & ex antiquis antequã terra fieret, & cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. Ita Salomon de ſapientia increata, vt exponunt. ſicut autem Deus eſt vltimus finis, cuius gratia nihil non generatur, ita contemplatio & amor eſt finis, quo ad eum tenditur. Sed & homo eſt omnium, quæ ſenſibus ſubijciuntur, finis. Sic enim Philoſophus ſcriptum reliquit, & ipſi iuriſconſulti in leges retulerunt, ac dixere, fructus omnes comparatos à natura propter hominẽ, atque idcirco ipſum nõ eſſe in

Metaph. li. 12. tex. 36. — A, B, C, D (margin section letters)

Pro. c. 8.

Phyſ. l. 2. te. 24. l. in pecu dum. de vſu.

A eſſe in fructu, quod ſit omnium cauſa, vt loquuntur, finalis. Idcirco admiratione plenus Dauid illud canebat: Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei, aut filius hominis, quia reputas eum? Minuiſti eum paulominus ab Angelis, gloria, & honore coronaſti eum, conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Sed quanam parte omnium finis homo? an, qua belluæ ſimilis? Non ita profectò. Qua Deo, per quam virtutibus excultus illum contemplatur atque amat, & cuncta ipſum refert. Nam propterea dicitur ad imaginem, ſimilitudinemque illius factus, vt interpretantur ſancti &, docti B viri Baſilius, Ambroſius, Auguſtinus, Nyſſenus, Thomas. Quamobrem iure per ſapientiam, ſapientiæque adminiſtram religionem eſt homo finis omnium, quæ ſenſibus vſurpantur. Ac Sanctus Iuſtinus Martyr in Apologia ad ſenatum Romanum clariſſime aſſerit mũdum ſtare per bonos, ac propter ipſos eſſe, ſic inquiens. Deus differt totius mundi confuſionem, atque interitum, quando mali Angeli, & genii, homineſque delebuntur, vt parcat Chriſtianorum ſemini, quòd ſcit eſſe cauſam rerũ naturæ incolumitatis: niſi enim hoc ſupereſſet, nec vobis (gentibus) quidem daretur patrare poſt hac talia, & concitari à noxiis C Dæmonibus, ſed ignis vindex deſcendens ſine diſcrimine ſuſtuliſſet omnia, relinquens neminem. Hæc ſanctus. Idcirco Angelicus Doctor ita ſcribit: Completio numeri electorum ſecũdum doctrinam fidei non ponitur ſecundarius finis motus cæli, ſed principalis, licet non vltimus, quia finis vltimus vniuſcuiuſque rei eſt bonitas diuina, in quantum creaturæ, quoquo modo ad eam pertingunt, vel per ſimilitudinem, vel per debitum famulatum. Hucuſque Sanctus. Ex his, quæ diximus, colligitur, virtutes, religionem, ſapientiamque diuinam potiſſimum eſſe cauſam finalem non modo omnium bonorum temporalium ſed eD tiam quarumcumque rerum, quæ ſentiri à nobis poſſunt. Quin, ſi de ſapientia Angelica agamus, hæc non modo rerum mutabilium finis eſt, qua circũuoluunt Angeli cælũ, ſed efficiens etiã: nam circumuehentes lumen, & immutantes ea, quæ conſtant ex elementis, efficiunt omnia quæ generantur. Amplius etiam, quæ ſunt ſupra ordinem naturæ, per Angelos modo ſuo tamen adminiſtrantur, intermedii namq. ſunt inter nos, ac Deum, qui toti rerum naturæ præeſt, atque imperat, adminiſtratorii ſpiritus, inquit S. Paulus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem cupiunt ſalutis. ſequitur ex hoc ſapientiam, religionemque

Baſ hom. 10 in Gen. Am. c. 8. lib. 6. in Hexam. Au. 9. q. 83. Nyſſen. ho. de creat. hominis. Th. 1. par. q. 93.

S. Thom. q. 5. ar. 5. de pot. Dei in diſp.

Hebr. 1.

nemque eſſe efficientem omnium, quę ſupra naturam ſunt, cauſam. Inſtrumentalis enim cauſa, vt loquuntur, reducitur ad efficientem, veluti à ſerra dicimus effici ſcamnum, librumque à calamo exarari. Iam ſi Deus eſt effector omnium, quæ ſunt, efficitque omnia referens in ſemetipſum, vt cognoſcatur, atque ametur, quod per ſapientiam, pediſſequâque huius religionem conficitur à nobis, iam liquet, omnia fieri à ſapientia, & religione. Et bona igitur temporalia pendebunt ab hac, veluti ab A

Sap. 3. efficiente, & fine. ac vere Salomon: Sapientiam, & diſciplinam qui abijcit, infelix eſt: & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inutilia opera eorum. Mulieres eorum inſenſatæ ſunt, B & nequiſſimi filij eorum, maledicta creatura eorum, & mox; ſapientia attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Hanc amaui, & exquiſiui a iuuentute mea, & quæſiui ſponſam mihi eam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius, generoſitatem illius glorificat contubernium habens Dei. Sed & omnium Dominus dilexit illam. doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, & electrix operum illius, & ſi diuitiæ appetuntur in vita, quid ſapientia locupletius, quæ operatur omnia? Ita Salomon. Vt iam recte, ſi quidem reſpexit ea, quæ diximus, cecinerit ille: C

Ad ſummam ſapiens vno minor eſt Ioue, pulcher,
Diues, honoratus, liber, Rex denique Regum.

Ex eiſdem conſequitur, ex inſtituto Diuino, cęleſti, ac totius naturæ conſenſu, non deberi dominium temporale alicui, quod non ſit ſpirituali, vt aiunt, in omnibus ſubiectum. Deus namque ordinat omnia, fabricaturque, in ſemetipſum referens. eodem modo Angeli, tam naturalia, quam ſuper naturalia: denique, & homines ſapientia, & virtutibus ornati. Quod ſi quis aliter agit, contra Deum, ſuperos, ſapientiamque, & eius ancillam religionem facit, hominemque exuens induit belluam. Atque ita peccat qui Dominium temporale in omnibus non ſubijcit Religioni, atque ijs qui Religioni præſunt, quatenus; ab illa non diſcedunt cum nihil ſit, quod in Deũ ſummum creatorem non ſit referendum: quod eſt Religionis, ac ſapientiæ munus. D

Proba-

A *Probatur ex officijs ſingularum virtutum, ipſarum poſſeſſores eſſe cauſam efficientem magna ex parte temporalium bonorum, quæ ab hominibus poſſidentur. Cap. XI.*

DIximus, hominem ſuo modo eſſe omnium mutabilium finem. Videamus etiam, per virtutes eſſe efficientem cauſam temporalium bonorum magna ex parte, vel proxime, vel remote: in primiſque ſunt quatuor præcipuæ virtutes, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo,
B Tēperantia. his imperat Religio, ſapientiæ miniſtra. Sit igitur aliquis exempli gratia ſine prudentia, quo non diſſipabit hic omnia bona temporalia per inſipientiā ſuā? Quo non diſperdet omnia quæcumque venient ad illius manus? quo non corruet cum ſuis omnibus in omnia mala, & interitum ſupremum? Nam cum prudentiæ ſit, actionibus finem præſtituere, expedientiaque ad finem ſeligere, cæci inſtar, aut inſani feretur quiſquis ſine illa opus aliquod aggredietur. Nec minus mari ſe cōmittet, cum placidum fuerit, ac tutum, quam cum procelloſum, & omnino infidum, nullos ſcopulos cauebit,
C nullas Syrtes, naufragium ſine dubio faciet, abſorbebitur à fluctibus. Si fuerit agricola, non curabit agrum colere, hoc illoue potius tempore, humū ſerere, quid ſeminū iaciat non inſpiciet, omnia ſine dubio perdet. Eſto Rex, eodē loco amicos, quo inimicos habebit: immittet igitur in viſcera ſui Regni efferatiſsimos hoſtes, à quibus omnia proculcentur, ad nihilū redigantur, ſubiecti omnes ſpolientur, interficiantur. Sit ad huc aliquis abſq; iuſtitia, quæ eſt ſecūda virtus, rapiat, occidat, violet, obuiū quodq; An nō iſte ad extremū peſsimo fine cum ſuis omnibus peribit? Quod ſi aliquis Rex fuerit huiuſmodi, malos, atque homicidas
D euehat, bonos, ac manſuetos opprimat, veluti Chriſtiernus Daniæ Rex an non Regno ſpoliabitur, ac deiectus omni gradu bonorum cōſeneſcet, & morietur in ſqualido carcere? Quod ſi flagitioſi per iſtum eucti publicas res adminiſtrabunt, nonne omnia rapinis, libidinibus, ac cædibus replebuntur, & ipſi inter ſe ſceleribus contēdentes inuicem dilaniabunt, ac dilaniabuntur? Rurſus eſto aliquis expers fortitudinis, quæ eſt tertia virtus, ad muſcā quālibet circumuolantē trepidabit, animo concidet, terroribus die, ac nocte in ipſis inſomniis cōcutietur, agitabitur, ac miſerrime diſcerpetur, veluti emota mēte pecus. Quid pro-

Ariſt. Eth. l. 7. in prime. Plato in Euthyd.

F derunt

derunt opes, quid amicitiæ, quid nobilitas, quid ſanitas, pulchritudo, robur, ſi nulla in re conſtet animo, ad ſingula quæque contremiſcat, neque placido ſopore curas animi cōponere valeat? An iſte poterit aliquid firmū cogitare, perpendere, ſtatuere, & exequi, cui pauor excutit omnes animi ſenſus, atque, vt aiebat ille, omnem ex animo ſapientiam expectorat? Melitam, credo, defendet aduerſus Turcas, vt equites Hieroſolymitani fecerūt, aut ſuos fugientes in acie retinebit, ne turpiter terga dantes omnia ſua cum focis, & aris inflammanda inſequentibus hoſtibus relinquant. Talis certe lepus, ac damula propriæ fugę exemplo ſe in pedes coniiciens in fugam ſimiliter ſingulos cōiiciet, B vt inimicorum telis facillime configi poſsint, ac diripienda, & vaſtanda deſerant omnia ſua. Reliqua eſt Temperātia, quatuor virtutum poſtrema. Inſpiciamus, an ſine hac vel felicitas temporalium ſtare poſsit, ita vt proſint intemperato, vel ipſa illa temporalia. Atqui neutrum ſine illa poteſt haberi, ſicut neque ſine ſuperioribus. ebrioſus namque heluo, luxui, libidinique deditus, & corporis vires, & decus perdit, & quæcunque inſumit in ingluuiem, laſciuiam, vel quidquid eſt huiuſmodi. Heliogabalus non modo effeminatiſsimus erit, nulliuſque roboris, ſed omnia profundens, & ſemetipſum, & illa perdet. Idem cōtinget C quod Sardanapalo, Gallieno, Neroni, & aliis huiuſmodi portentis. Petulantiæ addictus, vinoque, & cibo diſtētus id curat, vt effrenem cupidinem, vētremq. expleat. Id modo aſſequatur, cetera contemnit, aut non magni certe facit. En igitur, vt vitioſis bona temporalia iam bona non ſint, atque vtilia, breui per eos diſsipentur magis minuſue, vti magis minuſue homines vitioſi erunt.

Contra nititur, atque efficit virtus. Eius namque munus eſt, in omnibus iuuare, & amplificare non modo vtentem rebus, ſed vniuerſum præterea genus humanum. quod ſi quando rebus tē- D poralibus vtens, illarum iacturam facit ob commune bonum, & maius ſibi acquirit, vt ſupra aſſerebamus, neque tamen eas diſsipat, quæ in vtilitatem generalem ceſſerunt: Iccirco virtus eſt cauſa efficiens tum omnium, tum vero ſpeciatim temporalium bonorum, minor quidem minorum, maior autem maiorū. pro quorumlibet condicione. Nam licet Agricolam virtus impellat ad bona ſublimia, veluti ad amandum, & cognoſcendum Deum; eadem tamen per artem agriculturæ impellit, atque imperat, vt bene colat agrum, quin iubet, vt optimus omnium ſit

agricola,

A agricola,& optime omnium colat. Atque idem de ſingulis dicendum,qualiacunque ea ſint. Exempli gratia. Eſt aliquis intemperans,accedit ad coniugem, cum menſtruis eſt obnoxia, quod neſciat libidinē cohibere. concipietur fœtus morbo comitiali ſubiectus, & corporis male affecti. Eodem modo inualidis erunt membris geniti ab ijs, qui coitum nimis frequentant, aut nimio cibo, potuque replentur. quod non contingit ijs, qui gignuntur à tēperatis. Quod ſi de tertia virtute agamus Fortitudine, à meticuloſis,& nimio pauore exagitatis prognati nullo ſunt robore: infirmum namque illis eſt ſemen. Nulla gens eſt B Tartarica crudelior,& efferatior:neque vlla gens ad Septētrionem poſita filios edit adeo deformes,vt iſta:quod e Ioſephi Barbari ſcriptis apparet. Nulla eſt natio in Africa,quæ inſipiētior, ſimulque fœdiori vultu ſit ijs,qui torrida Zona continentur,exceptis Abyſſinorum populis, qui Chriſtum ſequuntur,& magis ad humanitatem ſunt exculti. Et quamuis plerumque non ſe conſequantur hæc pulchritudo,& virtus, Deus tamen, ad commendationē virtutis,inter homines minus peritos, voluit, hæc ſæpe coniungi:vt non inepte Homerus Therſitem ſtolidum ſimul depinxerit, ac turpem: ac vetus illud iactetur:

C *Πρωτὸν μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος.*

Numquid autem virtus animi pulchritudinem, roburq. corporis efficiet? An illa iſtius aliquo modo cauſa? Afferet aliquam philoſophus, aſſerens, animo bene per virtutes compoſito, neq; perturbationibus agitato, humores corporis eodem modo haberi, atque eodem modo ſemen ad concipiendum fœtum profundi. Et quando mores, & corporis temperatio ſolent inter ſe cohęrere, quod Galenus omnino probat, illud erit etiā verū:

Fortes creantur fortibus,& bonis,
Eſt in iuuencis,eſt in equis patrum
D *Vigor, nec imbellem feroces*
Progenērant Aquilæ Columbam.

Sic ſupra aperuimus, imperia magna ab hominibus virtute aliqua præſtantibus fundata, non à flagitioſis, & ſcelerum colluuie coopertis. Neque imperia ſolum magna, ſed artes ipſas, ac diſciplinas elaboratas, atque ad ſummū perductas ab ijs, qui licet aliquando in aliquodq; crimen inciderint, ad ſaſpientiam tamen, iuſtitamque vniuerſalem præ ceteris aſpirabant. Nam tales fuere Pythagoras Italicæ Philoſophiæ parens, ac Thales Mileſius Ionicæ, vt apparet e Diogenis Laertij libris. Tales

 fuere

fuere Socrates, Plato, Ariſtoteles, Zeno Stoicorum Princeps A
Euclides, Architas, Archimedes Mathematicorum ſupremi,
Hippocrates, & Galenus Medicorum. De Regnis autem fuſius
agetur à nobis loco ſuo: explicabiturque ad culmẽ tunc euecta,
cum minus a recta Religione aut eius ſectatoribus abfuerunt.
Denique, vt finem faciamus, à mortalibus nihil efficitur boni
in terris, ſiue illud tenue ſit, ſiue amplum, quod non à virtute,
vel perfecta, vel imperfecta efficiatur. ſolius enim virtutis eſt,
bonum producere: à malo enim malum, à bono bonum: virtus
eſt principium boni, vitium mali. Quicunque igitur agit bonum
per virtutis qualemcunque participationem id efficit, ita, vt à B
magna magnum, ab exigua procedat exiguum munus. Hinc ar-
tes ſeruiles, liberales, ſcientia, ſapientia, & eorum præclaræ fun
ctiones eluceſcunt, ab igniculis illis virtutum, quos animus ho-
minum natura, atque auctor naturæ Deus inſeruit, excitatæ.
Hinc vere iucunda, vtilia, & honeſta cuncta inter homines latiſ-
ſime in terris effunduntur.

Iuſti ſunt bonorum temporalium cauſa meritoria, & moralis, quæ reducitur ad efficientem. Cap. XII.

Vidimus hominem religione præditum eſſe in primis finem, cauſamque, vt dicunt finalem rerum C
omnium mobilium vidimus, quomodo magna ex
parte ſit cauſa efficiens temporalium bonorum.
Videamus, an aliomodo ſit horum cauſa efficiẽs.
Et quidem eſt cauſa meritoria, ac mortalis (quæ ad efficientem
reducitur) omnium bonorum temporalium, quæ non modo ne-
ceſſaria ſunt ad æternam ſalutem, ſed etiam vtilia. Ita recte Sã-
ctus Thomas definiuit, decernẽs, Quemlibet, vbi fuerit in gratia
Dei ex condigno hoc mereri. Eſt enim filius, atque heres Dei,
cui non modo debetur beatitudo, ſed quæcumque conferunt ad
illam: cum ſit idem iudicium finis, atque eorum quæ perducunt D
ad finem. Cumque moueatur intime à Spiritu Sancto, huic mo
tioni à tanto motore procedenti tanta merces iure, ac digne
debetur. Ac proinde homo huiuſmodi merebitur, vt motus cõ-
tinuetur, ac generatio, à quibus fiunt tẽporalia bona, quæ mere
tur. ſoli autẽ ſibi exiſtẽs in gratia augumẽtũ gratiæ meretur ex
cõdigno, reliquis ex cõgruo mereri poteſt, ac propterea neque
neceſſario, neque ſemper. Solus Chriſtus caput non modo ho-
minũ cunctorum, ſed etiam Angelorum, potuit alijs ex condi-
gno gratiã mereri, ac proinde poteſt eos penitus immiſſo Spi-
ritu

S.Tho. 1. 2. q. vi. art. vl.

S Tho. 3. q. 8. art. 3. et 4.

A ritu ſancto, & charitate ad Deum præ cunctis amandum ciere certiſſimo euentu, atque adeo temporalia bona ad hoc vtilia mereri. Sic igitur Chriſtus à Deo conſtitutus in cæleſtibus, inquit Sanctus Paulus, ad Epheſios ſcribens, ſupra omnem poteſtatem, & principatum, mouet Angelos, à quibus cælum mouetur, per quem quidem motum generantur omnia. Cumque vna ſit Eccleſia Chriſti, & quæ in terris eſt coniuncta ſit illi, quæ in cælo, vna atque eadem, cuius eſt caput Chriſtus: per Chriſtum nihil non hæc Eccleſia, in qua ſola conſidet vera ſapientia, ac religio vera, hoc modo, vt apparet, mouebit, atque efficiet. Eſt

Eph. 1.

B autem Chriſtus caput, non modo vt Deus, ſed etiam vt homo, habens animatum corpus, cui quidem vero corpori coniungimur vere, ac reipſa per noſtrum corpus Euchariſtiam ſumentes, vti palmes coniungitur, quod Chriſtus dixit viti, membrũ capiti, atque ob id Eccleſia dicitur corpus eius. quod poſt ipſum Chriſtum, & Paulum late declarant Sancti Irenæus, Methodius Martyr, Cyrillus Hieroſolymitanus, Alexandrinus, Hilarius, ac poſt multos alios Algerus, & Paſcaſius Corbienſis, vt alibi late proſecuti ſumus. Cum ſimus itaque Chriſti corpori eidem, quod eſt in cælo, adiuncti, concurrimus aliquo modo per

Iren. l. 5. c. 6 Meth. in ſymo. Cyr. cat. 4 Cyr. c. 17. Ioan. Hil. l. 3. de Trin. Alg. l. 1. c. 3. de ſacr. Paſch. c. 7 l. 14. c. 6. de ſign. eccl.

C meritum congruum nos quoque ad hæc temporalia quæ in terris gignuntur. Iccirco & nos ſacerdotes idem corpus ex pane mirabiliter cõficimus, vt loquitur Sanctus Ambroſius, & offerimus veluti ſacrificium placãs Deũ, per illud impetraturi quod oramus, qui ſunt omnes actus religionis, per quam nos congrue meremur alijs, Chriſtus condigne: atque ideo in cauſa meritoria ſumus, vt temporalia bona gignantur, diſtribuantur; motus, ac generatio continuetur. ceſſabuntque hæc. & mundus corruet cum iuge ſacrificium ceſſabit, vt ex Daniele aiebat Sanctus Hippolytus Martyr libro de conſummatione mundi. Meremur

Daniel. 11. et 12.

D tamen adhuc nobis, ſi quidem ſimus in gratia Dei ex condigno, æternam vitam, beatitudinemque perfectam, ac proinde corporis noſtri reſurrectionem, dote ſque glorioſas. Interim vero omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc, quia & ipſa liberabitur à ſeruitute corruptionis, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis noſtri. Et Deus ſingula ordinare inter ſe, maiora quidem maioribus, minora minoribus aut præficiens pro merito cuiuſque, aut ſubijciens, ita, ut natura, & naturalia cuncta ab ipſo creata antequam nos eſſemus, ſeruiant, atque obediant gratiæ ſuper

S. Tho. 1. 2. q. vlt. art. 3.

naturali, cum ſint illa ordinis inferioris, ac diuini. Stetque A ordo aut melior, aut deterior huius mundi variabilis, vel per merita noſtra meliora melius vel per demerita nequiora peius. Atque hæc non modo Theologi Chriſtiani ſtatuerunt, ſed Chaldæorum quoque, Perſarum, & Orientalium ſacerdotes Magi dicti. ſic enim Diogenes Laertius, Theopompus, inquit, octauo Philippicorum libro reuicturos homines iuxta magorum ſententiam dicit, immortaleſque futuros, & vniuerſa illorum precationibus conſiſtere. Iſta Eudemus quoque Rhodius tradit. Hæc ille. Neque ſolum ad hæc inferiora temporalia ſtatuit nos Deus operibus noſtris concurrere, vti diximus, B ſed vtitur nobis ad efficienda maxima quæque miracula quaſi inſtrumentis quibuſdam, licet ea ſint ſupra omnes naturæ vires, & omnem noſtram poteſtatem. Hinc appetitio ſanctorum mouetur à Deo ad illa ſpeciatim cupienda, quæ Deus ipſe vult efficere. amborum namq; eſt eadẽ cupere. Sic impulit Virginẽ, vt aſſentiẽs Angelo nũtiãti diceret: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundũ verbum tuum. quæ ſimul ac dixit, Dei filius ex illa corpus aſſumpſit, ex quo mundi totius eſt reſtauratio, ad quam veluti inſtrumentũ quoddã remotum, & morale Virgo contulit aſſenſum ſuum, propter quem Dei filius factus eſt homo, & nũc C ad dexteram Dei ſedens omnia moderatur, & omnia ſuo tempore in optimam formam renouabit. Sic Deus ait ad ſe clamaſſe vocem ſanguinis Abel, qua commotus punierit homicidam Cain: ſic Adami peccato impulſus execrationi terram ſubiecit, illumque expulit e Paradiſo, & criminibus innumeris mortalium coactus vniuerſali eluuione terras, atque humanum genus excepto cum filijs Noe perdidit, & indignatus ad conſtructionem Babylonicæ turris poſteritatem Noe late diſperſit; Abraham petenti filios dedit, credentique maxima, & obedienti ad duriſſima pollicitus eſt ex ipſo Reges naſcituros, Gentiũ D patrem futurum, nationibus cunctis per ipſius ſemen bene, & dicendum. & faciendum. Atque, vt huiuſmodi infinita omittamus Ioſue Solis curſum, Lunæque cohibuit, Iſaias eiuſdem curſum retro adegit, Elias cælum clauſit atque aperuit. Denique ob Adæ peccatum, & eius poſterorum mala omnia nos affligunt, quæ iuſtorum precibus depelluntur, aut minnuntur, itaut Sancti pœnas ipſas aliquando in ſe auertant, exemplo Chriſti, vt mox aperietur, atque ita Deum placent reliquis hominibus. eminentiſſime namque eſt ille liberalis: ac veluti mortales

Diog. l. 1. c. 1

S. Th. 22. q. 178. q. 1. ar. 1

A tales, quo magis liberales ſunt, eo magis petentibus amicis non illicita concedunt, ſic Deus omnium maxime in ſuos amicos, quod æquum volent & rogabunt, ampliſſime effundet: ac proinde etiam tum reliqua, tum vero bona temporalia, quæ neceſſaria ſunt imperfectis, aut alioquin conferentia ad humanam felicitatem, ſiue in terris, ſiue in cælo.

Enimuero, cum Deus aliquem perdere conſtituit ob ſcelera, ſimul ordinat etiam, nequis pro illo intercedat, atque vt is interceſſores a ſe alienet, amicos nimirum Dei. Ordinat autẽ non inſpirans animum ſuis, ac deſiderium, vt pro illo orent, ac B permittens ab eodem negligi, & contemni amicos Dei, preceſq. ipſorũ. quod Pharaọ fecit. Hinc legimus, a Deo fuiſſe Samueli edictum, ne pro Saule precaretur, & Ieremiæ, ne pro Iudæis, quos Deus conſtituerat Nabuchodonoſoro in ſeruitutem tradere, cum multis iniurijs oneraſſent, tum Ieremiam, tum bonos omnes; ita vt meliori loco fuerint boni plerique, in quibus erat ipſe Ieremias, apud Chaldæos, quam Iudæos. Pentapolis tunc eſt igne cælitus delapſo abſorpta, cum Deus palam teſtatus eſt, non fuiſſe in vlla quinque ciuitatum duos, qui boni forent, ac ſi fuiſſent, aſſerebat fore, vt omnem pœnam condonaC ret? quin non ante euertit eas vrbes, niſi ex quo contumelijs affecti ſunt Angeli, ac Loth, atque ex illis profugere. ſic Deus voluit placari falſis ijs Iobi amicis ipſius Iobi interuentu, ac ſæpius Hebræis precante Moyſe, ac poſt ipſius mortem ſacrificijs ſacerdotum. Quod ſi neque e populo, neque e ſacerdotibus fuiſſet vllus tanti apud eum meriti, & amicitiæ, vt poſſet Deum conciliare, aut ſe non interponeret; tunc omnia mala contingebant. Et conqueritur aliquando Deus non eſſe in terris, qui inter ipſius, nocenteſq. intercedat. Quæſiui, inquit, apud Ezechielem, de eis virum, qui interponeret ſæpem, & ſtaret D oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam, & non inueni, & effudi ſuper eos indignationem meam, in ignem iræ meæ cõſumpſi eos, viam eorum in caput eorum reddidi. Hæc Deus. Iccirco crebro aſſerit ſe propter Abraham, Iſaac, & Iacob, Populo Hebræorum fauere, aut indulgere. Ob Dauidem vero ignoſcere ipſius poſteritati, eamq. in Regia poteſtate, ac dignitate tueri.

Neque vero Chriſtus hunc ordinem perturbauit vllo modo. Nam cum ſint optima, quæcumque ipſe inſtituit, maxime omnium ſtabiliunt hunc ordinem ipſius inſtituta, cuius eſt, vt alia

ſint

ſint alijs priora, atque ab his pendeant poſteriora, bonumque A
totius vniuerſi eſt in ordine, alioquin redigeretur in antiquum
Chaos ob id Paulus præcipit, vt omnia rite, & ſecundum ordi-
nem fiant, & eccleſiam totam ſæpe corpori comparat, ipſos
Chriſtianos membris, quorum caput ſit Chriſtus. An vero quiſ-
piam tam præpoſterus inuenietur, qui velit pedes bonum ſuum
recipere à capite abſque intermedijs membris? Si quis hæc ora
cula fundat, næ ſapientiſſimus erit. Sed, quemadmodum vis mē
bri alicuius in magis coniunctum magis deriuatur, in luxatum
vero, aut remotum non ita: ſic amicorum Dei merita, ſiue illa
ſint in deſiderijs ipſi oblatis, ſiue in operibus ſolis ad magis col- B
ligatos ipſis Dei amicis magis deferentur. Et, quo maior erit
connexio, maior erit ac potentior influxus. Quocirca, ſi Chri-
ſtianorum coniunctio vel quoad fidem, vel quoad caritatem,
quorū alterum ſpectat ad intellectum, & cognitionem, alterum
ad voluntatē, & amorem, maior erit, quam ſiue priſcorum, ſiue
quorumlibet hac ratione Chriſtiani præſtabunt omnibus, cum
Deo coniuncti ſint, à quo bona ſunt omnia, præſtabunt inquam
ad mala fuganda à reliquis Chriſtianis, eiſdemq. impetranda
quælibet bona, ac magis hæc impetrabunt ijs, qui fuerint ipſis
magis connexi. C

Ad ſummam, cum propter bonos, religioſos, ac ſapientes om
nia ſint, atque hi Deum rogent ac ſtudeant ab ipſo impulſi, vt ea
ſint ad hominum felicitatem propagandā, conferunt efficaci-
ter, ac modo ſuo efficienter, morali ſcilicet cauſa ad temporalia
bona. atque ita bonorum cœtus non modo finis eſt omnium re-
rum mobilium, ſed ſimul, eo, quo narrauimus, modo efficiens
temporalium bonorum.

Mali, cum viuentes aliquid boni, quamuis valde exigui, agant,
merentur, & ipſi aliquod, licet exiguum, ſi comparetur ei, D
quod boni merentur. Cap. XIII.

IAm vero conſtat, mortales ſiue longius, ſiue
propius abeſſe à ſūma Dei cognitione, & a-
more. nō enim ſtatus idē cūctis, vt apparet.
Quocirca, & erunt maiora aliquibus, ac mi-
nora merita, ac demerita. Numquid igitur
malis, & ijs qui de Diuinitate ſumma non
recte omnino ſentiunt, erit aliquod meri-
tum? Non, qua parte inimici ſunt Deo, illumq. non agnoſcunt,
ſed qua

A ſed qua parte non nihil amant, atque intelligunt. Nam Deus
nihil odit eorum, quæ fecit, inquit Salomon. Cum boni igitur *Sap.xi.*
aliquid agant aliqui mortales, quamuis abſint longius ab amo-
re, & ſcientia Dei, & Deus ipſis bona temporalia largietur.
quamuis hoc hæretici quidam negent. Hinc legimus de mu-
lieribus Aegyptiacis, quæ noluerunt ſuffocare partus Hebræo- *Exo.1.*
rum, quamuis non idem cum Hebræis de Deo vere ſentienti-
bus ipſæ ſentirent, quia timuerunt obſtetrices Deum, ædifica-
uit illis domos, & apud Ezechielem Deus ita loquitur, fili ho-
minis Nabuchodonoſor Rex Babylonis ſeruire fecit exercitum *Ezec.29.*
B ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum. Omne caput decal-
uatum, & omnis humerus depilatus eſt, & merces non eſt reddi
ta ei, neque exercitui eius de Tyro pro ſeruitute, qua ſeruiuit
mihi aduerſus eam: propterea hæc dicit Dominus Deus. Ec-
ce ego dedi Nabuchodonoſor Regem Babylonis in terra Aegy-
pti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias
eius, & deripiet ſpolia eius, & erit merces exercitui illius. Hæc
Deus de Nabuchodonoſoro, qui nõdum bene, vel ipſum Deum
cognoſcebat, vel, vti par erat, amabat. Eodem modo Chriſtus *Math.5.*
ad ſuos ait, Si ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid am-
C plius facitis, nonne & Ethnici hoc faciunt? eſtote ergo vos per-
fecti. ita Chriſtus exigens à ſuis amplius bonum, & perfe-
ctum. ergo alijs eſt aliquod non ita amplum bonum, ſed im-
perfectum. Rurſus idem de diuite, qui in inferno cruciabatur.
Recordare fili, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimi- *Ro.2.*
liter mala. quo in loco S. Ioannes Chryſoſtomus, Gregorius,
Titus Boſtrenus, Haymo volunt, malis ob aliquod bonum, quod
faciunt, mercedis aliquid à Deo rependi. & Apoſtolus ad Ro-
manos ſcribens; Gẽtes, ait, quæ legem non habent, naturaliter,
quæ legis ſunt, faciũt. Hæc Paulus, aſſerens legis mandata (quæ
D ſine dubio bona ſunt, ac benefacit, quicumque illa obſeruat) ob-
ſeruari ab ijs, qui lumine fidei non fuerint illuſtrati. Sic ita *Aug. de ciu.*
que Sancti Patres decernunt, mula bona, ſed imperfecta, ac *Dei l.5.c.15.*
manca fieri ab ijs etiam, qui non ſunt in gratia Dei, neque recte *l. de lit. &*
ſentiunt de diuinis, atque ob illa retribui à Deo conueniens ali *ſpir.c.27.ep.*
quod ipſis. Ita SS. Chryſoſtomus cum cæteris interpretibus in *150. Proſp.*
adducta Pauli verba & in homilia xxvi. ad populum Antioche- *comm.vlt.c.*
num, Hieronymus cap. 1. Epiſtolę ad Galatas, Auguſtinus plu *2. Fulg. de*
rimis in locis præſertim cum ſcribit Romanis ideo fuiſſe im- *inc.c.26.Gre*
perium datum, quod bene morati eſſent, & alibi ſæpius, Proſ- *gor. hom.27*
Pam.l.3. c.
14.

per, Fulgentius, Gregorius Magnus, Damaſcenus. A

A nonnullis igitur alienis à gratia Dei fit aliquod bonum non propter ſummum bonum ſimpliciter, qui Deus eſt, ſiue non ex amore potiſſimo, ac ſupremo Dei, ſed propter inferius bonum, ſiue ex amore humano, & naturali: ac proinde illi operi reddetur conſentanea inferiori bono retributio; mánca ſcilicet, atque imperfecta in terris, cuius uis neque tam late amplificetur, neque tamdiu duret inter mortales.

Iuſti enim coniuncti ſunt omnium maxime cum Deo, cuius eſt ampliſſima, & æterna poteſtas, ergo omnium maxime merebuntur ſiue ſibi ſolis, ſiue coniunctis, & in eodem cœtu permanentibus, atque ita imperfectis etiam, quorum multitudo ſemper eſt maxima in Eccleſia, & quod plurimis egent adiumentis externis, vt ſupra diſputabamus ad aſſecutionem boni; ideoque omnium maxime erũt in cauſa morali omnium temporalium. Quin Sancti merentur ob coniunctionem cum Deo infinito. Mali non adhærent infinito Deo, cum ſint ab ipſo auerſi, & rebus finitis adglutinati. Iccirco Sanctorum merita effectum ſimilem producent in ijs, quæ merentur, vt innumeras res, ac tempore infinito contineant. At iniquorum merita finita ſunt, finitiq. ad infinitum nulla eſt ulla in re proportio; ideoq. neque quoad merenda bona temporalia, vel quatenus vtilia ſunt Sanctis ipſis, vel quatenus Sanctorũ ſtudioſis. Iuſti præterea ſimpliciter, & abſolute merentur bona temporalia, quatenus non modo neceſſaria, ſed vtilia quoque ſunt ad virtutes, vt recte definiuit S. Thomas, & Eccleſia ſancta meretur illa ſimpliciter, & abſolute pro imperfectis, qui ſunt in gratia Dei, cuiuſmodi ſunt infantes, ac pueri, qui innumeris egent. Atque iniqui, eorumq. cœtus non merentur ſimpliciter, & abſolute, ſed ex aliqua particula tenuiſſima. Ac proinde minus hi ſunt cauſa temporalium, quàm illi, minoremque effectum producent, qui pertineat ad pauciora, & breuiora. Amplius autem Deus longe magis fauet bonitati, quam nequitiæ; ac propterea longe maiora, ac diuturniora largitur bonis ad bonum, quibus non ſe ipſos modo, ſed etiam ſuos imperfectos promoueant ad bonum, quam malis ad malum. Conuenientiuſq. eſt, vt imperfecti in cœtu Sanctorum magis per bona temporalia ſubleuentur, quam in factionibus iniquorum. Sic igitur abſolute, ac ſimpliciter cauſa moralis efficiens plurimarum rerum, quæ fiunt, eſt ſocietas iuſtorum. Quamobrem S. Iuſtinus aſſerit ea ſublata

12. q. vl. art. vlt.

B C D

mundum

A munchim ſubuertendum, quod ipſa cauſa ſit diuturnitatis, ac varietatis rerum, quæ generantur: & S. Thomas aſſeuerat, finē motus cæleſtis eſſe electorum adimpletionem, qui cū peruenerint ad numerum determinatum, cum nō ſint futuri amplius vlli homines boni, varia rerum genera, & ſpecies interibunt, ac motus omnis conquieſcet.

Hæc vero confuſe, ac generatim videtur adumbraſſe ſciens, neſciens Ariſtoteles, bonos ſcilicet eſſe cauſam moralē, atq; vt vocant meritoriā multarum rerum quæ producuntur. Nā ſic ille Ethicorū lib. 10. Qui vero muneribus fungitur menti conſentaneis. & hanc colit, eſtq. optime animo affectus, eum probabile eſt Deo cariſſimū eſſe. Nā ſi Dij immortales curā habent aliquam rerū humanarū, quemadmodū veriſimile eſt, illud quoq; probabile fuerit, eos re omniū optima, ſibiq. maxime cognata, delectari; hæc autem mens fuerit, iiſque, qui hanc maxime diligunt, & plurimi faciunt, præmia perſoluere, gratiamq. referre, vt eorū, quæ ipſis cara ſunt, curam habentibus, rectaſque, atque honeſtas actiones obeuntibus, atq; exercentibus. Hæc autē omnia in ſapiēte ineſſe maxima, non eſt obſcurum. Eſt igitur Deo cariſſimus. Eūdem etiā beatiſſimū eſſe, veriſimile eſt. Et Sapiēs etiam hoc modo beatiſſimus erit. Hæc ille, decetnens ſapientē eſſe in cauſa propter mores ſuos, ac mereri, vt Deus ipſius curā ſingularem gerat, ipſi præmia perſoluat; per quæ ſit non modo beatus, ſed beatiſſimus, quod omniū bonorum copia perficitur, & continetur de ſententia illius. Rurſus audiamus eundē, qui ſic in Metaphyſicis: Perſcrutādum autem etiā hoc, quonāmodo natura vniuerſi habeat ipſum bonū, & ipſum optimū, & vtrum ſeparatū quiddā, & ipſum, an per ſe, an ipſo ordine, an vtroque modo, quemadmodū exercitus. Etenim bene eſſe eius eſt in ordine, & eſt ipſe Dux, ac magis ipſe Dux. Nō enim hic propter ordinem, verum ordo propter hunc. cuncta autem ordinata inuicem quodāmodo ſunt, verum non ſimiliter, & natantia, & volatilia, & plantæ: neque ita ſe habent, vt ſit vllum alteri ad alterum, ſed ſunt ad quidpiam: ad vnū namq. ordinata ſunt omnia. Verum quēadmodū in domo, liberis quidē minime licet quodcumque facere, ſed aut omnia, aut plurima, quæ ordinata ſunt: Mācipijs vero, & beſtiis parū, quod ad cōmune conferat, ſed vt plurimū quodcumq; contingit: tale enim principiū cuiuſcūque eorum natura eſt. Hactenus Philoſophus. E quibus habemus, quodcūque eſt in mundo boni, à Deo totū deriuari, ipſumq. eſſe

Cap. 9. (margin, beside "Ethicorū lib. 10.")

B (margin, at "taneis")

C (margin, at "etiam hoc modo")

Lib. 12. c. vlt. (margin, beside "Metaphyſicis")

D (margin, at "dinem")

veluti Imperatorem exercitus, & patrem familias. ac veluti Imperator exercitus ordinat ſuis tribunis, hi centurionibus, centuriones ſubiectis militibus, ſinguli reſpicientes ordinẽ primũ, cuius tamen magis participes ſunt, qui magis appropinquant primo, ac pluribus ordinem communicant, in quo ordine eſt vniuerſi totius, ac ſingulorum quorumlibet bonum. ſic qui bonũ cõmune reſpiciunt, quod eſt ſolius virtutis, Deo magis appropinquant, ac plura ordinant, neque quidquam temere agunt aut fortuito, ſed vel à ratione, vel à diuino afflatu, quod eſt ſupra rationem, impelluntur, vt idem tradit Eudemiorum libri vltimi capite penultimo. Verba enim Philoſophi, ac rationes ſubiectæ ſpectant non modo ad intelligentias ſupremas, quæ intelligenter ac rectiſſime ſingula peragunt, ac moderantur; ſed ad omnes etiam, qui bonum commune procurant, ac proinde ad iuſtos, & ſapientes, a quibus bonum commune inquiritur, & comparatur, ac proinde ab ijs plurima per quandam moralem cauſam meritumque Deo diſponente ordinantur, & conſtituũtur, veluti ab ijs, qui Deo cariſſimi ſunt, quaſi parentibus filij, & quibus à Deo maxime in omnibus, ac ſpeciatim prouidetur, intime ipſos ciente ad aſſecutionem felicitatis. in vniuerſo enim Deus, inquit idem in Eudemijs, & viciſſim cũcta in illo. mouentur autem omnia ab inexiſtente in nobis numine. Hæc ille. Hic autem motus perducit bonos ad maiorem cum Deo coniunctionem. Cæteri etſi moueantur ad alia, ad tam ſublimem gradum non promouentur, deſtituti auxilio cæleſti ob imperfectionem propriam. Rurſus boni perducuntur agnoſcentes, illum eligentes, immobiliterque cum illo operantes: quæ tria pertinent ad perfectam virtutem. Inſipientes neque norunt, aut, ſi nouerint, non adhærent illi, vel denique, etſi adhæreant, in via languentes ab incœpto itinere ſapientiæ deſiſtunt.

Ex his, quæ diximus, concluditur, virtutes, religionem, ſapientiamque non modo eſſe finalem cauſam, atque ex parte efficientem ſenſilium temporaliumque bonorum, verum moralem quoque eo, quo diximus modo.

Ex anti-

A *Ex antiquorum communi omnibus more, quo ſe ſe deuouebant, ad auertendas a ſuis pœnas diuinitus ob admiſſa flagitia infligendas, oſtenditur, a virtutibus exiſtere temporalem felicitatem.* Cap. XIIII.

AD moralem cauſam temporalium bonorum ſpectat, quod ſumus dicturi, & maximi eſt momenti ad argumentum præſens. ſancti ſolent aliquando precibus, ac ſemetipſos deuouendo in ſe auer-
B tere pœnas ab alijs luēdas, ac depoſcere, vt mala temporalia deuoluantur in ipſos, atque ab aliquibus, quos amant, & quos vident ruituros in crimen, aut maximas calamitates, depellantur. quocirca id maxime videndum, ne populi ſanctos à ſe viros alienent, aut fugent. id enim, quod aperietur, extremæ eſt illis ruinæ quoad temporalia bona, cum non extet, qui pro illis intercedat efficaciter apud Deum. Sed explicemus propoſitum. Priſci prope omnes, quamuis alieni à pura, & ſincera religione, agnouerūt, imminentes clades auerti à populis, ſi quis eorum ſe vltro pœnis per illos perſoluendis
C deuouiſſet, item ſi criminum magnorum rei punirentur, atque ita reliquus populus ab illius ſceleris communione ſe abſolueret, longiſſime remoueret, & quodāmodo expiaret. exempla ſunt huius veritatis plurima apud Herodotum, Thucydidem, Liuium. Recitemus illud ex Herodoto, & apponamus verba ipſius. Xerxes neque Athenas, neque Spartam legatos terram petitum miſerat, ob id, quod, quos antea Darius ad hoc ipſum miſiſſet, eorum alios iſti in barathrum, alios in puteum deiecerāt, iubentes eos illinc terram, & aquam ferre ad Regem. Hac de cauſa xerxes nullos illuc ad petendum miſit. Et Athenienſibus Lib. 7.
D quidem, qui ita legatos tractarint, quid triſte contigerit, non queo dicere, niſi quod eorum ſolum cum vrbe vaſtatum eſt. quod tamen ipſum non ea cauſa ſuſpicor contigiſſe. Lacedæmoniis vero ira Thaltybij, qui fuit Agamēnonis. Præco, incubuit. eſt autem Spartæ Thaltybij templum cum eius poſteris, qui Thaltybiadæ nominantur, quibus honos legationis Spartanorum ſemper tribuitur. Itaque poſt eam rem Spartiatæ, cum læta exta eis non eſſent, idque diu contingeret, pertæſi huius calamitatis Lacedæmoniorū, cœtu frequenter coacto hoc edictum propoſuere. Siquis Lacedæmoniorum velit pro Sparta occum-

occumbere Tunc Sperthius Aneriſti, & Bulis Nicolai filius viri A Spartiatæ,& natalibus,& opibus inter primos,vltro ſe obtulerũt ad ſatisfaciẽdũ ſua pœna Xerxi Darij filio ob legatos apud Spartam interemptos. Ita hos Spartiatæ tamquam mortem obituros miſerunt ad Medos. Digna admiratione cum audacia horum virorum, tum verba ab eis habita. Nam Suſan tendentes ad Hydarnem Perſam Aſianæ oræ maritimæ præfectum venerunt,qui eos hoſpitaliter, magnificeque acceptos his verbis interrogauit:Viri Lacedæmonij, quid ita reſpicitis effici amici Regis? Cernite enim ex me, & meo ſtatu, quam ſciat honore B perſequi Rex viros egregios;vos itidem honoraturus,ſi vos ipſos ei dedideritis. Videamini modo apud eum eſſe viri egregij, quoniã ſinguli eorũ Rege donante principatum Græciæ obtinebunt. Ad hæc illi reſpondentes,Hydarnes,inquiũt,non ex æquo conſilium tuum ad nos ſpectat, atque ad te,qui cõditionis,quam ſuades,expertus es, noſtræ inexpertus. Nam quidem tua noſti. Libertatem vero nondum expertus es, vtrum ſit dulcis, an non. Quæ ſi tibi comperta foret, non vt haſtis, ſed vt ſecuribus pro ea dimicaremus, nobis ſuaderes. Hæc Hydarni reſponderunt.Dehinc,vt aſcenderunt Suſan,& in conſpectum Regis venerunt,principio iubentibus ſatellitibus, ac vim afferentibus, vt C procumbentes Regem adorarent,& per capita eos ad id agendum impingentibus,negauerunt ſe vnquam id eſſe facturos: neque enim ſibi eſſe conſuetudinem hominem adorare, neque ſe ad id veniſſe. Poſteaquam in hoc repugnauerunt,ſecundo loco hæc illis, & his ſimilia dixerunt. Rex Medorum, nos miſerunt Lacedæmonii ad luẽdam pœnam pro ijs legatis,qui Spartæ interierunt. Hæc iſtis dicentibus,Xerxes pro magnanimitate negauit ſe fore Lacedæmonijs ſimilem. Illos enim interimendis legatis ius omnium hominum confudiſſe. Se vero,quod illis exprobraret, id non eſſe facturum, neque eos occidendo,Lacedæmonios culpa ſoluturũ. Hac re per Spartiatas geſta, in præſens D ira Thaltybij ceſſauit. Etſi Spartam reuerſis Sperthio, & Bule longo deinde tempore interiecto excitatũ eſt inter Peloponnéſes,& Athenienſes bellũ,vt Lacedæmonij aiunt,quod mihi diuinitus maxime videtur eſſe geſtũ,quia ira Thaltybij nuncios corripuerit,nec prius quieuerit. Hęc ille,vt cognoſcamus omnium gẽtiũ fuiſſe hanc ſententiã,placari irã diuinã ob ſcelera populi alicuius conceptam,ſi quis pro illo in ſe pœnam ſuſcipiat,& vltro ſe pro illis caſtigandũ tradat.Refert Thucydides lib.pri. ab

Athe-

A Athenienſibus,& Lacedæmonijs bellorum cauſas quæſitas inter ſe, ex hoc, quod ambo contenderent alteros ab alteris haberi violatæ Religionis reos, atque iccirco vterque populus vrgebat ſontes vt morti traderentur,crimenq;eorum ſupplicio expiaretur. Hinc ille Græcus apud vatẽ de Græcis ad Troianos inquit:

Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi
Nec dulces natos,exoptatumque parentem,
Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent *Aeneid. 2.*
Effugia,& culpam miſerorum morte piabunt

Sed nulla gens hac in re Romanis fuiſſe ſimilis videtur,exiſti B mantibus,certiſſimo a ſuperis immitti clades in populũ,ſi quis ex illo iuſtitiam communem violaſſet, neque iuri,ac pœnæ ob delictum ſatisfeciſſet. Fugabantque, quicumque iniquus in alios extitiſſet, aut fidem fregiſſet,nec erat qui recipere illum vellet in conſortium ſuum. Quamobrem Cato cenſuit, atque in ſenatu edixit Cæſarem dedendum Germanis,qui ſupplicium de ipſo ſumerent,quod eis contra ius bellum mouiſſet;alioquin aiebat fore,vt propter impunitum Cæſaris ſcelus Romani diuinitus punirentur, quod Plutarchus in Catone refert. Illud adhuc admirabilius.Cum victor Annibal inſigni pugna ad Cannas C Romanorum millia multa occidiſet, multa cepiſſet, ac pecunijs egeret, nonnullos e captiuis Romam miſit, qui de ceteris redimendis paciſcerentur, iureiurando dato in caſtra ipſos redituros,niſi obtinerent,quod peteretur. His actis,eorum quidã ſimulatque egreſſus eſt, ſimulat opus eſſe, vt in caſtra ob neſcio quid reuerteretur:redijt itaque, ac mox iter inceptum repetẽs cum ſuis Romam venit. Verum cum nihil à ſenatu multis precibus extorqueri poſſet,omnes vrbe relicta ad Annibalem contenderunt, illo excepto qui fallaci reditu ſe religione exſolutũ D credebat. quod vbi innotuit, relatumque eſt ad ſenatum, cenſuerunt omnes eum comprehendendum,& cuſtodibus publice datis ad Annibalem ſubito deducendum;ne ſcilicet fidei fractæ ſcelus populum Romanum contaminaret, reumque pœnæ faceret. Et hæc quidem quantum ad ſontes. Illud vero pertinet ad innocentes. Camillus,videns Romanorum res ſecundiſſimas,ita precatus eſt ſuperos, vt ſicui cælitum nimia felicitas populi Romani videretur, eius inuidia ſuo aliquo incommodo ſatiaretur,ac ſubito lapſu cecidit. quod omen,inquit Valerius, *Val. lib. 1. cap. 5.* ad damnationem, qua poſtea oppreſſus eſt,pertinuiſſe viſum eſt. Illud admirabile fuiſſet, niſi admixta illi ſuperſtitio foret,

qua

qua dici poſſet mortales Dæmonibus ſe ſubieciſſe, vt in eorum A poteſtatem tranſirent. Nam cum Iuſdicenti alij prætori picus in capite conſediſſet, augur affirmauit, conſeruato illo, fore ſtatum domus illius fœliciſſimum, Reipub. miſerrimum; occiſo, in contrarium vtrumque ceſſurum. protinus ille picum occidit, & Paulo poſt Cannenſi prœlio decem, & ſeptem militum familiã fortitudinis eximiæ amiſit. Verum deuotio ſuperior virtuti, ac pietati reuera innititur, aliaq. ſunt illius inter Romanos exempla, quam cum Dæmones ad ſuum cultũ transferre vellent, fallaciis ſuis ita cõfecerunt, vt aliqui immolandos quodammodo traderent, vel ſe, vel ſuos. ſic enim Carthaginenſes tradit Diodorus, filios nobilium Saturno conſueſſe ſacrificare ad expianda popularium flagitia maiori flagitio. Cui proximum videtur illud Q. Curtij factum, ſi modo verum credimus. nam Liuius in dubium reuocat, ac forſan illi ſimile, quod egit B

Codrus pro patria non timidus mori.

Decii ſane pater, ac filius, qui ſe pro Rep. deuouerunt in bello, in ſe deuolui omnem perniciem, quæ ſuis immineret, rogantes, atque ita in hoſtem procurrentes, genuinæ virtutis munus omnino ediderunt. hoc excepto, quod cum vero Deo, quem precabantur, inuocarunt ſimul impiorum turbam. C

Ad ſummã modus virtuti ſũmæ cõuenientiſſimus auertendi à ſuis iram diuinam, qua ſæpius bonis temporalibus priuati in extremas omnium ruinas præcipitantur, hic eſt, quoties aliquis in ſe pœnam debitam transfert, atque, vt transferatur, Deum rogat quod multi e noſtris ſancti exemplo Chriſti factitarunt, & factitant adhuc, vt oſtendimus ſigno de ſumma caritate: quæ eſt cauſa moralis efficiens, atque, vt loquuntur Theologi noſtri, meritoria felicitatis temporalis.

Actio perfecta eſt cauſa formalis humanæ felicitatis, quæ nulla eſt alia, niſi recta Dei contemplatio, & dilectio. per eam temporalia nobis impertiuntur felicitatem. quod cuiuſmodi ſit, late explicatur. Cap. XV. D

Vidimus hominem virtute eſſe in primis omnium ſenſibilium finem explicauimus etiam, quomodo virtus ſit bonorum temporalium cauſa efficiens. inſpiciamus, quænam ſit felicitatis humanæ forma, qua ſcilicet animus noſter adornetur, alioquin rudis, & impolitus, inſtar imper-

A imperfectæ materiæ,& quod nō minus ad felicitatem,quam ad
infelicitatem trahi poſſit. Ac non alia videtur eſſe, quam actio
ipſa.nam diximus felicitatem eſſe actionem perfectam in vita
perfecta ſecundum perfectam virtutem. explicauimuſque de
mente ſapientum hanc in contemplando,& amando Deum col-
locatam,quod ſcilicet ſit actio præſtantiſſima,qualis eſt intelle-
ctio, præſtantiſſimæ noſtræ partis, cuiuſmodi eſt mens,circa
præſtantiſſimam rem,qui eſt Deus. ita in Ethicis Ariſtoteles,&
in Metaphyſicis, addens,hanc actionē diuinam non modo, quia
Deum contemplando, & amando ſibi penitus adiungit, ſed e-
B tiā, quia nihil aliud agit, niſi quod Deus,qui ſolum ſemetipſum
contemplatur,& amat,cætera per ſemetipſum,& reliquæ diui-
næ mentes,qui Deum contemplando,& amando mouent orbes
ſuperos, vt gignant ſub cælo,quod conſpiciunt in Deo gignen-
dum. Ita & nos Deo, cælitibuſque ſimiles erimus, ſi Deum
contēplando,&amādo moueamus orbē noſtrū potētias,ſcilicet
animi, ſenſus intimos,& externos,membra, corpus ad illa effi-
cienda, quæ videmus in amato, & contemplato Deo relucere,
vt mox aperiemus. Quod autem felicitatis humanæ forma ſit
hæc,comprobatur e multis. Animus enim noſter eſt inſtar ma-
C teriæ,aut tabulæ raſæ,in qua quiduis depingi poteſt. atque, vt
ait Philoſophus, paratus omnia fieri, ac facere, obiicitur illi
Deus contemplandus,& amandus; contemplatur, & amat, hoc
agit. Hæc igitur actio tria operatur,reſtringit animum vagum,
atque ad omnes formas recipiendas aptum, veluti forma par-
ticularis, ad ſemetipſam, per quam eſt feliciſſimus, Deo ſimi-
lis,ac ſuperis.hæc actio intime omnium mentibus humanis in-
eſt,ſicut forma intime ineſt,inſeriturque penitus ipſi materiæ.
ob id philoſophus aſſerebat humanam felicitatem eſſe actionē
immanentem. Ac,veluti forma dicitur educi e potentia mate-
D riæ,qua poteſt illam materia recipere,ad eam diſponitur, eāq;
appetit,ſic huiuſmodi actio exiſtit ex intellctu noſtro,vt per eā
ſit felicisſimus,ſimus ipſi felicisſimi, per hanc ſolā ſit humana
felicitas: per alia vero quatenus ad hanc referuntur, quod hæc
ſit forma humanæ felicitatis,quia per illam vagus animus re-
ſtringatur, intime formetur, e potentia procedat ad actum,
ex quo ſit beatisſimus quantum datur in terris, ac denique ſit
finis,qui in moralibus dat actionibus noſtris formam.

Sic itaque religio,quæ nos ad hanc ſapientiam,ad hanc actio-
nem varijs modis inſtruit,ac diſponit, per eam cōducit maxi-

me ad humanam felicitatem, quod animus religioſus per hanc A informetur, eademque, vt diximus, cauſa eſt finalis, efficiens meritoria bonorum, quæ modo nobis futura ſint bona, per eandem ſapientiam, per amorem cognitionemque Dei. Videamus tamen adhuc, an ita ſit, & aſſumamus ad hoc probandum, quod Peripatetici, Platonici, communis hominum conſenſus, ac veritas ipſa nobis tradit.

Sic igitur Ariſtoteles in fine Eudemiorum: Quæ electio, inquit, poſſeſſioque naturæ bonorum, vel corporis, vel amicorũ, vel reliquorum contemplari maxime Deum facit, præſtantiſſima eſt: atque hic terminus eſt pulcherrimus: quæ vero, vel ob B defectum, vel ob exceſſum contemplari, colereque Deum minime permittit, illa eſt peſſima. Hæc ille. Qui & in Ethicis ad Nicomachum libro ſeptimo tradit, Per Heroicam nos eſſe Deo ſimiles, Deique quodãmodo filios. Platonici vero, atque in his Plotinus tradiderunt, Virtutes eſſe, aut purgatorias, aut politicas, vel animi purgati, vel denique exemplares, quæ in Deo ſunt, ad quarum nos ſimilitudinem noſtras conamur aliquo modo conformare. Quam diſtinctionem comprobat Sanctus Thomas: ex illaque habetur, virtutes noſtras ad exemplum diuinarum conformandas, atque iccirco in illius exemplar à C nobis identidem reſpiciendum.

Hinc illud omnium tam Latinorum, quàm Græcorum tritum prouerbium, de bono, & benefico, Homo homini Deus. Quocirca Plutarchus, explicans illud libro aduerſus Principem indoctum, negat, ideo ſuperos beatos, quod diutiſſime viuant, ſed quod Principes ſint virtutum.

Quæ confirmans Chriſtus, illud nobis præceptum reliquit, Eſtote perfecti, ſunt Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Videamus igitur, in quibus ſit perfectio, ad cuius exemplar nos met ipſos inſtituere debemus. vel enim reſpectu Dei, vel noſtri, vel D aliorum conſiderari poteſt.

Reſpectu Dei, quod ad ipſum amandum, & cognoſcendum, referre omnia debeamus, in omnibus inquirentes ampliorẽ Dei dilectionem, & ſcientiam, mente ipſum circungeſtantes, diuinitatemque animo, verbis, geſtibus, & actionibus cũctis ſpiremus, explicemus, effundamus, inſculpamus, atque ita Dij ſimus homini nibus aliis. Iccirco auerſabimur ſcelera, vel minima, ob id, quod ea Deus auerſetur, non adacti formidine pœnæ, vel allecti vllis præmiis, ſed amore diuino inflammati; neque de loco virtutis deiicie-

A deiiciemur vlla vllius tormenti acerbiſsima perpeſsione,amā-
tes Deūm,quod per ſe amabiliſsimus ſit, etiam ſi non confer-
ret vlla nobis quodāmodo bona, ſed ſummis cruciatibus cor-
pus contunderet,amicos a nobis cunctos alienaret, opibus cun
ctis exueret, ignominiis oneraret,neque ſolatii tantillum no-
bis relinqueret,pluriſq. faciemus amoris,& cognitionis diuinę
minimū,quā quidquid eſt extra hoc vſque boni,aut fingi poteſt.
Quantum ad nos, Deum longe magis amare contendemus,
quam noſmetipſos, atque ita, vbi opus fuerit, nequid ſecus,
atque de illo ſentiendum, dicendum, faciendumue eſt, à nobis
B cōmittatur,cum rebus omnibus vitam profundemus,quamuis
nihil omnino nobis poſt obitum ſupereſſet boni,ſed omnia du-
riſsima,& atrociſsima ſubeūda in omne æuum forent.Sic enim
iam tranſlati erimus in Deum,Deo uiuemus,ac Deus in nobis
viuet,erimuſque fortiſsimi,& conſtantiſsimi ad omnia præcla-
ra,ac tam ſublimia,& diuina,vt effugiant oculos humanos,men
tiſque quantumuis perſpicaciſsimæ aciem non admittant.Tem
perantiam denique ſummam conſecuti, nihil poterit in nobis
luxus; qui corpora libidine eneruet,rem familiarem diſsipet,
morbos generet. Non itaq; erit Deus nobis,Iuppiter impurus,
C Venus,Bacchus,Cupido,vel alia huiuſmodi portenta,alioquin,
ſi ſuſcipiamus horum cultū,& ad eorum nos exēplū velimus in-
ſtituere,corruemus in omnia mala,luxui,libidinibusq. addicti.
Quo ad alios,demum non erimus fures, iniurioſi, maledici,
inuidi, aut alioquin iniuſti, exemplo Martis, Mercurii, Iuno-
nis, qui tales efficient ſui ſtudioſos, qui ſemetipſos crimini-
bus ſuis dilanient, ac perdant. Et quando Deus magis amat,
quam ametur, benefacit, quamuis nihil recipiat. nam,quid ha-
bemus quod non acceperimus, ait S.Paulus? quin iis ipſis, qui
ſunt in eum contumelioſi, ac denique ſingulis prouidet.ab ipſo
D enim cōmunicatur omnibus,vt ſint, inquit Philoſopus,hīs qui-
dem clarius,his vero obſcurius. Iccirco Sapiens quibuslibet be
ne faciet,malos beneficiis vincet,ad amoremque,& cognitionē
Dei pellicere, atque adducere contendet.Quod ſi qui præfra-
ctiores erunt,haud expaueſcet ſupplicia debita illis in ſe depo-
ſcere, vt Deus exoratus cogitationibus in eos intimis à ſe im-
miſsis ad meliorem frugem conuertat:alioquin,ſi quidem nulla
ſit ſpes, coerceat aliquo modo & compeſcat, vti cōpeſcuit Ana
niam,&Saphiram,quos verbo ſolo Petrus occidit Elymam,qui
ad Pauli dictū factus eſt cæcus,Simonem Magum,qui ad preces

eorum humi alliſus vita eſt exutus,aut poteſtatē det bellātibus, A
quicūq; ij ſint, vt eos acie victos e medio tollāt,vt ingemiſcimus
à Barbaris hæreticas nationes exterminari, nequidquam repu
gnantibus nobis,aut à noſtris adduci in poteſtatē,qua cogantur
iura gētiū,naturaliaq. addiſcere,& obſeruare,aut adductas,qua
parte diuinis mandatis non obtemperant, caſtigari,vt videmus
inter alios Indos Orientales,& Occidentales, Afrarumque, &
Aſiaticarum plurimos populos, aut quicumque inter nos à ſe-
mita virtutum recedunt,& a Iudicibus puniuntur.

Sic igitur Deus erit etiam cauſa, vt loquuntur, exemplaris
omnium virtutum, à quibus omnia bona temporalia pendent, B
cognitioque,& amor illius eſt omnium virtutum regula,& men
ſura, quam deprauabant, qui Deos incontinentes, imbelles,
iniquos, imprudentes impie ſtatuebant, ac tales ipſi cultores
erant, e quibus conflatæ Reſp. ſtare non poterant. Iccirco aie-
bat Ariſtoteles,bene de Deo ſentiendum, & loquendum, quod
eius recta cognitio, ad quam nos inſtituamus, ſit optimus, vt
idem volebat, terminus, ac morum norma. Nam fac, in quali-
bet domo, cognatione, vrbe, gente,regno ſint ſinguli mortales
huiuſmodi,quales deſcripſimus ad exemplum Dei ſummi. An-
non erunt omnes feliciſsimi, quando pro uiribus commune C
bonum procurabunt, beneficijs inter ſe certabunt? Sine dubio
magis minuſue erunt beati, prout magis,ac minus ad hæc ap-
propinquabunt. En igitur,vt Religio, ſapientiaque ad iſta nos
inſtituens, & adducens eſt bonorum temporalium radix, &
origo.

Referuntur quinque humanorum cœtuum diſcrimina, e quibus apparet, qui propius, aut longius abſint à virtutibus, Deoque contemplando, & amando. Cap. XVI.

D

Sed operæpretiū videtur,inſpicere in vniuerſū,qui propius accedant ad amorē,cognitionemque ſummi Dei.ex hoc enim ſimul inſpiciemus,qui ſint feliciores in temporalibus bonis.Sunt autem duo mentium cœtus,quibus homines poſt obitum conſociantur,longiſsime inter ſe diſtātes,& contraria ſortiti euenta. Inter hos duos eſt etiam alius eorum, qui ſimiliter vita migrarunt, ac peruenerunt ad metam ſuam, neque vltra

citrave

A citrave illam progredi amplius poſſunt. extremus denique eorum, qui ſuperis ſunt ordinibus aſcribendi. Idcirco quinque vniuerſitates mortalium recenſeri poſſunt.

Primus itaque cœtus eſt mentium beatarum, ſiue cælitum, qui Deum per eſſentiam vident, eumque ſupra eſſentiæ ſuæ vires amant diuinitatis lumine, & amore perfuſi, atque inflammati, gaudiiſque perfruuntur immenſis, atque æternis.

Secundus eſt huic oppoſitus, atque ad infera detruſus, cognoſcentium quidem Deum, ſed qui pugnent aduerſus illum, atque eius amantes. Atque hi ſunt mali Dæmones, & quicum-
B que Dæmonibus ſeſe infandiſſimis aſſociarunt.

Tertium docet nos eſſe Chriſtiana Religio puerorum, qui nondum liberi arbitrii ſunt vſum conſecuti, neque ſacramento baptiſmi ſunt abluti à peccato, quod originale appellatur; nullum tamen ipſi crimen actuale admiſerunt aduerſus amorem Dei, atque hi naturalem beatitudinem ſunt adepti, Deoque perfruuntur per effectus naturales cognito, ac per illos eum contemplantur, atque in huiuſmodi contemplatione conquieſcunt.

Quartus aſſignatur ijs, qui amore Dei ſupremo inflammati
C deceſſerunt, verum crimina, quæcumque viuentes perpetrarunt aduerſus cognitum Deum, non expiauere, atque hi purgatorijs adhuc locis concluſi detinentur.

Verum quatuor hi cœtus, quamuis ad propoſitum noſtrum facere non videantur, faciunt tamen, quatenus ex iis, quid aliis, de quibus agetur, euenit, colligere poſſumus. Sunt igitur in terris hominum quinque inter ſe diſtinctæ ſocietates, quarum diſcrimen ſumitur ex eo, quod aliæ magis, ac minus abſunt à Deo cognito, & amato. Abeſſe autem contingit aliquem, quia ſcit, ac vult abeſſe, aut quamuis ignoret, culpa ipſius, ac ſocor-
D dia fit, vt ignoret. Humana namque actio dicitur illa, quæ à ſciente, & eligente procedit, &, quo magis eſt aliquis ſciens, & eligens, eo magis eſt eius actio, quatenus homo eſt. Atque hæc eſt inter nos ac belluas differentia, quod hæ feruntur impetu ad efficiendum, non ex vlla ratione. Homo contra. Quocirca eſt aliquis receſſus puræ negationis, atque aliquis prauæ diſpoſitionis. Primus eſt illius, qui ignorat pertinentia ad diuinitatem, aut non habet, à quibus edoceatur. Secundus eſt eius, qui multa ſcit, ac ſcire debet, huic rei ſtudet, & habet, vnde diſcat facilius, difficiliuſue, & tamen à veritate diſceſſit. Et, qui

ſunt

ſunt huiuſmodi, maxime ſpectant ad ſubiectos cœtus: eorumq. diuiſio ducitur in primis ex hac praua diſpoſitione. A

Primus itaque eſt, qui opponitur cognitioni, & amori Dei; eorum ſcilicet, qui credunt, non eſſe vllam diuinitatem, illamq. oppugnant. Atque hi longiſſime omnium recedunt a Deo cognito, & amato: vt apparet, quod bene S. Thomas aduertit, qui tum hunc, tum gradus ſequentes peccantium docte, ac ſolide diſtinguit, vti nos recitamus.

2.2.q.34. art.3.

Secundus eſt hæreticorum, qui ſecundum ſuperiores ſunt omnium remotiſſimi a Deo. Nam plures, ac maxime illis adſunt cauſæ amandi, & cognoſcendi Deum, in quibus obtinent primũ locum Sacramenta, per quæ infunditur ipſius cognitionis, & amoris habitus, niſi obex ponatur: poſt illa eſt vnanimis Eccleſiæ conſenſus, toto orbe diffuſæ, & tamdiu regnantis, Concilia, diuini Libri, ac reliqua, de quibus eſt alibi dictum. B

Tertio loco ſunt Iudæi, quibus eſt diuina ſcriptura, ſunt illius oracula illuſtriſſima, Chriſtum veniſſe teſtificantia, & quæcumque ad ſummam veritatem ſpectant. non tamen iſtis tot, ac tanta ſunt, vti hæreticis, adiumenta, atque ideo ſunt in minori culpa.

Quarto ſunt reliqui infideles, quibus certum nihil adeſt, ex quo Dei cognitionem diſcant, amoremq. illius imbibant; ac propterea minus abſunt. Fieri tamen poteſt, vt innuimus, eſſe aliquem ſiue hominem, ſiue hominum cœtum ex his memoratis, cui contingat ſecus eſſe ob euenta humanarum rerum varia varijs in locis. Verbi gratia: Sit aliquis infidelis ex vna parte, qui multa, ac maxima viderit miracula, ſanctiſſimam Chriſtianorum vitam, fuerit omnia noſtra ſcienter edoctus, deinde ex alia ruſticus aliquis hæreticus, qui remotiſſimus ſit a Catholicis, veriſq. Chriſtianis, vt neque eorum nomen audierit, & forſan de illis longe ſecus, quam ſit, exiſtimet: hic loco meliori eſt, quam infidelis, ac propius a Deo cognito, & amato abeſt. C D

Quintus eſt locus Catholicorum, in quibus nullum crimen eſt infidelitatis, per quod a Deo recedant. Ac, licet aliquis inſciens labi poſſit, cum tamen paratus ſit credere, quod Eccleſia Sancta certo credit, definitumq. eſt per Concilia, Pontifice Romano approbante, conſonumve eſt ijs, iam nullo modo re vera abſcedit a ſemita veritatis. Nihilominus recedere Catholicus poteſt, aliquid contra mores admittendo, ita, vt in eadem ſpecie peccati magis abſcedat a Deo, quàm infidelis. Quamobrem bene

A bene S.Thomas ſcriptum reliquit: Si adulterium committatur 2.2. q. 10.
a fideli,& infideli, cæteris paribus peccat grauius fidelis, tum art.3. ad 3.
propter notitiam veritatis a fide traditam,tum propter Sacramenta fidei,quibus eſt imbutus, & quibus peccando iniuriam fecit, maxime lædens amicitiam, quæ intercedit ipſi cum Deo, violans præcepta ad mores pertinentia. Nam, cum ſit eadem voluntas amicorum, neceſſe eſt, vt homo velit, quæ Deus vult ſibi, cunctis hominibus, atque ipſi amico; ac propterea, cum Deus velit mihi bona animi,corporis,atque externa, velit eadē cunctis mortalibus eo, quo retulimus,modo, & ordine. Eadem
B nos illis velle debemus. Si quis aduerſus hæc facit,violat omnia iura,violat totius vniuerſitatis a Deo diuinaq. prouidentia pendentis ordinem,ſine quo mundus ſtare non poteſt. Peccat itaq; Catholicus contra amicitiam Dei, quoties agit contra hāc Dei voluntatem. Hinc Chriſtus Deus, Vos amici mei eſtis,ſi feceri- *Ioan.* 15.
tis,quæ præcipio vobis,& mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Sic igitur Catholicus, ſiue Chriſtianus ab amicitia Dei, viuaq. fide recedit,cum contra hæc facit,quamuis in eo ſit fides mortua,quippe,quæ inſtar defuncti nihil operetur, niſi mortuum quiddam
C procedens a naturali,& animali amore. Quamobrem,licet Eccleſia Catholica ſancta ſit, ac ſemper habeat homines ſanctos, quorum merita præponderant meritis omnium mortalium, tamen aliorum fidelium ſcelera poſſunt eſſe tot,ac tāta, vt horum grauiſſima ſint peccata, iramq. diuinam prouocent,idq. potiſſimum,cum iuſtos a ſe alienant iniuriis,& committunt, ne merita iſtorum poſſint in ſe deriuari, ac ſibi proficere. Ex quo videmus, aliquando populos,& nationes a Sanctis diuulſas,excæcataſq. caligine flagitiorum, paulo poſt abiungi a vera diuinorū cognitione, & in profundiſsimam temporalium malorum vora
D ginem, vorticeſq. abruptiſsimos præcipitari;vt ſæpius eueniebat Hebræis ante Samuelem, & Dauidem: deinde accidit decem tribubus, quæ defecerunt a duabus alijs, ac plerumque impietati adhæſerunt, ac tandem fuerunt abductæ in perpetuam ſeruitutem. Verum de his loco ſuo.

Expen-

Expenduntur ſummatim, temporalis felicitatis euenta, quæ contigere, quinque cœtibus memoratis, Impiorum, qui vel athei ſunt, vel Diuinitatis hoſtes, Hæreticorum, Iudæorum, Infidelium, Catholicorum. primi tamen cœtum nullum certum conſtituere potuerunt. Cap. XVII.

COnſentire videntur his euenta quædam perpetua,& admiranda, quæ bene eſt, vt hic enumeremus, ad illuſtrandam tantarum rerum veritatem. B

Primum vero ſit hoc,ex quo longiſſime abſunt à Deo, fonte omnium bonorum, qui oderunt Deum, pugnantque contra illius
vel naturalem, vel ſupernaturalem veritatem: conſonum videtur,vt hi ſpolientur omnibus bonis,quæ in illos conuenire poſſunt:ac talis eſt Dæmonum cœtus, e cælitum conſortio depulſus: qui licet teneant ſummum ſcientiæ naturalis, ob proter-
S. Dionyſius c. 4. de diui. nom. S. Tho. 1. q. 58. ar. 5. uam tamen,inquit Dionyſius Areopagita,phantaſiam,voluntatemque, interdum male iudicant abſolute de ſupernaturali-
bus,atque iccirco à ſupernaturali ſapientia, Deoq. longiſsime C
recedunt. Neque vero confert illis ad felicitatē ſumma rerum naturalium ſcientia. felicitas enim cuiuſlibet rei conſiſtit in hoc,quod primariæ beatitudinis cauſæ ſeruit,illique connecti-
idem q. 64. art. 1. tur,& applicatur,ac veluti Lunæ lumen à Sole,ſic inferioris bonum pendet à ſuperiori. quod ſi riuus à fonte aquam defluentem deſuper non excipiat,breui exareſcet,ac nullū bonum iam bonum poterit eſſe, niſi à ſupremo bono deriuetur. Quamobrem, cum felicitas omnis ſit in actione, & vſu,quoties aliquis vtitur rebus à Deo datis, non referens illa in Deum, neque a-
ctio circa res illas verſans eo ſpectat,felicitatem nullam parit, D
perinde ac ſi quis enſe vteretur in ſuam, ſuorumue cædem, vel pecunias,& ſua cuncta diriſſimis hoſtibus diſtribueret. Neque igitur illos naturalium peritia iuuat: male iudicant aliquando de ſupernaturalibus, & horum ſi quid agnoſcunt, nullam ipſis affert voluptatem, ſed acerbiſsimum dolorem. nam credunt, & contremiſcunt, conuictique manifeſtiſsimis euentis confunduntur, ac fides ipſorum non eſt veluti noſtra diuinitus infuſa,& aliquo modo ſuadens bonum, ſed in illis eſt ex ipſorum peruerſitate impellens ad malum; coactique, & cum dolore

compel-

A compelluntur, eam fateri, vt contra ipſorum voluntatem pariat aliquid boni. Sic Dæmones priuati, & fructu naturalis, & ſupernaturalis beatitudinis miſerrime vndique anguntur, nulla perfuſi voluptate eorum, quæ contemplantur aſſidue, cum illi Deum non reſpiciant, niſi vt hoſtem maximum, cruciatibus eos ex omni parte per ea, quæ vident, affligentem, detruſi ab omni, quam maxime appetunt, felicitate, ac ſuaui illius deguſtatione, Cælo autem deiecti, loca deſerta, & horrentia ſolent incolere, aerive caliginoſo inſidere, vt ex Iſaia, Ieremia, Ioanne, & alijs diuinæ ſcripturæ locis colligunt Sancti Hieronymus, *Iſa. c. 13.*
B Ambroſius, Cyrillus, Procopius, Thomas, & alij: Sic ſæpe in mōſtruoſis figuris apparent, varijs ſpectris illudentes hominibus, *31. 34. Ier. 51.* & ad omnia mala impellentes ad infera loca, vt igne ibi congeſto, qui tamē eos vbique vrit, excrucietur miſere retruſi. Ordoque inter ipſos eſt naturalis ita, vt cœtum conſtituant obedientium cum maxima acerbitate, ac longe maxima imperantium quaſi inuicem ſe torqueant, iugi quadam pœnarum connexione, & continuatione. Sic inter ipſos nullus ordo eſt, vt ait Iob afferens aliquid tranquillitatis. Sed horror ſempiternus ac dolor. Ad hos Athei deuoluuntur, & oſores Dei, qui nullum poſ- *Ioan. 18. S. Tho. 1. q. 109. art. 2. Iob c. 16.*
C ſunt in terris mortaliū cœtū conſtituere, neque enim Deus permittit, & ad horum ſimilitudinem gentes illæ ac regna accedunt, quæ ab amicitia Dei diſtant, magis minuſve, quò maior ac minor eſt receſſus.

Secundi poſt hos numerantur hæretici. De quibus illud eſt admirandum, nunquam valuiſſe, vel diuturnum Regnum, vel ſtabile hominum conſortium conſtituere, cui foret aliquid præcipui boni, quod à ceteris mortalibus expetatur.

Iam ſunt anni ab ortu Chriſti mille quingēti nonaginta quinque, vix Eccleſia poſt eius aſcenſionē, diuiniq. ſpiritus illapſum
D conſtituta eſt, cum prodijt magicis artibus addictus, Dæmonūque ſocius Simon in hæreſim lapſus qua aſſerebat, ſola fiducia, ſeu potius impudenti confidentia, qua Chriſto inniteremur, adeſſe nobis ęternā felicitatem, ſine vllis operibus bonis, eorumve efficiendorum deſiderio, quam nunc impietatē renouarunt Caluinus, ac Lutherus, ex illo innumeri hæretici ſe Dæmonibus aſſociarunt, ac ſua conciliabula conſtituere ſunt conati, cuncta irrito, ac perdito conatu. Infinitum nimis eſſet recenſere iſtorum factiones, quæ ex inferis eruperunt. pleni ſunt multorum libri, multi ſunt auctores, qui referunt ac confutant iſtorum *Irinæus. Theodorit. Epiphanius. Philaſtrius. Prateolus. Alphonſus à Caſtro. Sanderus.*

I deliria.

deliria. Sed enim potentiſſimos aliquando Reges, & Imperatores habuerunt, qui diriſsima in Chriſtianos bella excitarunt, ac nihil intentatum reliquere, vt Eccleſiam ſanctorum tollerent e terris. Nihil profecere, cuncta ab ipſis contorta tela in caput eorum reciderunt. En tibi Ariani tercentum totos annos Orbem totum miſcuere, diuina humanaque omnia conturbarunt, per duos Imperatores maximos Conſtantium, & Valentem, quibus Oriens, & Occidens parebant, per Oſtrogothas, qui Italiam tenuerunt annis quinquaginta nouem, per Viſigothos, qui Hiſpanijs potiti ſunt annis centum ſeptuaginta, per Vandalos, qui Africam centum decẽ, per Longobardos, qui Hungariæ, Germaniæ, & Italię multas oras occuparunt. omnes ad nihilũ redacti ſunt. Arianis ſucceſſere Orientis Imperatores multi Neſtoriani, Eutychiani, Monothelitæ, Iconomachi, Pneumatomachi. Multa per iſtos illatæ Orientalibus terris vaſtitates, innumera mala, nihil vnquam boni eximij ad animum, corpus, aut externa pertinens. nam quod quæſo? proferatur, ſi poteſt. Et quis eorum potuit aliquid egregij dare in lucem? Sunt omnes exterminati cum ſuis, excidiumque lachrymabile attulerunt nobiliſsimis Prouincijs, Regionibus, Vrbibus, gentibus, familiis, artibus, ac diſciplinis.

In Occidente autem cum fuerint omnes iſti deleti, quid boni egere Huſsitæ? quid Vualdenſes? quid Albigenſes? quid Nicolaitæ? Et a proteſtãtibus meliora expectabũtur? Aut credemus diu duraturos bonos homines? Det eis benigniſsimus Deus bonam mentem, ne inuoluat eos idem Turbo, qui Orientales. Sic igitur ab hæreticis nihil vnquam boni, ſed omnia mala ſunt profecta. Stirpitus ipſorum cœtus euerſi ſunt ad miſerrimã ſeruitutem, vel breui ad nihilũ redacti, vt eorum nullum Regnum paulo illuſtre diu ſtare cum ſua gente potuerit.

Tertij ſunt Iudæi, qui durant adhuc, ſuaque duratione præſtant hæreticis Atque hi quidem gloriabuntur ex antiquiſsimo tempore à ſuis maioribus ortos excellentiſsimos Heroas Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſephum, Moyſem, cæteroſq. huiuſmodi, prophetas diuiniſsimos, rerumque diuinarum veritatem religioſe ab ijs conſeruatam, Salomonis proferent admirabilem gloriam: propterea vero potẽtiſsimos omnium Reges traditæ per eos ſapientiæ, cæleſtiumque doctrinæ adhæſiſſe, Aegyptios Aethiopas, Niniuitas, vt óſtendemus, Chaldæos, in quibus eorũ ſupremus Nabuchodonoſorus, Perſas, veluti Cyrum, Dariũ,

Artaxer-

A Artaxerxem, ſiue, vt aliqui volunt, Aſſuerum; denique ab ipſis ortum Chriſtum, Chriſtique Apoſtolos, ac iuſtitiæ cæleſtis diuinitus miſſos præcones. Et quamuis, qui nominantur Hebræi, Chriſtum ſapientiæ, ſupremæque claritatis inexhauſtum fontē non exceperint; meliori tamen loco ſe iactabunt, quam hæretici, quod horum nullus cœtus tamdiu perſiſtere potuerit, vt ipſorum, qui, & poſt obitum Chriſti Reges adhuc e ſuis habuerūt, ac Reginas opibus, & potentia florentes, in quibus Helena Adiabenorum Regina, Beronice Titi Imperatoris vxor, ac Zanobia Palmyrenorum Regina multis ſcriptorum laudibus celebra-
B ta, cui magna pars Orientalis Imperij paruit, auſaque eſt exercitus regere, & in aciem deſcendere aduerſus Aurelianum Imperatorem, vt diſcimus ex Trebellio Pollione, Reges præterea proferent ſuorum, qui in Arabia felici, & Aethiopia ab Abrahami ætate latiſſime dominati ſunt vſque ad Iuſtinum, & Iuſtinianum, & annum Chriſti quingenteſimum, & quinquageſimum, quod e Paulo Diacono, Procopioq. habemus, & infra late aperietur, Saracenos progeniem ſuam iactabunt. Sed hoc intereſt inter hæreticos, & Iudęos, quod hæretici regna ſępe florentiſsima, imperiaque acceperunt, ac breui ad interitum
C perduxere, Iudæi, cum mortem Chriſto attulerunt, euerſas prope funditus res habuere, & quod peruenit ad ipſos erat ex omni parte conciſum. Rurſus, qui viuente Chriſto vixerunt; ac vel eius miracula, vel Apoſtolorum mirabiliſſima conſpicere potuerunt, ij multo deteriori loco ſunt, quam ſiqui non viderunt, veluti verbi gratia Palmyreni, Sabæi, ac multi ex Aethiopibus populi, atque ex hæreticis ipſis, quibus non tantum luminis affulget, quantum Iudæis, qui Chriſtum videre, miraculaq. illius, & Apoſtolorum: & tamen iidem Iudæi gloriabuntur in uniuerſum, ſe feliciores hæreticis quoad tempora-
D lia. primum quidem, quod vniuerſitas ipſorum diutius durarit, quam quorumlibet hæreticorum; Deinde quod regna, diutius conſeruarint, quin ad magnum culmen prouexerint, veluti Zanobia regnum Palmyrenorum perduxit ad Orientalis imperii faſtigium. Quamuis hęretici cuiuslibet ſæculi videantur feliciores, ſed breuis, & ad interitum, miſeriaſque extremas raptim properans eſt eorum felicitas, donec alius eorum cuneus exiguo tempore & ipſe diſsipandus e tartareis tenebris erumpat.

Quartum ſibi locum vindicant variis ſtatuum differentiis,

atque inter ſe de Religione aduerſantibus, Infideles, quibus etiã ſemper fuerunt, & adhuc ſunt ampliſſimi Reges, quorum primę ſæculo hoc noſtro dantur Seribus, quos Chinas appellamus, quod amplitudine terrarum, præſtantia Vrbium, copiaq. opum quarumuis maxime abundent. Poſt hos videntur Otthomanici. Sequuntur hos Indi aliquot, ac Perſæ: vt manifeſte appareat, hæreticis eſſe exiguam præ reliquis, ac breuem felicitatem temporalium bonorum, quæ, vti diximus, ſine virtutibus, amicitia Dei, ſapientiaq. diu conſiſtere non poſſunt: a quibus, quæ gentes minus abſunt, minus abſunt etiam vel a copia, vel a duratione illorum. A B

Reliquum foret, vt de Catholicis diceremus, qui tot ſæcula Imperium Romanum, quod omnium feliciſſimum videtur fuiſſe, tenuere, Occidentale, & Orientale, e quibus illud adhuc perſtat; quique lætiſſima omnium Regna poſſident, vt nulla hactenus natio fuerit in vnam Sacrorum doctrinam conueniens, & vni obediens Pontifici, quæ tam late, ac tamdiu floruerit, ac floreat. vt alibi aperuimus libris de robore bellico, & dilucidius a nobis infra aperietur. Quamobrem, ſi paria tempora, cœtuumq. pares ſtatus inter ſe conferantur, apparet ab Atheis nullum potuiſſe conſtitui regnum, nullum cœtum, atque iccirco hos eſſe infeliciſſimos quoad temporalia. Secundo autem loco ab hæreticis florentiſsima imperia, ac regna omnia ad interitum breui eſſe perducta, ipſos miſerrime aut deletos, aut oppreſſos. Tertio Hebræos magis duraſſe, quàm iſtos. nullus enim cœtus hæreticorum nominari poteſt, qui perſtiterit mille annis, nedum mille quingentis, vt Hebræorum, qui & regna conſeruarunt ampla ſupra annos quingentos. Quarto loco tamen tam Hebræi, quàm hæretici ſuperantur a Gentilibus. Hi vero a Chriſtianis quinto loco conſtitutis, qui ab initijs tenuiſsimis poſt obitum Chriſti Eccleſia conſtituta intra annos ducentos octuaginta quinque paulo plus, minusve peruenere ſola innocentia & virtute ad Imperij Romani felicitatem temporalem conſequendam, quo Romani non potuerunt armis peruenire annis 1063. Nam Conſtantinus nactus eſt imperium Romanum, quo tempore erat adeo latum, vt antea nunquam magis poſt annum Vrbis conditæ milleſimum ſexageſimum tertium. Chriſti tercenteſimum duodecimum. C D

A *Non defuerunt vnquam ſapientes in Orbe. referuntur, in quibus conuenirent celebriores gentes quoad religionem. Religionis veræ Summo Præfecto cuncti ſunt obligati obedire in omnibus, cum ſint omnia referenda ad illam Perfectioni acquiſitæ, & exercendæ haud repugnat, ſed expedit multas opes communes habere ad virtutem. Cap. XVIII.*

Onſequi præterea videntur e ſuperioribus, alia maxime obſeruanda, atque illud in primis in orbe numquam defuiſſe viros vere B ſapientes, Deique amicos: alioquin ille corruiſſet, ac ſane ita colligimus eſſe e Scripturæ ſacræ hiſtorijs, atque euentis. Nam, cum fere defeciſſent illi, atq; vnus Noè ſupereſſet e cunctis mortalibus cum familia ſua, ac propterea deletũ fuiſſet his exceptis omne humanum genus, Heberi poſteritas amicitiam Dei, ſapientiamque potiſſimum coluit inter omnes gentes, quorum tamen aliquibus fuerunt aliqui nõ diſſimiles, vt accurato lectori poteſt apparere. In his fuere verbi gratia, Melchi C ſedec, Iob, & quicumque horum doctrinã ſequebantur, vt omittamus Aegyptios & alios ab Hebræis edoctos.

Amplius illud aſſerendum eſt, inter populos illuſtriores fuiſſe aliquem diuini amoris, ac ſciẽtiæ gradum (non loquimur hic de ſupernaturali ſtatu) Ab hoc enim vel omnino eſt neceſſe excidere, vel pendere, cum veritas, gratiaque diuina ſit vniuſmodi, ac ſimplex non admittens vllam diuiſionẽ, neque poteſt aliquis eſſe ex parte amicus, atque ex parte inimicus Deo. Quocirca in toto orbe vagabatur ſapientia, ſiue cognitio diuinorũ, aliaque, & alia lux illius huic, illiue genti affulgebat. In quo ta- D men cunctæ conueniebant, illud verum, certumq. erat. Hinc prope omnes conſentiebant, vnum eſſe Deum primum, ab eo conditum mundum, animas eſſe immortales, præmia bonis, ſupplicia malis eſſe poſt mortem, ſupplicandum primo illi Deo, aliquid in ipſius honorem faciendum, multaq. huiuſmodi, quæ pleno eruditionis libro de perenni philoſophia collegit Auguſtinus Steuchus Eugubinus. Non male autem philoſophus dixit, quod omnes, vel complures ſentiunt, id falſum eſſe, non eſt putandum, ac rurſus illa tradit, quaſi certa aſſumenda, quæ aut omnibus, aut pluribus, aut ſapientioribus videntur. Iccirco hinc

Lib. de diuinatione lib. Top. 2.

hinc eluceſcebat veritas, quod omnes aſſentiebantur illi, quaſi intimæ cuidam motioni diuinitus inſpiratæ, aduerſus quam nemo poſſet. Igitur, cum ſine cognitione Dei, cultuq. nullę gentes ſtare poſſint, quæ ſteterunt, neceſſe eſt aliquam cognitionis huius ſtabilitatem retinuerint, ne ſcilicet eorum ſtatus concideret. Labefactato enim fundamento religionis, neceſſe eſt, vt ædificium reliquum virtutum, bonorumq. temporaliũ titubet. Nulla autem maior labes, quam veritatis: cum nihil ſit ea potentius ad perſuaſionem, & maxime ſi ſint ingenio præſtantes populi, quod exigitur ad felicitatem, cuius eſſentia ponitur in contemplatione ſupremæ veritatis. Quamuis igitur in animis mortalium poſſit aliqid credulitas falſæ diuinitatis, ſine dubio magis valet veræ. Ob id nobiliores nationes credibile eſt (inquiet aliquis) minus abfuiſſe, aliquo modo cum floruerunt pacatiori, iuſtioriq. felicitate a rerum diuinarum notitia veriori, quam reliquas, ſiquidem diuturna futura eſt felicitas, aut late patens, ac velimus, vt par eſt, aliquid prodeſſe ad temporalia, verum Dei cultum, aut a veritate minus aberrantem. A B

Neque illud ſimiliter nobis omittendum. Diximus ſupra, Religionis eſſe, omnes actus humanos ordinare ad amorem, contemplationemq. diuinam, illamq. his ſeruire, ac propterea cæteris virtutibus imperare, excepta ſcilicet amicitia Dei, & ſapientia, a quibus ipſi imperatur quaſi ancillæ, & miniſtræ, vt ſingula quæque diſponat, & ad eas referat. Hinc fit, in optima Rep. ac Regno, neceſſario primas dari Sacerdotibus, aut ijs, qui ex inſtituto proprio dedicati huic muneri curant quæcumque pertinent ad Religionem. In optimo enim mortalium cœtu ſinguli ſingulos actus ex præſcripto virtutis debent ordinare, id ſi eſt, debebunt ordinare ex præcepto Religionis, quæ cunctis virtutibus imperat. Igitur ex præſcripto, & imperio illorum, qui adminiſtrant ſpectantia ad religionem. Et, quando oportet, vt ſint minores, maioreſq. Sacerdotes, in optimo mortaliũ ſtatu cunctis imperabit Pōtifex, qui dicitur maximus, & Reges igitur, qui profana adminiſtrant, nihil poterunt vti Reges agere, niſi ex præſcripto Pontificis Summi. Rex enim, ne tantillum quidem poteſt, niſi iuxta regulam virtutis. quod ſi in vllo actu, quicumque ille ſit, ab ea recedit, nemo illi parere eſt obligatus. Veluti itidem ſi Pontifex recedat ab ordine Religionis. Non eſt autem cuiuſuis, hoc aut videre, aut iudicare, niſi illorum, qui ad ſummum Sacerdotalis ordinis gradum peruenere. Rurſus, C D

S.Tho.2.2. q.81.&q.88 5.

ex

A ex his colligitur aliud, cunctos mortales eſſe obligatos obedire
in ſingulis actibus Religioni, & ſua quælibet ad eam referre.
obligati ſunt enim viuere ſecundum virtutes, ac propterea Re-
ligionem, non quidem falſam, ſed veram. Quamobrem Ponti-
fex Sũmus veræ Religionis iure poterit imperare quibuslibet
mortalibus, quoad ſingulas eorũ res, & actiones; ac proinde om
niũ temporalium Dominus erit, non vt pro libito cuncta verſet,
immutet, diſtribuat, auferat, ſed vt ad virtutes, ad Religionẽ, ſa-
pientiam, Deique amicitiam dirigat ijs modis, qui videbuntur
pro varietate rerum, quas præ manibus habebit, magis eſſe ne-
B ceſſarij, vtiles, & conuenientes ad hunc finem & omnes homines
erunt illi obligati parere. ad virtutes enim nati ſunt, ac produ-
cti à Deo, magisq. ac minus erunt obligati parere, quo ma-
gis aut minus erit neceſſarius, vtilis, & conueniens modus pro
conditione rerum, quæ contingunt: quod ad ipſum iure ſpecta-
bit iudicare. A Deo namque habemus cuncta temporalia ad
hunc finem & eo ſpectant quæcumque fiunt, vt Deus ametur, &
cognoſcatur. Ergo eatenus habeo, per ipſum Deum & cunctas
creaturas quatenus amori, & cognitioni illius ſeruire poſſunt.
quod ſi illis vtar contra cognitum, & amandum Deum, peruer-
C ſe vtor, ac propterea priuari poſſum dominio ab eo, ad quem
ſpectat iudicare de Religione, & qui veræ Religionis eſt mode-
rator. Sicuti autem Dominia ſunt iuris gentium, ſic etiam, &
multo magis, Religio. amplius hæc iuris diuini, & naturalis, ſi
naturale intelligamus, quod vel cũctis naturis intellectualibus,
eſt commune, vel eſt ex intima, naturaliq. propenſione intelle-
ctus. Quamobrem gentes dominia diſtinxerunt ad hunc finem,
vt ſingula commodius curarentur: ideoque & commodius, &
abundantius Religioni ſeruirent. finis vero, & ratio dicitur ani-
ma actionum quarumlibet, iuriumque & legum. Sic igitur gen-
D tes eatenus homines voluerunt eſſe rerum Dominos perfectos
quatenus ijs vterentur ad virtutes, ac Religionem, Deumque
cognoſcendum, & amandum. Quamobrem nulla non gens id
habuit pro lege, vt impij caderent a Dominio rerum ſuarum &
alijs præterea pœnis afficerentur. Cur ita? quod putabant, &
ſuam Religionẽ veram, & dominia pendere à Religione, cuius *l. veluti de*
præceptum eſt primum inter præcepta iuriſgentium, vt Pom- *Inſtit. & iu.*
ponius iuriſconſultus teſtatur; & hinc liquet, quod religio prior
fuit, quam diſtinctio dominiorum. nam colebat Adamus reli-
gionem, priuſquam filios haberet. Conſenſerunt itaque cun-

ctæ gentes, à vera religione pendere ſingulorum dominia. ob id, ab illa, quam ſuam putabant, deſciſcentes, dominio rerum ſuarum, ſpoliabant. A

Igitur Pontificis Summi dominium diſponit, atque, vt loquuntur, ſubordinat ſibi reliqua dominia, non auferens illa Dominis, verum ſtabiliens, cum reducat ad primum Dominum Dominorum, per quem ſunt alii Domini. quod ſi quando aufert, aufert, ne maxime imminuantur, ac pereant aliis eiuſdem gentis, aut regni tũ illa, tum cetera, ſicut periere multis, vt oſtẽdemus. Nam vaſtitates, ac ruinæ temporalium naſcuntur ob defectum virtutum, virtutum defectus ob defectum Religionis, ſapientiæ, & amicitiæ Dei, à quo ſunt, mouentur, conſeruantur, augentur cuncta; vt ipſum, quantum fert eorum natura, participent, & iccirco reducantur in ipſum, à quo omnis boni multiplicatio, & perpetuitas emanat. B

Præterea, cũ ſupra dixerimus, eſſe duplicẽ felicitatẽ actionis, & contemplationis, & ad vtriuſque perfectionẽ, & propagationem requiri temporalia bona, expediens erit, inquiet aliquis, vt, qui præeſt cœtui, qui futurus eſt felix, ſit ipſe feliciſſimus, ac perfectiſſimus in vtraque: ac proinde omnium maxime abundet temporalibus bonis communibus, quæ tamen latiſſime diſtribuat ad beatitudinem ampliſſime propagandam. Nam quidquid eſt inferiori, longe abundantius, per eminentiam ſaltem, debet eſſe in ſuperiori, & quodcumque eſt in illo, ab hoc dimanat, virtuſque capitis, & cordis fluit in membra; atque hæc ab illis accipiũt, neque membro poteſt eſſe aliquid boni, niſi ex illis deriuetur, effectuſque à cauſa, non cauſa ab effectu pendet, ac ſemper, quod eſt eminentius, neceſſe eſt ſit ornatius, & inſtructius. quod ſi perficitur vita vtraque temporalibus bonis quaſi inſtrumentis, diſſentit ratio, vt qui præeſt magis egeat, temporalibus, quam qui parere debet. Amplius addit ad operis cuiuslibet boni præſtantiam, ſi hoc nõ modo deſideretur interius, ſed etiam perducatur exterius ad executionem, finemque abſolutum. nam voluntas magis, vt docte explicat Doctor Angelicus, continuatur in operatione executionis, magis intenditur repellendo, ſi qua contingunt contraria, monumentumque relinquitur, quod excitet alios ad bonum. quamobrem, ſi cauſæ, vt vocant, inſtrumentales, vti ſunt opes, amici, auctoritas, & reliqua huiuſmodi deſint Hierarchæ ſummo, ipſius opera non erunt adeo perfecta, neque poterit in alios Beatitudo C D

S. Tho. 1. 2. q. 20. art. 4. 5.

propa-

A propagari, quod pertinent ad ſummum felicitatis poſitæ in virtutibus in alios deriuandis, exemplo Dei. ob id recte definitur poſt alios à Sancto Thoma, Epiſcopos eſſe in ſtatu perfectionis, modo huic reſpondeant, abundantiamque externorum bonorũ non minuere illũ modo cõuenienter diſtribuantur, ſed exornare, & amplificare: ſtatumque perfectionis eſſe maiorem in Epiſcopis, quamuis multas opes poſſideant, quam in religioſis, qui nullas. ſed quando ſapientiſſimus vtitur multo paucioribus mediis, ac debilioribus, quam reliqui ad ſua perficienda, neque ſibi deeſt, vbi deſunt ordinaria, Deoque eſt con-
B iunctus, qui poteſt operari ſine cauſis ſecundis, & viitatis, quoties hæ ſeſe ab illo ſubducunt, ſi ob iniquitatem, ſtultitiamque mortalium non abundet ille temporalibus bonis, aut eripiantur, quæ habet exemplo, ac virtute Chriſti merita, deſideriaque ipſius, ac ſuorum, Deo reſpicienre, faciet omniũ iacturam, plurimaq. ac maxima ſuis ex alia parte modis extraordinariis cõpãrabit, atq; in apertos hoſtes, ac prædones omnia mala tẽporalia diuinitus retorquebuntur. Qui cum faciant contra religionem, vel minus faciãt pro illa, & à Religione pendeãt virtutes, à Virtutibus bona temporalia, ubi vel religioni, quoad illa, non faue-
C bũt, aut aduerſabũtur, minus ſua tuebũtur, aut magis amittent. Sic Aegyptij bonis temporalibus exuti ſunt, cum Iudæos iis exuerunt. Sic Iudæi, cum Chriſtum, diſcipuloſque ipſius. Sic Gentiles ipſi, cum Chriſtianos. Sic Chriſtianorum Summus Pontificatus, & cœtus externorum bonorum ſæpe copia deſtitutus, ac deiectus, mox tamen, hoſtibus ad nihilum redactis, aut omnino proſtratis, vel ſibi ſubiectis, euexit ſeſe, ac veluti mortuũ ſemen ad ſeſe attrahit ſuccos, terramque, à quibus eſt ad corruptionem perducta, radices inde agit, germinat,
D effloreſcit, plurimos fructus effert; Sic illi contingit, quod ait Chriſtus, Niſi granum frumẽti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Atque hæc aliquis è ſuperioribus forſan differet generatim, quæ latius infra explicabuntur.

S. Tho. 22. q. 184. art. 7. & Opus. 18. de perf. c. 18.

K *Compa-*

A

Comparatio fit inter paria condicionis eiuſdem. Quamobrem, ſi quæratur, qui feliciores in temporalibus bonis, boni, an mali; Reges cum Regibus, plebeij cum plebeijs, feliciſſimiq. cum feliciſſimis conferendi ſunt. In omni autẽ gente neceſſe eſt adſint ſummi, mediocres, atque infimi. alioquin ſtare non poſſet. Cap. XIX.

Vidimus in vniuerſum temporalia bona, vt augeantur, perpetuẽtur, ac ſint, non extirpentur, pendere a virtutibus, Religione, & amicitia Dei. Ex quo videtur conſequi, bonos, quoad bona temporalia, feliciores, quàm malos. Id quamuis verum ſit, eo, quo declarauimus modo, cum tamen imperiti neſciant diſtinguere, apud eos aliquas habebit difficultates, quas ignorantia numquam non producit. Dicimus itaque, Comparationem fieri ſemper inter paria. hinc dicta Cõparatio, quod paria cum paribus conferantur. Ac non male a philoſophis eſt dictum procedere illam quoad ea, quæ ſunt eidem proximo generi ſubiecta. Non enim recte quæretur, Muſicane ſit iucundior, an mel, ſiue penetrabiliorne ſit enſis, an acetum. Sic igitur, quoad felicitatem bonorum temporalium facienda eſt Comparatio inter eos, qui ſunt paris condicionis, veluti inter Reges bonos, ac malos eiuſdem Regni, aut inter plebeios ſimul, proceresve, atque ita deinceps dicendum de agricolis, artificibus, mercatoribus, militibus, & quibuſuis alijs probis, aut improbis inuicem conferendis. Exempli gratia: Producatur in medium ſucceſſio Imperatorum Romanorum. Quærimus, qui fuerint feliciores quoad bona temporalia, honores, diuitias, tranquillitatem, victorias, triumphos, imperij latitudinem, diuturnitatem bonine an mali. Videamus ipſam rem. Boni ſcribuntur quoad viginti poſtremos annos, Auguſtus; quoad quindecim primos, Tiberius; quoad omnes, Titus; ac dempta auaritia, Veſpaſianus; poſt hos Nerua, Traianus, Antoninus Pius, Antoninus Philoſophus, Alexander Mãmeæ, Gordianus, Claudius, Probus, Conſtantius Chlorus, ac tot extitere intra annos tercentum boni. Mali ſunt Claudius, Caligula, Nero, Hadrianus, Cõmodus, Seuerus, Caracalla, Heliogabalus, Maximinus, ac reliquæ huiuſmodi beſtiæ. Quis tam ſtolidus dicet, hos felicio-

B

Ariſtot. 7. Phyſic.

C

D

res

A res illis? Sumamus noſtros Imperatores Conſtantinum, Iouinianum, Valentinianum, Gratianum, Theodoſium, Arcadium, Theodoſium Iuniorem, Pulcheriam, Marcianum, Leonem primum, Iuſtinum, Iuſtinianum primis annis, Iuſtinum, Mauricium, Tiberium, Heraclium primis annis; & comparemus hos noſtrorum bonos, qui fuere intra annos tercentum cũ gentilium bonis, & cognoſcemus noſtros in omni bono tẽporali feliciores. Idem dicimus de quibuslibet Regnis, & quolibet mortalium gradu. Eſt autem naturalis, vt res humanæ ſunt, hæc neceſsitas comparationis. Nam quæuis ciuitas, gens, Regnum,
B Reſp. neceſſe eſt habeat ſupremos, medios, & infimos, alioquin conſiſtere non poſſent. Quod ſi ciuitas aliqua ſolos Reges eiuſdem gradus haberet, quibuſnam, quæſo, iſti imperarent, cum ſint Reges eodem gradu? quomodo conſiſteret iſta gens? quis araret, meteret, coqueret, vel artes vllas exerceret? Quocirca neceſſe eſt inter optimos feliciſsimoſque hominũ, quales Catholici ſunt, non modo eſſe Reges, ſed etiam nihil omnino habentes: bonaque omnia temporalia latiſsime eſſe diſtributa, quoad ea ſcilicet, quæ diſtributionem patiuntur, non ad vnũ redacta: atque iccirco Rex non poteſt ad ſe vnum cuncta redi-
C gere, aut pro libito habere redigendi poteſtatem. Nam ceteri naturaliter infelices forent, & iccirco inter Sinas, ac Turcas, & generatim inter ſubiectos maximis Tyrãnis Rex tantũ dicetur felix, quoad tẽporalia, ceteri infelices; quod cunctę ipſorum res pẽdeant a nutu Tyranni, in cuius abſoluta poteſtate nihil nõ eſt ſitum. & tamẽ in eodẽ Regno Reges, qui poteſtatẽ ſuam cõmunicant alijs, ſunt feliciores ijs, qui non communicant: quin idẽ Rex eſt felicior ſibi, ac ſuis, cum communicat, quam cum non communicat: vt de Auguſto ſcribit Dion, qui viginti primis annis fuit Tyrannus, & infelix, omnia redigens ad ſe vnum, ſed vi-
D ginti poſtremis bonus Imperator, ac felix. idemque de Ageſilao, poſteritateque illius hiſtoriæ ſcribunt. ac tales fuere Titus, Nerua, ceterique felices, quos ſupra recenſuimus.

Sic igitur hæc communicatio non minuit felicitatem communicantis, ſed auget. Nam quilibet ſubiectus diligentius operam dat augendæ, ac tuendæ rei communicatę, cum ſciat id eſſe ex omni parte ſuum munus, & quia res eſt ipſius propria, & quia confert magis nõ modo ad bonum Regis, ſed totius etiã Regni. Ob id non immerito magis laudat Ariſtoteles, vt fundi ſint proprij, quam communes, & confuſi. ex hac enim curatione

diligentiori res multiplicantur ac maiores fructus reddant, e A
quibus tributa Regibus præſtantur, & quilibet pro Rege virtu
tibus prædito libentiſſime in vniuerſum profundit omnia ſua, inuigilat pro illo, liberiſq. illius, non ita pro Tyranno. Quod ſi Rex pro libito transfert res, ac dat, quia ſunt ipſius dumtaxat, & ſubiecti erunt infelices, quia non participant alicuius rei abſolutum dominium, & Reges non ita felices, quamuis ad breue tempus videantur. Nam & felicitas ſubiectorum eſt felicitas ipſorum Regum, cum felix ſit ille Rex, qui felicibus præeſt; contra, qui infelicibus, infelix. Hoc autem decipit eos, qui res non examinant, neque hinc inde perpendunt, quæ reuocan- B
tur ad trutinam, neque paria cum paribus conferunt, ac ſæpe non valent cõferre, quod præterita ignorent, neque ex ijs quid futurum ſit e præſentibus, conijcere poſſint, aut, qualia ſint ipſa præſentia, iudicare.

Facienda eſt igitur comparatio inter pares eiuſdem condicionis, vt nos infra exacte faciemus: neque verbi gratia conferendus Turcarum Rex cum Rege Daniæ, ſed cum Rege verbi gratia Hiſpaniarum. Sic Othomanica familia cum Auſtriacæ ſtirpis feliciori familia, & vtriuſque feliciſsimi cum feliciſsimis, infeliciſsimi autem cum infeliciſsimis compa- C
randi.

Secundo loco eſt illud obſeruandum, bonis, ac malis contingere ſuas clades, & infelicitates quo ad temporalia, bonis extrinſecus ob peruerſitatem prauorum, malis intrinſecus ob nequitiam ſuam. In hoc igitur conferenda ſunt tempora infeliciſsima malorum cum temporibus infeliciſsimis bonorum. Rurſuſq. feliciſsima cum feliciſsimis. Ad cuius rei clariorem notitiam, dicimus, quamlibet rem dijudicari e ſummo, ad quod pertingit. Exempli cauſa: Homo propterea iudicatur intellectu præditus, quod hoc ſit ipſius ſummum: ſic altitudinem D
rei cuiuslibet, aut profundum decernimus e ſummo, & infimo. Quamobrem, ſi velim cognoſcere, an ſeries Imperatorum bonorum ſit felicior, quam malorum, ſumam e ſerie malorum, qui fuerit infeliciſsimus in ea parte infelicitatis, de qua agitur, vt Heliogabalum, qui trucidatus miſerrime, per vrbem raptatus, & in Tiberim proiectus ſummo cum dedecore adhuc vituperatur: item Neronem, aut huiuſmodi; & conferam cum Alexandro Mammeæ, aut cum Gordiano, qui boni ſunt habiti, atque interfecti, & cognoſcetur cuius,

A malorum nullos, cunctos autem bonos præ illis eſſe felices. Eodem modo e ſtirpe Auſtriaca feliciori ſumam, qui fuerit infelix, vt Albertum, qui fuit à Nepote occiſus; rurſus ex Othomanica, ſiqui tales fuerunt, vt Amurathem, qui à Daco fuit interfectus; Baiazethem, qui à Selimo filio ſublatus eſt veneno; ac ſuperiorem Baiazethem, qui à Tamerlane victus, incluſuſq. cauea ferrea ſemetipſum trucidauit: & cognoſcemus, Othomanicam longe infeliciſſimam reſpectu Auſtriacæ. Eadem de reliquis ſimilibus aſſerenda.

Similiter, ſi tempora infeliciſſima malorum, cum infeliciſſi-
B mis bonorum conferamus, videbimus, malos omnibus temporalibus exui, ac prorſus exterminari, & prope ſic exſcindi, vt nemo ſuperſit, veluti Vandalos, Oſtrogothos, Gepidas, Alanos, Herulos, Turcilingos, qui fuere omnes hæretici. & nunc eodem Græci tendunt, vt mittamus cæteros Orientales. Contra bonis accidit: quo magis opprimuntur, eo magis ad extremum ſolent extolli, vt neceſſe ſit malos ipſis ſubijci, quod contingit gentilibus, qui ſe Chriſtianis ſubiecerunt. Quid ita? Quod totius naturæ vis eo tendit, vt malus ſubijciatur, ac ſeruiat bono, ac ſinit aliquando hunc ordinem perturbari non in omnibus, ne-
C que in pleriſque. nam cum continget hoc, mundus concidet, vt accidit temporibus Noë: ſed in aliquo medio felicitatis, vt opibus, honoribus, vel huiuſmodi. Sed hoc accidit malo, niſi bonus euadat, ac vitium purget, in malum, & inſtrumentum felicitatis fit ipſi inſtrumentum infelicitatis, veluti ſtulto enſis, quo abutetur ad ſe occidendum, ſiue feriendum. Contra euenit bono propter ipſius ſapientiam. namquod eſt natura ſua, atque ex ordine naturæ inſtrumentum infelicitatis, ſcit vti illo ad felicitatem, veluti veneno ad medicamentum; atque ideo eo magis eluceſcit in maioribus tenebris. participans diuinita-
D tem. Nam, ſicut Deus abſque vllis medijs & quibuſuis poteſt quælibet operari, ſic illi coniunctus. Verum, ſicut Deus, medijs vtens, dat illis bonitatem, & quandam felicitatem communicat, ita ſapiens, ſi habebit apparatus externorum, faciet, vt illa augeantur, perpetuentur, atque opus perfectum producant, quod non producerent in manu inſipientis, aut mali, qui quaſi artifex imprudens breui rumpit inſtrumenta artis, neſciens illis vti, atque ita pertinet ad bonum commune, vt ſapientes ac boni regnent, habeant diuitias, honores, non autem mali. Cum mali ſit, deſtruere, ac priuare: (malum namque priuatio quædam)

dam) Contra, boni eſt, amplificare, & communicare. A

Sic igitur malos videmus euehi ſæpe ad honores, opes, & alia huiuſmodi. Numquid in hoc ipſo felices? Nihil minus. In hoc ipſo protinus infeliciſſimi. Feliciuſq. ipſis fuiſſet, habere id ſolum, quod eſt decens, ac progredi ſuis gradibus ad maiorem temporalium felicitatem, aut permanere in gradu inferiori felicitatis temporalis. Inſtrumenta namque iſta, ſi contra ſuam naturam adhibeantur ad vitium, quatenus adhibentur, maiorem pariunt infelicitatem, parturiuntque eam, ſimulatque poſſidentur à malis, quàm ſi non adfuiſſent. Renititur enim natura inſtrumenti, neque patitur abuſum. Renititur totius B mundi conſpiratio, vt oſtendemus. & iccirco mali non poſſunt peruenire ad ſummum felicitatis externæ, ſiue non poſſunt efficere, vt inſtrumenta iſta felicitatis habeant ſummum ſuum penes ipſos: perueniuntque illi ad ſummum miſeriæ, non ad ſupremum felicitatis externæ, bonorumq. externorum in quolibet ſtatu.

Iccirco, ſi inquiramus, qui peruenerint in quolibet gradu ad ſummum honorum, opum, imperij, vitæ longioris, ſanitatis, amicorum, poſteritatis, vitæ longioris, aliorumue huiuſmodi: ſi paria paribus, temporibus tempora conferamus, clariſsime vi- C debimus, in tota ſcilicet rerum latitudine bonos eſſe, quoad temporalia, feliciores.

Nam, quis honores eſt aſſecutus, quos non dico Chriſtus, qui non eſt in comparationem vocandus, aut Virgo Sãctiſſima, ſed Ioannes Baptiſta, Apoſtoli, qui vel ab ipſis Mahometanis coluntur, ac denique tot Sancti, quibus toto orbe Catholico cultus cæleſtis adhibetur? Quis imperij amplitudinem maiorem, quam Nabuchodonoſorus? quem ſaluum vult S. Auguſtinus. ad rectum namque cultum Dei tranſijt, ac latius imperauit, quam Magnus Alexander, vt alibi oſtendimus, ac Strabo teſtatur? D quis item nactus eſt imperium latius, potentius, locupletius, felicius, quam Conſtantinus Magnus, Tartarorum Reges illi, qui Chriſtiani fuerunt, aut poſtremo Auſtriaci Reges? De poſteritate Regia quid dicemus? cum viuat adhuc poſteritas Regia Gundicarij Burgundionis poſt annos prope mille, ac ducentos. Alij volunt, & progeniem Conſtantini, ac Salomonis. Sed fabuloſa hæc forſan reputantur, illud Gundicarij veriſſimum, quod alibi aperuimus. Recte ſimiliter religionis cultores ad ſummum felicitatis temporalis, quò numquam peruenerunt,

A uenerunt, perduxere Hiſpanias, Gallias, Britanniam, Scotiam, Bauariam, Saxoniam, Boemiam, Hungariam, Poloniã, Lituaniã, Flandriam, Sueuiam, Daniam, Sueciam, Noruegiam, ceteraſq. Septemtrionis prouincias, quibus exigua, ac prope nulla olim bona temporalia erant, poſt acceptam vero Romani Pontificis doctrinam copioſa, & ampliſſima adſunt: cum ſecus acciderit poſt abiectam Catholicam fidem vtrique Mauritaniæ, Libycæ, Cyrênæ, Aegypto, Aethiopiæ finitimæ Aegypto, Palęſtinæ, Caleſyriæ, Phœniciæ, Meſopotamiæ, totique Orienti, ac lugeamus eodem Græciam properare.

B Quis mendicorum peſſimus tot, ac tãta ſibi, ac poſteris temporalia cõparauit, tam perpetua manens in mendicitate, quot, & quàm perpetua S. Franciſcus optimus? ecquis rurſus dat libentius, ac largius mendico peſſimo, quam optimo? Idem vero de artificibus, ac reliquis diſſeri poteſt. Atque ita in omnibus facienda eſt nobis comparatio, vt veritatem reperire, & contemplari poſſimus. Quocirca, ſi inſpiciamus quota pars bonorum, quoad bona temporalia, ſit felix, aut infelix, & quota pars bonorum, certiſſimo cognoſcemus, longe infeliciſſimos eſſe malos, ac plurimos, vt libri ſexti capite nono aperiemus e S. Auguſtini dictis. Nunc ad alia tranſeamus.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE

DE RVINIS GENTIVM, ET REGNORVM ADVERSVS IMPIOS POLITICOS.

Liber Secundus.

E multis diuinæ Scripturæ locis oſtenditur, bona temporalia pendere a virtutibus, ac religione, & cœtus bonorum feliciores eſſe, quam malorum.
Caput Primum.

VIDEAMVS adhuc enucleatius, an ea, quæ diximus, conſentanea ſint diuinæ Scripturæ, & an vniuerſitati bonorum ſit felicius quoad temporalia, quam vniuerſitati malorum, & an temporalia bona pendeant a religione. Sic igitur Deus ipſe: Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram. Declarãt hæc Dei verba (poſt SS. Petrum, & Paulum Apoſtolos, quorum verba afferemus loco ſuo, & alios) Sancti Doctores, Thomas, Bonauentura, Halenſis, aſſerentes, intelligenda de temporali hac vita, ac nomine Patrum contineri A

S. Tho. 1. 2. q. 100. ar. 7. et 2. 2. q. 122. art. 5. S. Bonauent. ſer. de decẽ præcept.

A tineri præpoſitos quoſlibet,benefactores , propinquos . Quod
ſi interdum contingit,longioris eſſe vitæ aliquem, qui fuerit in
parentes iniurioſus:non id ſpectandum eſt,quod aliquando eue
nit,ſed quod plerunq.& tamen illi,qui honorant ſuos parentes,
etiam ſi prius,quam ſcelesti,decedant,iucundiorem degunt vi-
tam,quæ, quamuis breuior, diuturniori præponderat . Addi-
mus nos illud, numquam fieri, vt iniurioſus in parentes perue-
niat ad eam vitæ longitudinem , ad quam perueniunt multi eo-
rum,qui pii ſunt, in quibus Enoch , atque Elias adhuc viuentes
numerantur . Quod patet in ſucceſſionibus Regum , & nos ſuo
B loco adnotabimus . Quod ſi Regum ſingulorum , qui breui lu-
cis vſura potiti ſunt, acta literis mandata eſſent, illud etiam cla
rius dignoſceremus in qualibet Regum ſucceſſione , eum , qui
breuius vixit,in ſuos iniurium fuiſſe . Quod ſane in aliqua ap-
paret, ita, vt ille Rex diutius regnauerit inter alios ex eadem
ſerie,qui pius fuerit in ſuos; ille omnium breuiſſime , qui ſecus
vixerit. in reliquis interpoſitis inter omnium maxime longæ-
uum,& vitæ omnium maxime exiguæ,ſit variatio . ſtet tamen
illud, quando e ſummis cuncta diiudicantur, longiſſimæ pium ,
breuiſſimæ impium fuiſſe.id porro eſt illuſtre in Regibus,quod
C geſta reliquorum memoriæ prodita non habeantur; nec ſit,qui
obſeruet,& inter ſe examinet.

Poſt hæc audiamus Iobum . Hæc eſt pars,inquit ille,hominis
impij apud Deum,& hereditas violentorum,quam ab omnipo- *Iob.c. 17.*
tente ſuſcipient,ſi multiplicati fuerint filij eius,in gladio erũt,
& nepotes eius non ſaturabuntur pane : qui reliqui fuerint ex
eo,ſepelientur in interitu,& viduæ illius nõ plorabũtur. ſi com
portauerit quaſi terram argentum , & ſicut lutum præparaue-
rit veſtimenta,præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis , &
argentum innocens diuidet.Hæc Iobus . Quæ S.Thomas expo-
D nens,inquit:Oſtendit autem Iob hanc partem impiorũ ſiue he-
reditatem eſſe caducam,primum quidem quãtum ad hoc,quod
frequenter circa impiorum prolem accidit , quod tamen inter
temporalia bona potiſſimum reputatur,contingit autem quan
doq.quod impiorũ filij,qui in hoc mundo proſperati ſunt,occi-
dũtur:vnde dicit,Si multiplicati fuerint filij eius, quod ſcilicet
ad magnã proſperitatem cõputabantur,in gladio erũt,ideſt oc
cidẽtur, &, quãuis raro contingat , quod diuitũ filij ad magnã
paupertatẽ deueniãt,tamẽ circa nepotes,& poſteros frequẽter
contigit. Vnde ſubdidit,Et nepotes eius nõ ſaturabuntur pane.

Pſal. 51. Eadem Dauid multis Pſalmorum locis, de impio, ac poſteritate illius loquens, inquit: Deus deſtruet te in finem, & euellet te, & emigrabit de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. A

Rurſus, de iniquis, Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens; intendit arcum ſuum donec infirmentur, ſicut cera, quæ fluit, auferentur, ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem. priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum, ſicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos. lętabitur iuſtus cum viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. & dicet cet homo, ſi vtique eſt fructus iuſto, vtique eſt Deus iudi- B
Pſal. 72. cans eos in terra. Et Pſalmo, qui incipit, Quam bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde. Vbi ſpeciatim diſcutitur hoc argumentum, concluditurque, impijs eſſe breuem felicitatem, pijs diuturnam, inquit: Veruntamen propter dolos poſuiſti (tu Deus) eis (malis) deiecisti eos dum alleuarentur. quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam? velut ſomnium ſurgentium Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Et
Pſal. 91. alibi: Cum exorti fuerint peccatores, ſicut fænum, & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem, vt intereant in ſæculum ſæculi. C

Idem bona diuturniora bonis, eorumque poſteritati futura
Pſal. eod. prædicit ijs verbis, Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus libani multiplicabitur; plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri florebunt. adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi,
Pſal. 112. & bene patiẽtes erunt, vt annuncient. Et alibi: Potens in terra erit ſemen eius (boni) generatio rectorũ benedicetur: gloria, & diuitię in domo eius: vitam ſimiliter malorũ breuiorem, quam bonorum, futuram, ſummos inquam ſummis, infimos infimis cõponendo, Sic idem; viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabũt D
Pſal. 17. dies ſuos. Quamobrẽ, ſi ſumatur, qui breuiſſime vixit, cognoſcetur eſſe impius; ſi contra, qui longiſſime, cognoſcetur pius.

Denique flagitioſis acerbiora, & diuturniora, probis autem leuiora, & breuiora fore, ita ſcribit: Quis eſt homo, qui vult vi-
Pſal. 34. tam, diligit dies videre bonos? coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius, ne loquantur dolum; declinet à malo, & faciat bonum; inquirat pacem, & ſequatur eam, quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, vultus autem Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum

clama-

A clamauerunt iuſti,& Dominus exaudiuit eos,& ex omnibus tribulationibus eorum liberabit eos. iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde,& humiles ſpiritu ſaluabuntur. Hæc Dauid de felicitate temporali bonorum clariſsime,quod apparet, atque,vt inter alios interpretantur Sancti Baſilius, & Chryſoſtomus in commentariis Pſalmi huius.

Dauidem ſequatur Salomon,qui librum totum hac de re cõpoſuit,Hic eſt Sapiẽtia, nihil aliud agens,& aſtruens,niſi malis eſſe in omnibus infeliciter,bonis cõtra, quoad ipſa temporalia. Quod ſi accidat ſecus aliquando,id infelicius eſt malis,felicius
B bonis. Quamuis ad tempus non ita videatur. Nam ſapiens malis vti ſcit quaſi inſtrumentis ad maiorem felicitatem, veluti Hercules arduis certaminibus,Vlyſſes varijs ærumnis. Inſipiẽs bonis vtitur ad infelicitatem ſuam maiorem, veluti Priamus, Caligula,Nero. ob id Salomon,poſt ſapientiæ laudes primo capite enarratas, inducit ſecundo impios loquentes, atque inter ſe ſtatuentes,voluptatibus eſſe indulgendum, iuſtos opprimendos, nihili faciendum quidquid iactatur de vltione diuina flagitioſos in terris puniente. Deinde tertio decernit,eſſe tenuem, fugacemq. impiorum felicitatem in terris; ex aduerſo, iuſtorũ,
C magnam,& perpetuã.In paucis vexati inquit,de his,non in multis,in multis bene diſponentur,quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe,tamquam aurum in fornace probauit illos,& quaſi holocauſti accepit illos,& in tempore erit reſpectus illorum. fulgebunt iuſti, & tamquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent,iudicabunt nationes,& dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Et mox: Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus, & quæ non concidit radix ſapientiæ. filij autem adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur, &, ſi quidem longæ vi-
D tæ erunt,in nihilum computabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum, &,ſi celerius defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. nationes enim iniquæ diræ ſunt conſummationis. Sed capite quarto, Quid amborum poſteritati cõtingat,explicans ſimilitudinibus,adijcit:O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Immortalis enim eſt memoria illius,quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines. Et mox:Multigena autem impiorum multitudo nõ erit vtilis, & adulterinæ plantationes nõ dabunt radices altas,nec ſtabile firmamentũ collocabũt,Hæc Salomon.Qui cũ

L 2 dixiſſet,

dixiſſet, a Deo fuiſſe primo homini data bona omnia, ac per cri A
men admiſſum fuiſſe illa erepta, quoad eorum maximam partem; multis deinde exemplis ſimilitudinum, rationum, euentuumq. materiam totam latiſsime explanat. Quamobrem, ſic ad Reges cōuerſus, Audite ergo, inquit, Reges, & intelligite: diſcite Iudices finium terræ, præbete aures, vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt a Domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Quoniam, cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis, & cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. Horrende, & cito (notentur hæc) apparebit vobis, quoniam B
iudicium duriſsimum his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur. Ita Salomon. Cuius verba pertinere ad temporalem felicitatem, ſcribit poſt alios S. Thomas libro de regimine Principū. *Lib. 1. c. 11. c. 6. c. 3.* Hinc ille rurſus: Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum. Et: Rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt. Ac de ſeipſo: Optaui (ait) & datus eſt mihi ſenſus: inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ. Et mox: Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius. C

Eadem porro cum memoratis tradunt libri omnes diuinæ Scripturæ, quorum dicta ad hoc argumentum ſpectantia collegere Saluianus libris de diuina prouidentia, & Gildas de excidio Britanniæ, referentes cauſam ruinarum, quibus Occidentale Imperium concidit, in hæreſes, & peccata populorū, & Principum; ē quibus hæc aduerſantur amicitiæ Dei, ſed illæ opponuntur ſapientiæ, & ſcientiæ diuinorum.

Cum voluerit itaq; Deus, omni genere teſtimoniorū cōprobari, a pietate felicitatē temporalē pendere, ob id etiā ſtatuit, D
vt Summus Sacerdos in Rep. Iudæorū primas teneret. Nam ſic *Deut. 17.* habetur in Deuteronomio: Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, inter ſanguinē, & ſanguinē, cauſam, & cauſam, leprā, & non leprā, & iudicū inter portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſq. ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē, qui fuerit illo tempore, quæreſq. ab eis, qui iudicabunt tibi, iudicij veritatem, & facies quodcūq; dixerint, qui præſunt loco, quē elegit Dominus, & docuerint te iuxta legē eius, ſeque

A riſq. ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram; qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael.

Verum, quoniam ſciebat Dominus, fore, vt contra ipſius primariam voluntatem Rex expeteretur à Populo, cum reiecto Samuele, delectus eſt Saul, quo tempore Deus dixit ad Samuelem: Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos, oſtendens, Regnum Sacerdotis eſſe Regnum Dei: iccirco ipſe eodem capite Deuteronomij, quo vult Pontifici Summo in omnibus contro-B uerſiis obediendum, ſancit, vt, quicumque Rex crearetur, poſtquam ſederit, inquit, in ſolio Regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius (atque ita ſpeciatim quoque ſignat hanc legem, qua conſtituitur Summum Sacerdotis imperium) in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, leget illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum, & cuſtodire verbum, & cærimonias eius, quæ in lege præcepta ſunt. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet in partem dexterã, C vel ſiniſtram, vt longo tempore ipſe, & filii eius ſint ſuper Iſrael.

Quocirca Dauid, temporalem felicitatem pendere ab obedientia, quæ præſtatur tum Religioni, tum Religionis ſummo *Pſal.132.* præfecto, indicat, eo Pſalmo, qui incipit, Ecce, quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum. Subiicit deinde, oſtẽdens, vnde deriuentur hæc bona, & iucunda: Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam Aaron, quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Sicut igitur vnguentum Summi Pontificis deſcendit ab ipſo in ipſius veſtes, quæ deſignabant orbem terrarum, vt Salomon explicat, ſic deſcendunt iſta bona, quaſi D ab ipſo in omnes terræ partes defluat, quidquid eſt boni. Addit deinde Dauid: Sicut ros Hermon, qui deſcendit in mõtem Siõ, in quo mõte Sionis collocata erat pręcipue domus Regia, quaſi hæc acciperet bona, & iucunda quæque ſua ex Aaronis, ſiue Pontificis Summi vnguento, ſicut ex Hermone monte excelſio- *Deut.4.* ri accipit rorem, quo refrigeretur, ac fecundetur mons Sionis, qui ſcribitur aliquando eſſe ob iuga ſimul continuata idem cũ Hermone. Concludit Dauid, aſſerens, omnia bona hinc eſſe, vt homines ſit inter ſe concordes, & amici, quod naſcitur ex obedientia præſtita Aaroni in primis, deinde Regi, in monte Sio-

nis

nis habitanti,& ait:Quoniam illinc ex unguento Aaronis,ac rore Regio, ſiue monte Sionis, vt interpretatur Theodoretus, mandauit Dominus benedictionem,& vitam vſque in ſæculum, ſiue,vt Euthymius exponit, vitam longam. A

Hæc Dauid,qui ſicuti in monte Sionis eligit ſibi ſedem, ſit tẽplum,Sacerdotumque ædes in monte Moria,ciuitatem vero in Acra,ita ut hæc tria iuga,Sionis,Moriæ,& Acræ cohærerent inter ſe, originemque haberent ex Hermone. Iugum porro Moriæ,in quo Abraham dicitur obtuliſſe filium ſuum Iſaac, & in quo Sacerdotes habitabant,templumque erat, coniungebat Vrbem,montemque Acram,cum Sione,& domo regia,quod Regia poteſtas, ac popularis ſine Sacerdotali cohærere non poſſint, atque ab hac pendeat orbis totius bonum. Sicut S.Ignatius vocauit Sacerdotium ſummam omnium bonorum, quæ in hominibus conſiſtunt, in epiſtola ad Smyrnenſes. B

Cap.11. At Salomon,poſtquam cõmemorauit in libro Sapientiæ quęcumque maxima Moyſes patrarat,ſubiicit cauſam deſumptam à Sacerdotio,cui totus orbis ſit ſubiectus.In veſte enim,ſcribit, Poderis, quam habebat,totus erat orbis terrarum,& parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius ſcripta erat. His ceſſit,qui exterminabat,& extimuit. nimirũ Dæmonium,& ignis, qui Datham,& Abiron Schiſmaticos cum populo abſumebat, ſicut abſumet orbem totum,cum facta fuerit diſceſſio à Romani Pontificis obedientia. vt Sanctus Paulus prædicit,ac nos oſtendemus,Neque filius hominis inueniet fidem in terra. C

Luc.18.

Explicemus,quid hic Salomon ſibi velit. Tunica talaris Pontificis,quæ Poderis dicebatur, erat linea, coloriſque Hyacinthini,in extremis oris habens tintinnabula,& malogranata, vt in Exodo habetur. Cum ſit linea,inquit Ioſephus,terram ſignificat,Hyacinthus vero cælũ,per mala punica fulgetra referens, ſicut tonitrua per tintinnabulorum ſtrepitum. Super hanc tunicam erat ephod, ſiue ſuper humerale. in vtroque humero erat ſardonix,ſiue ſmaragdus.cuilibet erant inſcripta nomina Iacobi filiorum,in dextro ſeniores, reliqui in ſiniſtro. eratque ſuper humerale e quatuor coloribus. Nam contexebatur ex auro,hyacintho,purpura,cocco bis tincto,& byſſo retorta opere polymito. Quæ Sanctus Hieronymus conſiderans, inquit: Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus vniuerſa ſubſiſtunt.Byſſus terræ deputatur,quia ex terra gignitur. D

A tur. Hyacinthus aeri, propter coloris ſimilitudinem. Coccus igni,& ætheri: duo ſmaragdos, ſiue onychas, quidam exiſtimant, inquit Philo typos Solis, Lunæque, ſed propius ad veritatē accedunt, qui per hos deſignari duo hemiſphæria putāt. Smaragdi enim aſpectus totius cæli eſt ſimilis. Vnde factum eſt, vt gemma vtraq. ſculperetur ſex nominibus, quia vtrūque hemiſphærium diuiſo ſignifero circulo ſex ſigna complectitur. Ita Philo. Vt iam cognoſcamus, à Summo Sacerdote cæleſtes orbes humeris quodammodo ſuſtentatos, illis per eum filios Iſrael, ac duodecim tribus illatas.

B In capite porro Sacerdotis erat Cydaris, ſiue Tiara, in rotundum, dimidiatæ ſphæræ inſtar, conſurgens, mundumque referens, ait S. Hieronymus, qui rotundus eſt, quaſi Sacerdos eum capite geſtaret. illum triplex faſcia, ac triplex corona, caliculis aureis inſignita cingens ornabat: inde pendebat aurea lamina; cui nomen ineffabile erat inſcriptum, quo diuina eſſentia rebus cunctis eſſentiam tribuens deſignabatur, quia, quatenus, inquit Philo, Sacerdos, honore ſuo fungitur, & miniſterio non ſolum priuatis hominibus eſt eminentior, verum etiam cunctis Regibus. Huic præfigitur aurea lamina, inſignita quatuor litteris,
C per quas entis nomen aiunt indicari: quandoquidem nihil poteſt abſque Dei inuocatione ſubſiſtere. Nam, bonitate huius fauente, integritatem ſuam conſequuntur omnia. Sic ille. Addit ſanctus Hieronymus: Pontifex Dei, creaturarum omnium typum portans in veſtibus ſuis, indicat, cuncta indigere miſericordia Dei, vt, cum ſacrificaret illi, expiaretur vniuerſalis condicio, vt non pro liberis, ac parentibus, & propinquis, ſed pro cuncta creatura, & voce, & habitu precaretur. Ita Sanctus. Hæc etiam cuncta late Clemens Stromatum lib. V. Cuius ſunt verba illa libro ſexto: Diuina prouidentia deſuper ex iis, quæ ſunt
D principalia, tanquam ex capite, peruadit ad omnes, ſicut vnguentum, inquit, quod deſcendit in barbam Aaron, & in omnia veſtimenta eius. Sic ille.

Quid autem triplex corona ſignificat? An à poteſtate Pontificia contineri omnē poteſtatem? neque enim dicimus omnia, niſi cum tria numeramus, atque à tribus lationibus omnia generantur. vna namque eſt à medio, ſiue à centro, quæ conuenit leuibus; altera ad medium, quę grauibus, tertia circa medium, quę cæleſtibus. Sic de ternario numero differens Ariſtoteles aiebat, illum diuinis aſsignari, quod ab illis omnia gignantur. *Lib. 1. de cælo cap. 1.*

Ex his

Ex his igitur omnibus apparet, a ſapientia, & amicitia Dei, A
religione, & ſacra poteſtate, quicquid eſt inter mortales, ac bona illorum pendere, ita, vt quaſi extremũ malorum pronunciauerit illud Sanctus Propheta: Et factus eſt populus meus quaſi qui contradicit Sacerdoti. Nunc videamus, quid cæteri ſapientes hac de re iudicarunt. Nam, quod attinet ad Euangelicam Scripturam, ſuo loco dicemus.

Oſeæ c.4.

De Platonis ſententia felicius eſt ſocietati bonorum, quoad bona temporalia, quam malorum. & in optima Republica, ac Regno Sacerdotium præeſt. Cap. II. B

PLato, quem Cicero Deum Philoſophorum vocat, ac maximi facit inter alios S. Auguſtinus libris de Ciuitate Dei, cum multis in locis oſtẽdat a prudentia perduci homines ad beatitudinem, ac ſine prudentia nihil boni contingere hominibus, quin bona cuncta temporalia conuerti in malum, atque e bonis fieri mala, vt apparet in Memnone, Euthydemo, & Alcibiade primo, ſic inducit Socratem colloquentem cũ Alcibiade. *Soc.* C
Num aduertiſti, quod facies hominis in oculum intuentis in oppoſito viſu relucet, velut in ſpeculo, quam ſummam vocamus pupillam, ſimulacrum inſpicientis exiſtens? *Alc.* Aduerti. *Soc.* Oculus itaque ita demum ſeipſum cernit, cum in oculum inſpicit, in idque præterea intendit, quod oculi optimum eſt, & quo oculus ipſe videt. *Alc.* apparet. *Soc.* Si autẽ in aliud quoddam hominis membrum reſpexerit, vel in quoduis aliud, præterquam id, cuius hoc eſt ſimile, haudquaquam ſeipſum percipiet. *Alc.* Verum. *Soc.* Oculus ergo, cum ſeipſum viſurus eſt, in oculum reſpicere debet, atque in eum oculi locum, in quo vir- D
tus eſt oculi. Is autem viſus, atque pupillæ acies eſt. *Alc.* Sic eſt. *Soc.* Eodem pacto & anima, o amice Alcibiades, ſi ſeipſam noſcere vult, in animam intueatur, in eumq. præcipue locum animæ, in quo ineſt virtus animę ſapientia, & in aliud, cuius hoc eſt ſimile. *Alc.* Mihi quidem videtur, o Socrates. *Soc.* Num reperire poſſumus quodpiam in anima diuinius illo, circa quod intelligentia, ſapientiaq. verſatur? *Alc.* Nequaquam. *Soc.* Id igitur animæ diuini ſimile eſt, in quod animæ quis intuens eſſe diuinum, Deum ſcilicet, & ſapientiam cernens, ita & ſeipſum agnoſcet

A agnoſcet. *Alc.* Apparet. *Soc.* Se ipſum vero agnoſcere prudentiam eſſe concedimus. *Alc.* Prorſus. *Soc.* Si autem nec nos ipſos cognoſceremus, nec prudentes eſſemus, poſſemus ne noſtra ſeu mala, ſeu bona noſcere? *Alc.* Quomodo fieri poſſet, ò Socrates? *Soc.* Impoſſibile tibi forte videtur quēquā, qui non norit Alcibiadem, tamen, quæ Alcibiadis ſunt, quod ſint Alcibiadis, noſſe. *Alc.* Impoſſibile, per Iouem. *Soc.* Nec noſtra, quod noſtra ſint, niſi prius nos ipſos. *Alc.* Nullo modo. *Soc.* Si noſtra ignoremus, nec ea, quæ noſtrorum ſunt, intelligimus. *Alc.* Non, vt videtur. *Soc.* Non igitur recte omnino conſenſimus, cū ſupra quoſ-
B dā eſſe aſſeueraremus, qui, ſe ignorantes, ſua tamen dignoſcerēt. Atque nec ea, etiā, quæ ſuorū, hæc enim cūcta dignoſcere, vnius, atque eiuſdem artis officiū eſſe videtur, ſeipſum ſcilicet, & ea, quæ ſua ſunt, & quæ ſuorū, noſſe. *Alc.* Videtur. *Soc.* At, qui ignorat ſua, ignorat & aliena. *Alc.* Quidni? *Soc.* Num igitur, ſi aliena etiam, quæ Reipub. ſunt, ignorabit? *Alc.* Neceſſe eſt. *Soc.* Numquam ergo hic vir ciuilis eſt. *Alc.* Non certe *Soc.* Nec œconomicus etiam. *Alc.* Neque hoc. *Soc.* Neque, quod agit, intelligit. *Alc.* Minime. *Soc.* Ignorans autem, nonne aberrabit? *Alc.* Maxime. *Soc.* Qui aberrat, annon male aget, & priuatim, & publice?
C *Alc.* Quidni? *Soc.* Male agens, nonne miſer? *Alc.* Et maxime quidem. *Soc.* Annon & ij, quibuſcum hoc agit? *Alc.* Et hi quoq; *Soc.* Nemo itaque felix eſſe poteſt, niſi ſapiens, bonuſque, ſit. Hactenus Plato.

Igitur oculus tum Seipſum videt, cum reſpicit in alterius oculum, & in eam oculi partem, in qua vis eſt videndi. ſic intellectus noſter, tunc ſe intelligit, cum reſpicit in Deum, in quo eſt tota vis intelligendi. Nec poteſt vllus, ſua, vel aliena dignoſcere, niſi prius ſe dignoſcat: alioquin bellua erit, ac proinde. neque felix. Sic ille. Quocirca in Philebo inducitur Socrates
D quaſi neſcio quid ignorans, atque ob id, vt illud perciperet Deum precari, & contemplari, ac mox prius ignotum poſtea cognouiſſe. Rurſus in Minoe bonus dicitur Deo quam ſimillimus, ac felix, & Socrates in cōuiuio tradit, homines Deo coniungi per intermedium amorem, quo, quis auerſetur ſcelera, quæ Deo diſpliceant, & appetat immortalitatem.

Rurſus idem vult a Deo bonis bona temporalia diſtribui, malis autem mala, quod hi bonis abutentes ea conuertant in ſuam ipſorum perniciem, neque quidquam ſolidæ voluptatis deguſtent. Nam ſic in Dialogo ſecundo de Rep. pręcipiunt ſane

M Patres

Patres filiis, atque omnes, qui curam aliquorum habent, oportere iuſtum eſſe, non propter ſe ipſam iuſtitiam laudantes, ſed propter eos, qui inde ſequuntur, honores, vt, qui iuſtus habetur, ex ea opinione magiſtratus, & connubia, & quæcumque de eo, qui iuſtus habetur, paulo ante dicebat Glauco, aſſequatur. Enimuero gloriæ illi præmium quoddã in primis inducunt. Adducentes enim Deorum beneuolentiam, ſumma narrare poſſunt à Dijs beneficia Sanctis viris collata. Quod generoſus Heſiodus, Homeruſq. teſtantur. Ille enim iuſtis Deos hoc concedere perhibet, vt quercus in ramis altioribus glandes ferant, apes melle, & oues lana onerentur, multaque alia generis eiuſdem bona. His ſimilia dicit, & alter. quemadmodum enim inquit probo Regi, quique Dei ſimilis ſit, bonum etiam ferat nomen, terra nigra producat illi triticum, atque hordeum, pomis grauentur arbores, fœcundæ pecudes facile pariant, mare piſces ſubminiſtret. Muſæus item, atque eius filius excellentiora etiam bona iuſtis ab ipſis Diis tribui voluerunt. Apud inferos enim agẽtes, atque ipſos in ſanctorum cõuiuijs collocantes, coronatos faciunt magna ſemper in voluptate ebrios viuere exiſtimantes, pulcherrimum virtutis præmium æternam quandam ebrietatem; qui autem longiora his præmia à Diis dari volunt, filios dicunt, poſteroſq. iuſti, fideliſque viri genus ſuum per ſæcula propagare. Ita Plato.

Dialogo autem decimo de Rep. Poſtulo, inquit, vt exponatis, quam mercedem iuſtitia referat à diis, & hominibus, vt & palmã ab opinione, & manifeſta exiſtimatione reportet, qua cultores ſuos ipſa quoque decorat, poſtquam aperte viſa eſt etiam ipſa ſuo conſpectu beneficia nobis conferre, neque eos decipere, qui vere poſſident. Debita poſtulas. Primum quidem hoc mihi reddetis, quod, qualis vterque eorum, ſit, & iuſtus, & iniuſtus, Deos non latet. Reddimus. Si Deos id non latet. Hic quidem à Deo amabitur, ille odio habebitur, id quod à principio confeſſi ſumus. Eſt ita, Deorum amico omnino (quoad fieri poteſt) à Diis optima tribuuntur, niſi quid mali ex priori delicto, & neceſſitate quadam immineat. Omnino. Sic itaque de iuſto viro exiſtimandum eſt, ſiue paupertati, ſiue morbis, ſiue quibuſuis aliis, eorum quæ mala videntur, obnoxius ſit. huic demum, vel viuenti, vel mortuo ad bonum aliquod ita conducere. neque enim à Diis vnquam negligitur, quicumque iuſtus euadere; virtutiſque officiis, quoad homini licet, Deo ſimilis fieri conabitur.

A bitur decet enim talem virum à ſimili non contemni. De iniuſto autem contra omnino eſt ſentiendum. Vehementer. Apud Deos igitur iuſto viro hæc dabitur palma, ſic arbitror. Apud homines autem nonne ſic euenit, ſi vera fateri debemus? Callidi quidem homines, & iniqui perinde faciunt, ac curſores illi, qui ab inferioribus currunt bene, à ſuperioribus minime. Nam primo celeriter exiliunt, tandem vero riſum reportant auribus demiſſis, & ſine corona diſcedentes. Veri autem Curſores ad finem perueniunt, adeptiq; præmium coronantur. Viris iuſtis ſimiliter idem, vt plurimum accidit, nempe in fine cuiuſque B actionis, conſuetudiniſq; & vitæ probantur, muneraq; ab hominibus referunt. Magnopere. Suſtinebis, ne, vt ego de his, quæ tu de iniuſtis, adducam? Dicam equidem. Iuſti enim, cum ad maturam ætatem peruenerint, ciuitatis muneribus pro arbitrio funguntur, matrimonia, quibuſcum voluerint, & dando, & accipiendo viciſſim ineunt, ac ſummatim, quæcumque de illis tu, ego nũc de his affirmo, rurſuſq. de iniuſtis hominibus aſſero. Plerique enim ipſorum, quamuis ad tempus ſua vitia celent, tamen in curriculi calce quales ſunt, depræhenduntur, ridiculi prorſus euadunt, & in ſenio miſeri à peregrinis, & ciuibus ob- C iurgantur; verberantur, nam patiuntur, quæ tu aſpera eſſe reuera dicebas. Hucuſque Plato.

Eidem placet Dialogo ſecundo de Rep. expelli eum, quicunque felicem diceret, qui ſit vitioſus: quod huic bona propter vſum malum conuertantur in malum, neque amplius bona ſint, ex quibus felix aſſeritur. Quocirca ſunt illius præclara verba in Gorgia, Mundum cõtineri à Deo, & bonis, ac propterea vocari à Græcis κόσμον, ornatum, quod abhorreat ab omni ſcelere per quemuis admiſſo, neq; illud in ſe poſſit admittere, cum ſit ipſe pulcher, ac decorus, at crimen ſit incompoſitum quiddam, D & deforme, adducatq. ſecum ruinam, & dedecus (ob id etiam Latinis Mundus dicit, quod puritate, & munditia, non labe, & immunditia conſtet) Tradunt autem, inquit, ſapientes cęlum, & terram, Deoſque, & homines ſocietate quadam, & amicitia, modeſtoq. ornatu, temperantia, & iuſtitia continere, atque id vniuerſum præterea mundum, ornatumq; κόσμον appellant, non immunditiam, neque intemperantiam.

Cum vero, vt oſtendimus, Religio cũctis hiſce vi rtutibus imperet, eas moderetur ſeruiens cognitioni, & amori ipſius Dei, propterea ſtatuit idem penes Pontificem Sũmum eſſe omnium

rerum poteſtatem, ſiue in Regno, ſiue in Repub. Sic enim dialogo de Regno: Apud Aegyptios, inquit, non licet Regem abſque ſacerdotio imperare. Quinimmo, ſi ex alio genere quiſpiã vi Regnum vſurpet, cogitur poſt regni aſſumptionem ſacris initiari, vt Rex denique ſit, ac Sacerdos. Præterea in pluribus Græcorum ciuitatibus, apud nos pręſertim, reperies, præcipua ſacra a magiſtratibus ſummis inſtitui. nam & apud nos fertur, creato Regi, patria, & ſollemnia ſacra maxima, & puriſsima aliorum omnium eſſe attributa. Hæc Socrates apud Platonem. Dialogo autem duodecimo de Legibus decernit, in optima Republica omnium ſupremam poteſtatem, præcipuoſq. honores eſſe penes ipſum Pontificem Summum. Atque hæc Plato conſona veritati, & eloquijs diuinis. A B

Ex Ariſtotelis ſententia feliciores ſunt boni, quoad bona temporalia, quam mali: & in optima Republica Sacerdotibus primæ ſunt dandæ.

Cap. III.

AVdiamus nunc Ariſtotelem, Platonis diſcipulum, qui humanam felicitatem poſuit in bonis animi, corporis, & externis, quæ tamen externa, & corporis ad prima referrentur. Atqui is iccirco facta hæc temporalia dixit, vt illis, quæ participant æternitatem, ſuo modo ſeruirent, velnti imperfecta perfectis, Deum bonis conſulere, quatenus vtile eſt ad virtutes, & diuinorum contemplationem, quin ad maximam temporalium felicitatem prouehi ſapientes, qui ſcilicet cunctis animi ornamentis exculti eſſent, atque ab omni crimine purgati, & ſingulis bonis pro conditione ipſorum congrua, & aliquibus etiam maxima concedi decernit. Qui vero (ait) muneribus fungitur menti conſentaneis, & hanc colit, eſtq. optime affectus, eum probabile eſt eſſe Deo cariſsimum. Nam ſi Dij immortales curam habent aliquam, quemadmodũ apparet (δοκεῖ) illud quoq; probabile fuerit, eos rerũ omniũ optima, ſibiq maxime cognata delectari. hæc autẽ mens eſt ijs, qui hanc maxime diligunt, & plurimi faciunt, præmia perſoluere, gratiamq. referre, vt eorum, quæ ipſi curę ſunt, curam habentibus, rectaſque, & honeſtas actiones obeuntibus, & exercentibus C D

Eth. lib. 10. c. 9.

Hæc

A Hæc autem omnia in ſapiente ineſſe,non eſt obſcurũ. Eſt igitur Deo cariſſimus.eundẽ etiã beatiſſimũ eſſe, veriſimile eſt. Itaq; ſapiens hoc modo beatiſſimus erit. Hæc ille,beatiſsimũ vocans cui non animi ſola bona,ſed corporis,atq; externa ſimul adſint: quæ adeſſe ob eam rationem vult, quia Deo ſit carus, caruſque, quod animũ maxime diligat,ac plurimi faciat,virtutibus exornans, & in cæleſtium contemplatione, & amore defigens. An ſatis hoc Ariſtoteli fuit,vt oſtenderet, felicitatem temporalem generatim pendere à virtutibus,ac propter eas à Deo concedi? Multo ſublimiora affirmat alibi. Aſſerit enim, duo mortalium

B genera perduci à Deo ad ampliſſimam felicitatem temporalium:alterum eſt eorum, qui ſcienter ad eam tendunt, non tamen ſolitis humanarum ratiocinationum vijs,verum ſequentes impulſum quendam diuinum, quem dignoſcunt in contemplatione,vel experimento quodam ſpeciali, vel quadam conſuetudine,quod Socrati accidere aiebant. Id vero contingere inquit ſapientibus,eoſque non ratiocinari, ſed impetum quendam diuinum ſequi ad maximam felicitatem conſequendam. In vniuerſo,ſcribit ille,eſt Deus,& cuncta in illo.mouentur enim omnia ab inexiſtente in nobis numine.Ratiocinationis autem non *Eudemior.l. vlt.c.pen.*

C ratiocinatio, ſed præſtantius quiddam eſt principium. Quid ſcientia eſt prẹſtantius, niſi Deus? Virtus enim inſtrumentum intellectus eſt. Quocirca veteres dixerunt felices ex fortuna, quod ſine ratiocinatione incitarentur ad agendum; neque his ad felicitatem voluntas quidquam prodeſſet. principium enim habent,& intellectu,& voluntate ſublimius. Alĩ vero ratiocinationem habent. Illud vero non habent tale,quibus ſunt animi furores. hoc enim non poſſunt habere illi,qui ſine ratione feruntur.Itaque horum,qui prudentes,ſapienteſque ſunt,velox

D eſt ratiocinatio,& durabilis,quam non à ratiocinatione profectam ſuſpicari debemus. Sed alii contemplantes illa vtuntur per experimentum, alii per conſuetudinem: ſimiliter, & ii, quibus eſt ſoluta ab impetu diuino ratiocinatio. Itaque & melancholici recta valde, ſubitaque inſomnia habent. Patet autem,quod ſpecies felicitatis duæ ſunt. Altera eſt diuina.ideoque qui felix eſt,numine adiutum aliquid feciſſe dicunt. is autem eſt,qui aliquid ex impetu diuino agit.alter eſt, qui ſine hoc agit.ſine ratiocinatione vero ambo. ſed illa magis frequens eſt felicitas. Hæc Ariſtoteles. E cuius uerbis adhuc colligitur,eos plerumque eſſe feliciores diuinitus, qui ſunt ſapientes,

tes,ita ſcilicet, veluti diximus, vt in eodem condicionis gradu ſumme felix quoad temporalia ſit ſapiens, ſumme infelix contra. Verbi gratia,inter Hiſpanicos,Viſigothorum Reges ſumme felix dicitur Recharedus, reuera bonus,ac ſapiens;ſummè infelix Rodericus impius, qui cum tota fere nobilitate conciſus eſt à Saracenis, & Hiſpanias amiſit, quas hi tenuerunt annos ſeptingentos, & amplius A

Sed, quoniam ſapiens Ariſtoteli eſt,qui diuinorum contemplationi maxime addictus, & amicus eſt Deo, Religio vero ſeruit ſapientæ,& amicitię Dei,imperans ea;quæ pertinent ad has perficiendas.iccirco idem vult,in optimo Regno,ac Rep.ſacerdotibus primas dari, ac penes hos eſſe imperium ſupremum. B Sic enim Politico tertio. Quarta ſpecies Regni eſt, qualis erat Heroicis temporibus ſpontanea ſecundum morem, & legem. propter beneficia enim Principibus collata in populos,vel per artes,vel per bellum,vel per congregationem in vnum, vel propter acquiſitionem regionis delatum fuit de populorum voluntate regnum eis,& ſucceſſoribus. id erat ſecundum morem. Hi & imperium habebant belli, & rei diuinæ cultum exercebant, niſi talia eſſent ſacrificia, quæ ſacerdotium ſolum requirerent. propterea de controuerſiis iudicabant.& hoc faciebant alij iureiurando præſtito,alii ſine iureiurando. erat autem illis iuſiurandum per ſceptri eleuationem. C Veteres igitur illi Reges antiquis temporibus,ciuitates, & gentes, & nationes externas continuo gubernabant. Poſtea vero, partim ipſis Regibus admittentibus, partim multitudine detrectante, illud ſolum in quibuſdam ciuitatibus relictum eſt Regibus, vt cærimoniarum erga Deos haberent facultatem, ac belli Duces in externis eſſent. Hæc ille:qui refert,in Spartanorum Republica fuiſſe perpetuam Regum poteſtatem, quibus & ſacerdotium ſimul erat ſupremum. D

Rurſus idem, cum ſæpius aſſerat, illam fore feliciſſimam Remp.& Regnum,in quibus ciues virtutibus præſtēt, maxime vero ſapientia, quæ ponitur in diuinorum contemplatione, & amore,ſtatuit Politico ſeptimo,ſex eſſe partes,ſine quibus nulla ciuitas, ac gens ſtare poſſit. Primam vero, potiſſimamq. ait eſſe Sacerdotum,dein Senatorum,Magiſtratuum, militum. ſubijcitq.: Reliquũ eſt, ex his, qui ſupra numerati ſunt,genus Sacerdotum eſſe, quorum manifeſta eſt inſtitutio. neque enim agricola,neque artifex,neque vilium exercitationum quiſpiam

Lib.7.c.8.9.

Sacer-

A Sacerdos eſt deſtinandus. honor enim Dijs eſt à ciuibus impendendus. Sed, cum diſtincti ſint cines in partes duas, hoc eſt in eos, qui arma tenent, & in eos, qui conſultant, & decens ſit, Dijs cultum exhibere, & requiem ſuſcipere eos, qui pro tempore in his bellis, & conſultationibus, laborauerunt, ac defeſſi sūt, his vtique eſſe ſacrorum curam demandandam. Hæc Ariſtoteles, volens, primariis ordinibus ciuium, qui cuncta adminiſtrent, committi ſacrorum curam, cum voluntaria, ſi quidem ita velint, vacatione, quo liberius cæleſtibus aſſequendis operam dent, hinc apud hos vult eſſe oraculorum reſponſa. Aedes
B vero Deorum, inquit, ac principaliſſimæ magiſtratuum comeſſationes, idoneum locum habere debent, & eumdem ſacra, quotquot lex non ſeparat, vt reſponſum oraculi. eſſet autem talis locus quiſquis ſuper eminentiam habent, & ad edendā virtutem ſufficienter. Hæc igitur Ariſtoteles, temporalium bonorum felicitatem dari à Deo iuſtis hominibus & in Regno, ac gente, quæ velint ſummam quorumuis bonorū felicitatem conſequi, & poſſidere primas omnino Sacerdotibus deberi decernēs. denique quantum ad agrorum prouentus, ſic idem, eſt igitur, ait neceſſarium in duas partes regionem diuidere, & aliam eſſe *cap. 10.*
C publicam, aliam priuatorum. Vtraque illarum partium rurſus eſt diuidenda. illius namque partis, quam publicam eſſe debere diximus, vna pars Deorum cultu deputanda eſt: altera vero ad comeſſationum impenſam. Rurſus vero, priuati agri pars vna ad proprias neceſſitates eſt deputanda, altera vero ad ciuitatem. Sic igitur quartam partem fructuum præcipuam dat Ariſtotiles Sacerdotibus ad cultum diuinum tuendum, neque excludit tamen à reliquis. quin etiam vult pœnas omnes criminum diuinis vſibus conſecrari quaſi expiandis hac via malis. vt videas, quid ſentiat vir iſte, non immerito ſcientiſſimus à do-
D ctis reputatus. illas gentes igitur, ac regna, in quibus hæc non erunt, ruinam facere oportet, cum malos neceſſe ſit à Deo priuari ad extremum bonis temporalibus, atque illa bonis, qui Deo cariſſimi ſunt, concedi; vel perturbari cuncta, & ad infelicitatem ſummam perduci. quod euenit contempta religione, & proculcata, quæ cunctis imperare, & præeſſe debet.

Medicorum Principes ſummi teſtatum ſcriptis ſuis reliquerunt, temporalium felicitatem diuinitus potiſſimum diſtribui bonis, ac per hos ſtare vrbes, ac gentes: iccirco ad Deum in primis confugiendum: quod fit per religionem. Cap. IV.

A

TEmporalium feli citatem pendere a virtutibus, virtutes a Religione, non modo præſtantiſsimi Græcorum philoſophi cognouerunt, ſed & medici ipſi. Hippocrates enim principio totius operis exponit quandam iuramenti formulam, qua proteſtatur, ſe medicinam profeſſurum ex ipſius virtutis præſcripto. Et, quamuis falſos Deos adhibeat teſtes, vt etiam comprehẽderet verbis ſuis Deum verũ, Deos omnes, inquit, itemq. deas teſtes facio, me hoc iuſiurandum, & hanc conteſtationem ſcriptam pro viribus, & iudicio meo integre ſeruaturum. Hæc ille. Adiurans deinde, ſciẽtiãque, & artem ſuam caſte, & ſanɫe ſe conſeruaturum, concludit: Hoc igitur iuſiurandum mihi integre ſeruanti, & non confundenti, contingat, & vita, & arte feliciter frui, & apud omnes homines in perpetuum gloriam meã celebrari. Hucuſque medicorum ſummus. Ita virtutes eſt con ſectatus. Inuocauit ipſum quoque Deum verum religiohe permotus: quod optauit felicitatis, quoad nominis celebritatem, id eſt aſſecutus, & viuens, & defunctus Rurſus idem initio libri de arte, qui eſt omnium primus, irridet, atque exagitat eos, qui volunt, ſanitatem fortuito contingere, & non ab artis virtute. Agnoſcens autem morbos euenire ob peccata admiſſa in verũ Deum, laudat, illa expiari precibus ad eum fuſis. Sic enim libro de morbo ſacro. Non tamen, inquit, ego puto, hominis corpus a Deo inquinari, ſordidiſsimum ſcilicet a puriſsimo. Verum, etiam ſi contingat, ab alio inquinari, aut quid perpeti, cupierit vtique a Deo purgari, & purificari. Deus itaque eſt, qui maxima, & ſceleratiſsima peccata purgat, ac purificat, & liberatio noſtra exiſtit. Sic ille. At Galenus, vt in reliquis diuinis errarit, illud certe enunciatũ nobiliſsimum protulit libro ſecundo de diebus decretorijs. Iam vero (ait) qui libros de naturalibus facultatibus perlegerit, item alios vniuerſos, quos ſpeciatim de ſingulis naturalibus actionibus conſcripſimus, perſua-

B C D

ſum,

A ſum, opinor, habebit, quantum prouidentiæ ſimul, & ordinationis naturæ motus habeant. Si iam crediderit, mireturque artificium pariter, & ordinem naturæ, recordatus iterum, quantum ipſa ſuperetur prouidentia, & ordine a cæleſtibus, inordinationem quandam puto ſubſtantiæ noſtræ motui connatam tribuet, ac pulchrum omne, quod hic pulchrum ſit, atque etiam ordinatum, & artificioſum, e ſupernis innaſci dicet. Hucuſque Galenus, non caſu contingere humana, ſed ex prouidentia volens, & quidem cæleſti, neque naturalia dumtaxat, ac neceſſaria, ſed artificioſa præterea, & in vniuerſum, quidquid eſt
B pulchrum, & ordinatum. Quamobrem libro de præcognitione ad Poſtumum, ſcribens, Romæ, medicos doctrina, & integritate præſtantes ab imperitis, maligniſque exagitatos, & ad mortem petitos, conſulit, vt illi abſcedant, inſidias vitent, ac totam rem Deo, bonitatis, ac iuſtitiæ patrono, committant, per quem liberentur ab omni malo, ac prouehantur ad bonum. Eiuſmodi quippe (inquit) viri (iuſti, ac docti) quamuis ignoti vulgo ſint, ſummo tamen rerum opifici Deo noti primum, & amici ſunt, deinde optimis etiam quibuſcumque hominibus, qui vitam tranquillam degant, cogniti fiunt,
C permittantque ipſi boni, vt in exiſtimatione ſint improbi apud vulgares. Sic ille: qui deinde refert, ſe ab Antonino Philoſopho Imperatore, ac ſummis quibuſcumque Romani imperij multis honoribus, & beneficijs amplificatum.

Verum nihil æque ad inſtitutum noſtrum videtur pertinere, quam ſcriptoris ipſius oratio ſuaſoria ad artes. in illa namque oſtendit, eos, qui felicitatem quandam conſequuntur, nullis virtutibus innixi, in maximas deinde miſerias ruere, quaſi fortunæ, vt vocabant antiqui, rota inſtabili confidentes. illud tamen improbandum, quod Mercurij fabulas admiſcet, quas
D explodemus, quod ille multitudini ſeruiens, & inuitus attexuit. Audiamus loquentem: Fortunæ vero, inquit, ſequacem cœtum omnem deinde cernens, neque vllis artibus eruditum, ſed ſpe varia ſemper deductum, currentemque Deam, communi quidem, ſed impari curſu ſequentem. nam alij longius diſtare videntur, alij propius accedere, alij de manu etiam Deæ pendere, in quibus Crœſum illum Lydum conſpicies, Samiumque Polycratem, eoſque fortaſſe miraberis, dum alteri Pactolum cernes auro fluentem, alteri marinos etiam piſces inſeruientes. Eiuſdem ordinis Cyrum, Priamum, Dionyſium

N reperies,

reperies. quorum tamen omnium ſtatus adeo mutabilis eſt, vt paulo poſt Polycratem cruci affixum inſpicias, Crœſum Cyri imperio ſubditum, Cyrum in aliorum poteſtate conſtitutum, Priamum obſtrictum, Dionyſiumque Corinthi docentem. Si in cęteros autem te uertas, qui fortunæ curſum ſequũtur quidem, ſed tamen non conſequuntur, odio hos animo habebis. Si quidem plerique aut populi concitatores ſunt, aut meretrices, aut cynædi, aut amicitiæ proditores, tum homicidæ, tum rapaces, tum etiam ſepulchrorum prædatores. nec pleriq; deſunt in id ſcelus inuecti, vt ne Dijs quidem ipſis pareãt, ſed nefanda etiam ſacrilegia cõmittant. Dei vero chorus modeſtos omnes continet, eoſdemque artium peritos, non currentes, non exclamantes, non inter ſe diſſidentes; ſed inter quos medium Deus ipſe locum teneat. hi vero ordine omnes circum diſpoſiti ſic ſunt, vt nulli locum ab eo deſignatum relinquant, eo tamen diſcrimine, vt, qui primam ſedem, Deoq. proximam, in ambitu occupant, ii Geometrę, Arithmetici, Aſtronomi, Philoſophi, Medici, Grammatici ſint; qui vero alteram tenent, ii ſecundum chorum conſtituant, in quo pictores, plaſtæ, ſculptores, fabri, architecti, magiſtri prima rudimenta docentes conſpiciantur. Poſt quos tertius locus ſequitur, quo cæteri artifices omnes continentur. Sic ſingulis quidem aſſignatæ ſunt ſedes propriæ. omnes tamen pariter intuentur in Deum, eiuſque communi parent imperio: ſed & apud ipſum Mercurium pleroſque conſpicies, quos ille quarto quodam ordine electo donauit, ſibique ſocios numquam à latere diuellendos adiunxit, & eos quidem, eiuſmodi, vt maxime ab iis, quorum fautricem fortunam diximus, abhorrere cernantur. neque enim geſtis in ciuitate honoribus, neque generis nobilitate, neque diuitiis ſolet hic Deus hominum iudicare præſtantiam, ſed quiſquis & bene viuit, & ceteris eſt ſua arte prętantior, eamque legitime exercet, & iuſſis obſequitur Dei, hunc ille plurimi facit, hunc cæteris anteponit, hunc à ſe numquam diſcedere patitur. Virorum igitur nomina, qui hunc ordinem illuſtrãt, ipſe intelligẽs eos non ſolum æmulatione dignos, ſed etiam veneratione putabis. Hic videas Socratem, videas Platonem, Homerum, Hippocratem, & qui hos viros ſequuntur, quos nos æque, ac Deos colimus, & veneramur, ſed tamen e cæteris etiã omnibus, qui Deo curæ non ſit, nemo eſt. ille enim non ſolum curat, quos coram ſe intuetur, ſed etiã nauigantibus adeſt, quibus ſe nauigationis quoque ſo-

cium

A cium præbet,vt,ſi forte naufragium fecerint, his opem poſſit afferre. Ariſtippus enim,cum olim ſic miſere nauigaſſet, vt, naui tempeſtatibus perdita, in Syracuſia littora eiectus eſſet, primum fiduciam cepit,exiſtimans,ſe ad Græcos,& ſapiẽtes viros,non ad barbaros,eſſe delatum;argumento quod Geometricam figuram in arena deſcriptam vidiſſet; deinde, Syracuſas accedens, vt in gymnaſium venit,quo loco illud Grece exprõpſit.

Quis vagum,atque errantem Oedipum
Hodie raris excipiet muneribus?

habuit, qui ſibi occurrerent,& ſalutationibus excipientes agnoſcerent, & præſtantem quidem virum, ſed tunc egenum, neceſſarijs rebus donarent. Cum autem Cyrenem,eiuſdem Ariſtippi patriam, e Syracuſis quidam nauigare conſtituiſſent, ideoque ex eo quærerent,numquid famulæ ſuæ mandare vellet. Præcipite meis,inquit,vt eas res ſibi curent parandas,quæ cum poſſeſſore in naufragio enatent. Hactenus Galenus,aperte aſſerens, temporalium felicitatem malis conuerti in maximam infelicitatem,vt Crœſo,Polycrati,Cyro,Priamo,Dionyſio,contra,bonis,infelicitatem verti in ſolidam felicitatem,vt Ariſtippo, quam in eo poſitam decernit, vt quis bene viuat, artem ſuam legitime exerceat,Dei iuſſis obſequatur.

Concludamus, cum Principe Medicorum Hippocrate, qui, accerſitus ab Abderitis,vt Democritum curaret, inſimulatum deſipientiæ,quod in omnibus rideret,ac multis præmijs inuitatus ad illum ſanandum,in quo Abderitæ ponebant honorẽ omnem,ſalutemq.ſuam,ſic ad eos reſpondit. Admiratus ſum,quod ob vnnm homiuem,veluti ſi vnus homo eſſet ipſa ciuitas, turbati eſtis.Et beati profecto ſunt populi,qui ſciũt,bonos viros ſua eſſe munimenta,& non turres,neq; muros,ſed ſapientium virorum ſapientia conſilia.Ego vero,qui credo, artes quidem eſſe Deorum dona, homines autẽ naturæ dona, (& ne ægre feratis, viri Abderitæ)non vos puto,ſed ipſam naturã me vocare ad cõſeruandũ ipſius opus,quod periclitatur,ne præ morbo collabatur.Quare,præ vobis,ego nũc,naturæ,ac dijs obediẽs, feſtino ægrotantem Democritum ſanare. Si quidem ſane,& hic morbus eſt,& non potius error vobis tenebras offundit, id quod opto. Hucuſque Hippocrates, volens hominibus ſubueniendum,quod opera Dei ſint,artes eſſe ipſius dona,ſapientum conſilio ſtare populos, atque ita felicitatem temporalium pendere a virtutibus, has a Deo,cum ſint eius dona,obedientiamq. ei præſtan-

dam benefaciendo mortalibus, quæ cuncta Religio præſtabit, vt proinde ab illa temporalium felicitas pendere dicatur. Atque hæc Medicorum peritiſſimi ſtatuerunt. A

Aegyptiorum ſapientiſſimi decreuerunt, a virtutibus temporalium felicitatem pendere, ac Religioni, Religioniſq. Præfectis iccirco primas eſſe dandas, quod hinc pendeat orbis totus. Cap. V.

VIDIMVS, quid Græcorum, a quibus ait Apoſtolus ſapientiam quæſitam, ſapientiſſimi iudicauerint: decretumq. cognouimus, temporalium felicitatem pendere a Religione; ac proinde bonis eſſe felicius, quam malis. Inſpiciamus, quid Aegyptiorum ſapientiſsimi. Mercurius itaq; Triſmegiſtus, quamuis aliqua indigna protulerit, hoc tamen vidit, ab amore, & recta Dei cognitione virtutes animi exiſtere, ab his bona corporis, atque externa in vniuerſum pendere, ac totius mundi conſeruationem. Sic igitur ille Dialogo nono: Tria ſunt hæc, Deus, Pater, bonum; (hoc primum) & mundus; (hoc ſecundum) & homo, germen mundi. (hoc tertium) neque enim ignorat Deus hominem, ſed curam eius habet, ab eoq. cognoſci ſe vult. hæc vnica ſalus hominis, cognitio Dei, hæc in cælum aſcenſio. Rurſus in Pimandro inducit mentem diuinam, quæ loquatur, inquiens: Adſum ego enim mens ijs, qui boni, qui pij, puri, religioſi, ſanctique ſunt: præſentiaq. mea fert illis opem, adeo, vt ſancti cuncta dignoſcant, patremque pacatum (Deum) & propitium habeant. Itaque gratias agunt, benedicentes pie, & hymnis ſolemnibus collaudantes. Concedunt ſane corpus morti ſuæ, ſenſuumque illecebras faſtidiunt, quippe qui plane diiudicent, quam letifera ſint ſenſuum lenocinia: quin etiam ipſa mens, ianitoris munere fungens, qui incidunt in inſidias corporis, haud quaquam permitto finem conſequi ſuum. aditus enim, per quos turpes blãditiæ manare ſolent, iugiter intercludo, libidinumq. fomites omnes extinguo. contra, ab ignauis ignaris, impiis, inuidis, iniquis, homicidis, procul admodum habito, permittens eos Dæmonis vltoris arbitrio. Hæc ille: volẽs in hac vita malos à Dæmonibus Deo permittente caſtigari, & excidere ab omni bono.

B C D

A bono. Et iterum, dialogo eodem, Deum loquentem inducens.
Vos, inquit, inſuper, quibus mentis portio conceſſa eſt, genus
recognoſcite veſtrũ, veſtramq. naturam immortalem conſide-
rate: amorẽ corporis mortis cauſam eſſe ſcitote, rerũ omnium
diſcite. His dictis prouidentia per fatum, harmoniamque con-
flauit, mixtiones, generationeſque cõmiſcuit, vnde cuncta ſunt
ſecundum genus proprium propagata. Demum, qui ſeipſum
recognouit, bonum, quod eſt ſuper eſſentiam, conſecutus eſt.
qui vero corpus amoris errore complectebatur, is oberrabat,
in tenebris mortis, mala ſenſu (non animo ſolo) perci-
B piens. Hæc ille, ſceleſtos aſſerens, qui ſenſum, non rationem ſe-
quuntur, ad extremũ, poſt aliquot errores, in mala ſenſibilia præ
cipites agi. Rurſus idem, libro, qui dicitur, Clauis: Curam ve-
ro gerunt præſtantiores minorum, Dei quidem hominum, ho-
mines vero brutorum animalium, Deus autem omnium. Nam
ipſe omnibus eſt maior. omnia vero ipſo ſunt minora. mundus
quidem ſubiicitur ipſi Deo, ſed homo mundo, bruta autẽ homi-
ni. Deus autem ſupra omnia, & circa omnia. & Dei quidẽ radii
ſunt energiæ. mundi vero radii ſunt naturæ. Hominis vero ar-
tes, & ſcientiæ, & energiæ quidem per mundum agunt, & in ho-
C minum per mundi naturales radios; naturæ autem per elemen-
ta. ſed homines per ſcientias, & artes, & hoc eſt vniuerſi regimẽ
perdens ab vnius natura, & penetrans vſque ad vnam mentem,
qua nihil eſt diuinius, & efficacius, & magis vniens, homines
quidem ad deos, Deoſque ad homines, inter quos eſt commu-
nicatio.

Idem in Aſclepio: Humanitas, ex parte diuina, & ex parte
mortalis eſt effecta, in corpore conſiſtens. eſt autem menſura
eius vtriuſque, ideſt hominis, ante omnia religio, quam ſequi-
tur bonitas, & demum tunc videtur eſſe perfecta, ſi contra cu-
D piditatum omnium alienarum ſpem ſit deſpiciens, virtuteque
ſe muniat.

Et mox: Homo, Deis cognatione coniũctus, ipſos religione, &
ſancta mente veneratur. Diique pio affectu humana omnia re-
ſpiciunt, atque cuſtodiunt, & deinde fit Deorum ab hominibus
ſeceſſio dolenda. ſoli nocentes Angeli remanent, qui humani-
tati commixti, ad omnia audaciæ mala miſeros, manu iniecta,
compellunt ad bella, in rapinas, in fraudes, in omnia, quæ ſunt
animarum naturæ contraria: tunc nec terra conſtabit, nec na-
uigabitur mare, nec cælum aſtrorum curſibus, nec ſyderum
curſus

curſus conſtabit in cælo. omnis vox diuina neceſſario ſilentio obmuteſcet, fructus terræ corrumpentur, nec fæcunda erit, & aer ipſe mæſto torpore langueſcet. Hæc & talis ſenectus veniet mundo. Sic ille. Teſtis eſt Clemens Alexandrinus, Sphyngas ideo cõſtitutas fuiſſe ab Aegyptijs ad valuas templorum, & in ſacris, quod illæ (cum capite muliebri eſſent) Deum ſignificabant humaniſſimum ſimul, & benigniſſimum. cum vero corpore leonis forent, oſtendebantur à Deo, quaſi à leone quodam terribili, ac fero, diſcerpi eorum membra, ac res omnes, qui nõ ſe ſe illi ſubiecerent. nam, cum mali ſint, natura hæc eſt mali, diſiungere, imminuere, extinguere; contra, eſt boni, coniungere, amplificare, perpetuare: vt infra aperiemus. Eorundem fuit Aegyptiorum, Diuinam prouidentiam ſignare Symbolo Virgæ ſublimis, in cuius vertice foret oculus ex omni parte reſpiciens quaſi Deus cuncta intueatur, & nihil impunitum relinquat, ſed percutiat quodcumque eſt culpæ obnoxium. quod habetur in hieroglyphicis. Viſumq. eſt aliquibus, id eos accepiſſe à Ieremia, cuius eſt illud: Virgam vigilantem ego video. A B

Illud autem ſupra retulimus ex Platone, haud licuiſſe vlli in Aegypto Regiam poteſtatem nãciſci, qui ſimul haud foret ſummus Sacerdos. quod etiam teſtatur Diodorus, Strabo, & cum multis aliis, Clemens Alexandrinus, cuius & illa verba legimus: Aegyptij non quibuslibet ea, quæ erant apud ipſos, committebant myſteria, neque rerum diuinarum cognitionem deferebant ad profanos, ſed ad eos ſolos, qui erant ad Regnum peruenturi, atque ex ſacerdotibus iis, qui iudicati fuerant probatiſſimi, & educatione, & doctrina, & genere. Deinde idem refert, ſollemnes Aegyptiorum pompas, & ſacros apparatus, quoties in publicum procedebant: poſtremumque ſcribit inter alios prodire Prophetam, præeuntibus cum Cantore, Horoſcopio, Scriba ornatore, poſt hos omnes, inquit, exit Propheta, qui in ſinu aperte geſtat Hydriam, quem ſequuntur, qui emiſſos panes geſtant. is, vt qui ſit ſacrorum Præfectus, ediſcit libros decem, qui vocantur Sacerdotales. continent autem de legibus, & Diis, & vniuerſam Sacerdotum diſciplinam. Propheta enim apud Aegyptios præeſt etiam diſtributioni vectigaliũ. Hæc ille. A quo habemus, non modo Regem fuiſſe Pontificem ſummum, ſed etiam Præfecturam vectigaliũ fuiſſe Sacerdotum. Rurſus, è Diodoro diſcimus, Reges Aegypti vitam traduxiſſe ex præſcripto ipſorum Sacerdotum. quin illorum cultui, & obſequio

Strab. lib. 5. C D

A ſequio nullos omnino adfuiſſe, niſi nobilium Sacerdotum filios,
qui tamen ſupra annos triginta nati eſſent tum doctrina præce-
teris eruditi, vt horum conſpectu, nocte ac die adſiſtentium,
nihil indignum committeretur. Reditus autem publici diui-
debantur in tres portiones. Prima attribuebatur Sacerdotibus,
Secunda Regibus, Tertia Militibus. Confirmantur, quæ Dio-
dorus tradit, auctoritate diuinæ Scripturæ. Sic enim legimus: *Gen. 47.*
Emit igitur Ioſeph omnem terram Aegypti, vendentibus ſin-
gulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis, ſubiecitque eam
Pharaoni, & cũctos populos eius a nouiſſimis terminis Aegyp-
B ti uſque ad extremos fines eius, præter terram ſacerdotum, quę
à Rege tradita fuerat eis, quibus ſtatuta cibaria ex horreis pu-
blicis præbebantur. Et iccirco non ſunt compulſi vendere poſ-
ſeſsiones ſuas. Hæc ibi. E quibus colligimus, præcipuos fundos
fuiſſe Sacerdotibus immunes ab omnibus tributis, & præterea
e reditibus publicis data eis fuiſſe alimenta. Atque hæc qui-
dem Reges Aegypti, quibus olim maximum fuit in orbe im-
perium.

Sapientes Aſſyriorum, Perſarumque iudicauerunt, à virtuti-
C *bus exiſtere temporalium felicitatem, Religionique ac Re-*
ligionis Præfecto, vt bene ſit Reipublicæ, princi-
patum deferendum. Cap. VI.

AN vero Aſſyrii, qui Niniue regnum tenuerunt an-
tiquiſſimumque, & potentiſſimum, crediderint à
Deo diſtribui bonis adhuc viuentibus bona tem
poralia, malis mala, eo, quo diximus, modo, vel
hinc docemur, quod, cum Ionas publice prædi-
caſſet illud de mandato Dei adhuc quadraginta dies, & Niniue
D ſubuerteretur, Crediderunt, inquit diuina Scriptura, viri Nini-
uitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis
à maiore vſque ad minorē, & peruenit verbum ad Regem Nini
uiæ, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuũ à ſe, & in
dutus eſt ſacco, & ſedit in cinere, & clamauit, & dixit in Niniue
ex ore Regis, & principum eius, dicens: Homines & iumenta,
& boues, & pecora non guſtent quidquam, nec paſcantur, & a-
quam non bibant, & operiantur ſaccis homines, & iumenta,
& clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir
à via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum,

qui ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur a furore A
iræ ſuæ, & non peribimus? & vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitia, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Hæc ibi.

Similiter cum Salmanaſar, Samaria capta, Iudæos inde abduxiſſet in Mediam, & Aſſyriam, & illam dediſſet incolendam populis a veri Dei cultu alienis, atque hi deuorarentur a leonibus diuinitus immiſsis, non aliam putarunt iſti ineundam rationem, qua liberarentur a tanta clade, niſi, vt veram religionem exciperent: atque ita reuera ipſis euenit. Quod ſi a Deo mala temporalia malis, bona bonis dari haud exiſtimaſſent, id neque B
egiſſent, neque actis eorum reſpondiſſet euentus.

Neque diſsimilia videntur, quæ de Chaldæis, & Babylonijs tradunt. Quin eadem prope illis, & Aegyptiis erat de religione, ac diuinis ſententia, rerumq. moderandarũ ratio. Sic enim Diodorus: Chaldæi, Babyloniorum antiquiſsimi eum locum in ſua Rep. quem in Aegypto ſacerdotes obtinuerunt. ad cultum enim Deorum deputati, per omnem vitam philoſophantur, peritiſsimi Aſtrologiæ habiti. Multi diuinatione quadam futura prædicabant, ac tum augurijs, tum ſacris, tum alijs quibuſdam cantionibus, & mala auertere ab hominibus, & bona adferre C
auguria, inſuper ſomniaque, & prodigia interpretari conſueuerunt. Sic ille. Vt ſciamus, iſtos in hac fuiſſe opiniones, auerti ab hominibus mala, quoties reuera confugerent ad Deum, voluntatiq. illius obedirent. Quamobrem ſic Nabuzardam militiæ magiſter a Nabuchodonoſoro conſtitutus ad Ieremiam: Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum, & adduxit, & fecit Dominus, ſicut locutus eſt vobis. Sic ille temporalia mala contingere ob admiſſa peccata, aſſerens. Aſſyriorum porro, & Chaldæorum, Perſarumq. Reges ſimul etiam ſummi Sacerdotes erant, neque regnum poterant adipiſci, niſi e D
Magorum, qui Sacerdotes erant, cœtu, eorumq. inſtitutis imbuti fuiſſent. Nam, Magos Aſſyriorum Regibus adfuiſſe, conſtat e pluribus locis Danielis. Hinc Philo: Vnam quidem illã Magiam, hoc eſt contemplatiuam ſcientiam, per quam clarius naturæ opera cernuntur, vt honeſtam, atque expetendam non ſolum vulgus ſectatur, ſed maximi etiam Regum Reges, præcipue Perſæ, tam ſunt harum artium ſtudioſi, vt regnare nemo poſsit, niſi inter magos ſit iudicatus. Hæc Philo.

Sic vero Arnobius: Eorum magorum eſt eloquio, & negotio

primus

A primus Hoſtanes, & verum Deum merita Maieſtate proſequitur, & Angelos, & nuncios Dei veri, eius venerationi nouit adſiſtere, vt e nutu ipſo, & vultu Domini territi con tremiſcant. Idem & Dæmonas prodidit terrenos, vagoſq. humanitatis inimicos.

At Proclus lib. 2. in Timæũ, Quicũque vero ait, & eſſe Deos, & prouidentiã eos rerum habere putant, & multa eorum, quæ fiunt, poſſe etiam aliter euenire, hi, & preces conuenienter approbant, & vitam noſtram dirigere cõfitentur. Atque addunt, proborum hominum preces conuenire maxime, quoniam nos B diuinitati connectant. (Simile enim ſimili coniungi amat. Diis autẽ probus vir ſimillimus eſt) & quia in cuſtodia ſint Dijs, qui ſaluti eorũ incũbunt, & à corpore veluti à carcere comprehenſi debent Deos precari de tranſitu ab hoc loco, & quia velut filii à parentibus diſtracti precari eos conuenit de regreſſu ad veros eorum patres Deos, & quoniam quaſi patre, & matre carere uidentur, ij qui non curant precari, neque ſe ſe conuertere ad præſtantiores, & quia in omnibus gentibus ii, qui ſapientia excelluerunt, circa preces ſtudioſi fuerunt. Indorum quidem, Brachmanes; Magi vero Perſarum; Græcorum vero, qui maxi- C me Theologi fuerunt: qui & ſacrificia inſtituerunt, & Myſteria, Chaldæi vero, & aliter diuina calluerunt, & ipſa Deorum confitenteseſſe, venerati ſunt. tantum abeſt vt ob virtutẽ ſacra ſpreuerint. Apud omnes autem Barbaros hoc erat in more poſitum, vt, qui futurus erat Rex, ſummus quoque Sacerdos eſſet. Nam ſic in vniuerſum de quibuſlibet populis Clemens Stromatum libro ſeptimo: Hic ergo, inquit, Homo eſt vere Regalis Sacerdos ſanctus Dei, quod quidem nunc quoque ſeruatur apud eos, qui ſunt doctiſſimi ex Barbaris, vt genus Sacerdotale prouehant ad Regnum. Ita Clemens. At Plato in Alcibiade primo, D refert, primogenitum filium, qui Patri ſucceſſor Patriæ Regnum gubernaturus erat, ſolitum tradi educandum in primis vni e Sacerdotum, ſeu Magorum cœtu, qui Regem duo doceat, Deorum cultum, & inſtituta Regia. Xenophon autem libro octauo Pædiæ ſic de Cyro ait: Ita igitur ſentiens (Cyrus) primum quidem ſe ipſum hoc tempore oſtendebat, ſtudere magis diuinis rebus, quoniam eſſet felicior, & tum ſtatutum eſt, vt Magi ſimul ac dies illuceſceret, laudarent Deos, & ſingulis diebus ijs diis ſacra fierent, quibus Magi dicerent. Sic igitur, quæ tum conſtituta ſunt, hac etiam tempeſtate perdurant apud eum ſem-

per, qui Rex. Itaque his in rebus primum imitabãtur eum alij item Perſæ, rati ſe quoque feliciores fore, ſi Deos colerent, quẽadmodum is, qui feliciſſimus eſſet, ac Princeps. quæ facientes, exiſtimabant, ſic Cyro rem gratiſſimam facere. At ille ſuorum pietatem ſibi etiam conducere arbitrabatur, idem cum ijs ſentiens, qui nauigare malunt cum piis, quam cum ijs hominibus, qui impij aliquid videantur perpetraſſe. Ad hæc, ſecum animo reputabat, ſi omnes ſui familiares eſſent in Deũ pij, minus eos uelle & iniuriam, & aduerſus ſe ipſos nefarii quidquam facere. Idem narrat orationem, quam Cyrus habuit moriens ad filios, cuius præcipua ſunt hęc, Deos ſaltem, qui ſemper ſunt, omnia vident, & omnia poſſunt, quique hunc rerum omnium ordinem continent certum, & immortalem, & ſine errore quique præ multitudine, atque magnitudine enarrari non poteſt, Hoſce vos metuentes, nihil vſquã impium, nefariũve, neque feceritis, neque conſultaueritis. & poſt Deos quidem hominum etiã genus omne, qui ſemper propagatur, vobis verendum eſt. non enim vos Dii in tenebris operiunt, ſed opera veſtra neceſſe eſt ſemper in propatulo viuere apud omnes, quæ ſi pura, & ſine iniuria apparent, reddent vos inter omnes homines (audi hæc) potentiſſimos. A B C

Ita Xenophon apertiſſimum facit, Perſarum Reges à Sacerdotibus inſtitui ſolitos in primis diuina, dein Regia. præterea vero, à Perſis habitos feliciſſimos, qui maxime pii forent, impiorumque ſocietatem fuiſſe ab illis habitam infelicem, ita, vt non modo infeliciter ſit impiis, ſed etiam quicunque iis adhærent. Perſici porro Sacerdotes Tyaris vtebantur. quod Strabo, ceterique teſtantur. Hoc vero erat inſigne Regium. Hinc ille:

Strab. 15.

Virg. lib. 7.

Hoc Priami geſtamen erat, cum iura vocatis
More dabat populis, ſceptrumque, ſacerque Tyaræ
Iliacumque labor veſtes. D

Ex his liquet, apud Aegyptios, Aſſyrios, Chaldæos, Perſas, cõmuni ſapientũ decreto moribus confirmato fuiſſe, eoſdẽ Pontifices Summos ac Reges, primariamq. omnium poteſtatẽ fuiſſe penes ipſos Sacerdotes, fuiſſe hanc ſententiam, quamuis temporalia perueniant ad breue tempus aliquando ad malos, illorum tamen felicitatem non peruenire, hancque & illam bonorum dumtaxat eſſe, ea, quam nos explicauimus, ratione.

A *Romani exiſtimarunt propter pietatem concedi à Deo bona temporalia, Sacerdotumque poteſtatem voluerunt eſſe omnium ſupremam. Cap. VII.*

VIdimus, quod Græci, quod cæteræ gentes, earumque ſapientiſſimi tradiderunt, quoad temporalium felicitatem, & religionem. Cognoſcamus, quid Romani. Atque, ſi qua vnquam gens credidit, à ſummo omnium Deo, cælitibuſque dari temporalia bona bo-
B nis, id credidit Romana. Si qua gens venerata eſt ſacerdotes, & in eorum poteſtate nihil non collocauit, eadem fuit. Hinc Latinus orator, Quam volumus, inquit, P.C. ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipſo huius aeris ac terræ domeſtico, natiuoque ſenſu Italos ipſos, ac Latinos, ſed pietate, ac religione, atque hac vna ſapiētia, quod Deorum immortalium numine omnia regi, gubernariq. proſpeximus, omnes gentes, nationeſque ſuperauimus. Hæc ille affirmans, ideo tot, ac tanta Romanis cælitus data, quod
C illa agnoſcerent a prouidentia diuina diſtribui, atque iccirco ab illorū offenſa cauerent. Videamus, hæc qualia ſint, & afferamus verba Dionyſij Halycarnaſſei, qui ſic libro ſecundo agens de Romulo inſtituente Romanorum Remp. legeſque illorum. Cum animaduertiſſet (Romulus) felicitatis Rerump. eſſe cauſas, de quibus vulgo conuenit, Sed eaſdem aſſequi paucis datum eſſe. primum fauorem numinum, quo præſente mortalibus omnia cedunt proſpere, deinde temperantiam vna cum iuſtitia; per quas fit, vt minus ſe lædant, mutuum magis conſentiant, felicitatemque non turpi voluptate, ſed honeſtate metiantur, po-
D ſtremo fortitudinem militarem, cuius ope cæteræ quoque virtutes ſubſiſtunt, non ſponte venire horum bonorū quodque ratus eſt, ſed intellexit, rectis legibus, honeſtorumq. ſtudiorū æmulatione, piam, temperatā, iuſtā, belloq. fortem ciuitatem fieri. His itaque rebus plurimū curæ impendit, à Deorum cultu auſpicatus ante omnia: proinde templa, & fana, araſque, & delubra, tum ſtatuas, effigieſq. eorum, & inſignia, præterea vires, & dona, quibus de noſtro genere bene ſunt meriti. feſta item, quæ cuique Deorum, Dæmonumque celebrari conuenit, & ſacrificia, quibus apud homines coli expetunt, ad hæc rationes in-

Orat. de Aruſp. Reſp.

ductiarum, celebritatum, intermittendorum, laborum ceteraq; huiuſmodi omnia iuxta optimos quoſque Grecorum ritus diſpoſuit. Ceterum fabulas à maioribus de ipſis traditas, probra corũ cõtinentes, ac crimina, turpes cenſuit, & inutiles, ac ne probis quidem viris dignas, nedum Diis ſuperis, repudiatiſque his omnibus ad bene, ac præclare de immortalibus ſentiendũ, loquendumq. ciues ſuos induxit, nihil illis affingi paſſus beatæ illi naturæ parum conſentaneum. Hæc Romulus. Videamus, quid Numa, qui neque ſtatuas, neque effigies Deorum voluit eſſe in Vrbe. Sic igitur auctor idem libro eodem. Septima, inquit, legum ſacrarum pars dicata erat collegio fetialium, quos Græci εἰρηνοδίκας dicerent. Hi ſunt ſelecti e præſtantiſſimis familijs, fungũturq. per omnẽ vitã Sacerdotio, primo Numa huius ſacri Magiſtratus auctore. Vtrũ autẽ ab Aequicolis exẽplũ mutuatus ſit, vt quidã exiſtimãt, an ab Ardeatibus, nihil cõpertum habeo. hoc tantũ poſſum affirmare, quod ante Numã Regẽ collegiũ fetialium Romæ non fuit. Id ille inſtituit, cũ imminere videretur bellũ cum Fidenatibus, niſi res ex agris Romanorum raptas ſine bello mallẽt reddere, quod tandem eis facere neceſſe fuit. Sed, quoniã Græci carent magiſtratu fetialium, de poteſtate illius dicendum eſt: vt, quibus hactenus ignota fuit Romanorum pietas, mirari deſinant, ſemper eis felices contigiſſe bellorum exitus, quippe qui numquam arma, niſi iuſtis de cauſis, ſumpſerint, quod illis præcipue Deorum fauorem conciliauit, in rebus dubiis. Longum autem eſſet recenſere omnia fetialium officia. Sed in ſumma ſunt hæc: Dare operam, ne Romani vlli fœderatæ ciuitati, (ſemper autem vicinæ imperio ipſorum ciuitates fœderabantur) iniuſtum bellum inferant. qui ſi prior contra fœderis ditiones aliquid commiſerit, legatos agere, & verbis primo ſuum ius repetere; quod ſi dedignetur facere poſtulata, tum vero bellum indicere. Itidem, Si qui illatam ſibi contra fœdus querantur iniuriam, cauſam eorum cognoſcere, & comperto crimine ſontes comprehenſos hoſti dedere, iudicare itẽ de legatorum iniuriis, & dare operam, vt ſeruentur conditiones fœderum, pacem conficere, aut, ſi parum legitime facta videatur, irritam reddere. Præterea, ſiquid Imperatores contra iuſiurandum peccauerint, cognoſcere, atque expiare, ſicut dicemus, quoties incidet occaſio. Ceterum, quando apud aliquã ciuitatem Caduceatorum funguntur munere, hos ritus ab eorum maioribus accepimus. Vnus quiſpiam illorum electus a

A collegio,veſte auguſtiori,ſuiſq. inſigniis verendus, ad infeſtorũ hominum agrum profectus, cum primum fines eorum attigit, Iouem, ceteroſq. deos inuocans, teſtatur, a Romanis ſe venire, iiſq. ſuum petere. deinde, iuratus ire ſe ad iniuſtam ciuitatem, &, ſi quid mentiretur, ſe ſuoſq. Ciues (nota rem miram) execratus, intra fines ingreditur. & quem primum obuium nactus eſt, eum teſtatur, repetitis eiſdem precibus, atque exſecrationibus ad Vrbem pergit. quam priuſquam ingrediatur vel portæ cuſtodem, vel primum quemquem in porta obuium cauſam ſimiliter teſtatus, ad forum procedit, ibique ſtans, magiſtratibus
B aduentus ſui cauſam indicat, ſemper iuſiurandum, & imprecationes adiiciens: tum, ſi damnatos auctores iniuriæ, deditoſq. acceperit, abducens eos, amicus ab amicis diſcedit: qui ſi tempus ad deliberandum peterent, poſt decem dies reuertebatur. idque aliquando tertio. elapſis autem triginta diebus, ſi non impetraret ius ſuum, obteſtatus ſuperos, atque inferos, diſcedebat, hoc tantum præfatus, ſuper ea re per otium deliberaturum populum Romanum. Deinde, aſſumptis ceteris fetialibus, Senatui renuntiabat, omnia ſe rite executum, &, ſi velint bellum decernere, licere id per Deos: alioquin, ſi quid horum omiſſum
C eſſet, neque Senatui fas erat decernere bellum, neque populo. Hucuſque Dionyſius. E quibus habemus, Romanis haud licuiſſe bellum mouere abſque ſacerdotum decreto, omnemq. ipſis victoriæ ſpem fuiſſe in diuinitate, & iuſtitia, exitumq. ſpei conſonum ſic extitiſſe.

Præter hos autem Numa inſtituit Pontificum Collegiũ, qui neque populo, neq; Senatui ſubijciebatur, & cuiuslibet puniendi ius habebant, vbi deliquiſſet in cauſa religionis, in defunctiq. locum ſubſtituebatur alius ab ipſo Collegio. His præerat Pontifex Maximus. Cumq. varia forent munia Sacerdotum, neque
D Senatus haberi, neque populi poterant cogi comitia, iniri magiſtratus, neque bellum committi, niſi Sacerdos, auſpicijs captatis, id per Deos licere renuntiaſſet. Quod ſi quid ſecus actum fuiſſet, ac Sacerdotes obnuntiaſſent, id omnino reſcindebatur. *Gruchius*
Quarum rerum cum ſint innumera apud hiſtoricos exempla, *lib.1.& ſeq.*
nonnulla collegit, qui de comitijs ſcripſit. Quin neq; Reges inire regnũ ſolebant, niſi a ſacerdotibus impoſita manu id acciperent, & ipſi adhuc ſacra facerent, vt habet Liuius libro primo in Numa, Dionyſius, ac Plutarchus. Vere igitur Feſtus dixit, in po- *Feſtus ver.*
teſtate Sacerdotum fuiſſe apud Romanos omnia diuina, & hu- *Ordo.*

mana,

mana, cum nolentibus illis nihil agi omnino poſſet, illiſq. edicentibus omnia fierent irrita. Sic Pontifex Max. cum populo agendi, tributa, & centuriata comitia conuocandi ius habebat, quoties religio poſtulaſſet, amplius autem poterat ob eandem cauſam punire quoslibet magiſtratus, ſicuti etiam loco, & gradu mouere. Quocirca Imperatores, quamuis Conſulatum, magiſtratuſq. alios permiſerint alijs, Pontificatum tamen maximum, poſtquam Lepidus Pontifex ſummus, ac triumuir vita migrauit, eamque poteſtatem ad ſe Octauianus Auguſtus auocauit, ſibi ſemper illi retinuerunt. vna enim cum vita ſimul etiam dignitas illa durabat. E quibus liquet, Romanos in hac fuiſſe ſententia, propter pietatem dari à Deo temporalia bona, ac proinde Imperatores ipſorum fuiſſe etiam Pontifices Max. Quod penes hos, ac Sacerdotes omnium rerum ſupremum ius eſſet. A B

Omnes gentes conſenſerunt, temporalem gentium felicitatem pendere à Religione, eique primas, & eius Præfectis dandas, atque in hoc eſſe ius Statui; quod iuriſconſulti in leges Romanas retulerunt. de quorum ſententia idem dicendum. Cap. VIII. C

COgnouimus itaque, omni teſtium genere, hunc Aegyptiorum, Aſſyriorum, Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, Romanorumque fuiſſe vnanimem conſenſum, bona temporalia pendere a virtutibus, à Religione, atque huic, eiuſque Præfectis primum locum datum, fuiſſeq. eandem ſententiam ſapientiorum quorumuis. Eadem vero poſſent à nobis oſtendi tradita à reliquis nationibus, quorum peruenerit ad nos aliquod monumentum. quod de Aethiopibus verbigratia refert Strabo, & Diodorus, de Gallis Cæſar, ac de alijs alii. quod nos aliquando oſtendimus. Sic igitur omnium gentium perpetuo conſtantiq. decreto ſtabilitum conſtat, quod aſſerimus. Icc irco primum iuriſgentium præceptum docet Pomponius Iuriſconſultus eſſe, erga Deum religionem; ſecundum, vt parentibus, ac patriæ pareamus; tertium, inquit Florẽtinus, vt noſmetipſos, ac noſtra tueamur, quartum, ne cui nos inſidiemur. Audiamus Iuriſconſultos: quorum ſunt leges ex intima Græciæ ſapientia depromptæ. Sic igitur Vlpianus: Iuſgentium D

L. 1. & ſeq. de iu. & iu.

A tium eſt, quo gentes humanæ vtuntur, quod à naturali recedere
licet facile intelligere, quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis
hominibus inter ſe commune eſt. Veluti, ait Pomponius, erga
Deum religio, vt parentibus, & patriæ pareamus: addit Floren-
tinus, Vt vim, atque iniuriam propulſemus. Nam iure hoc eue-
nit, vt, quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſ-
ſe exiſtimetur, & cum inter nos cognationem quandam natura
conſtituit, conſequens eſt, hominem homini inſidiari nefas eſſe.
Sic illi. Ex quibus colligimus, tolerandas omnes inſidias, iniu-
rias, ac mortis illationem propter religionem, propter paren-
B tes, ac patriam, ſed vna enim vita, patria, parentibus nihil
cuncta facienda propter religionem in Deum, idque eſt iuriſ-
gentium primum præceptum. Rurſus iidem teſtantur, Ius Sta-
tus, (quod paſſim nomen vſurpatur à politicis) eſſe ius ipſum ſa-
crorum, Sacerdotum, & magiſtratuum. Ita namq; Vlpianus: Publi
cum ius, ait, eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat; priuatum,
quod ad ſingulorum. Sunt enim quædam publice vtilia, quædã
priuatim. Publicũ ius in ſacris, in Sacerdotibus, in magiſtratibus
conſiſtit. Hucuſq; Vlpianus. à quo diſcimus, Ius Status conſiſte-
re in ſacris, Sacerdotibus, & magiſtratibus. Non itaque, neq; ſta-
C re (hinc enim Status dicitur) poteſt vlla Reſpublica ſine ſacris,
& Sacerdotibus. Atque ideo ſcimus, nullam gentem potuiſſe
vnquam ſtabiliri abſque religione. Adhuc diſcimus ex iiſdem,
tum publicam, tum priuatam vtilitatem verſari in Religione.
Diximus de publico: non enim ſtare poteſt abſque ſacris, & Sa-
cerdotibus, hinc Ius Status vocatur, dein ſcribit idem Iu-
riſconſultus: Priuatum ius eſt, quod ad ſingulorum vtilita-
tem ſpectat. Mox ſubiicit: Priuatum ius tripertitum eſt. Col-
lectum enim eſt ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ci-
uilibus. Ius naturale eſt, quod natura omnia animantia docuit.
D Nam ius iſtud non humani generis proprium, ſed omnium ani-
malium, quæ in terra, marique naſcuntur, auium quoque com-
mune eſt. Hinc deſcendit maris, atque fœminæ coniugatio, quã
nos Matrimonium appellamus, hinc liberorũ procreatio, hinc
educatio. Videmus etenim, cetera quoque animalia, feras etiã
iſtius iuris cenſeri peritia. Ius gentium eſt, quo gentes humanæ
vtuntur, quod à naturali recedere licet facile intelligere, quia
illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commu
ne eſt. Hæc Vlpianus. Proſequitur, his conſentiens, Pomponius;
Veluti erga Deum Religio. Igitur omnes gentes cognouerunt,

vtilitatem cuiuslibet priuati in hoc eſſe, vt Deum reuereatur, A
& colat, idque eſſe vtilius, quam parere parentibus, ac patriæ,
quam vitam tueri, quam vitare inſidias, Manifeſte vero loquun
tur ibi iuriſconſulti de vtilitate temporalium Atque inquiet
aliquis, ſi vitã profundã, ſi diuitias omnes, ſi cognationem, ſi pa-
triã pro religione, quid mihi tẽporale relinquitur? Ineptiſſime,
an non ſupra concluſimus, aliquando hæc omnia relinquenda.
Cur itaque inuitus relinquam, quod neceſſario morientem de-
ſeret? At ſaltem, dices, breue tempus retinebo, ſi verbi gra-
tia nolim ponere vitam pro religione. Iſtud quidem verum;
ſed honor, qui conſequitur in terris ob religionem retentam, vi- B
tamque pro illa poſitam, eſt quoddam temporale maximi fa-
ciendum. Rurſus infamia, quæ ſimiliter conſequitur ex illa a-
biecta, rebus omnibus præponderat, vitamq. ingloriam, dam-
noſam, & inſuauem facit in omne tempus, tum mihi, tum poſte-
ris meis, ita, vt præſtet mori potius, quam viuere infamem. Re-
cte igitur, vt ſupra, concluſimus, & ipſi iuriſconſulti e commu-
ni gentiliũ conſenſu deducunt. Vtilitas priuata eſt in hoc, vt re-
ligioni pareamus, ac pro illa omnium rerum iacturã faciamus.
Atque hoc itaq. eſt, quod aiebat Cicero, Pietas eſt fundamen-
tum omnium virtutum, ac pietate aduerſus Deos ſublata, fi- C
des etiam, & ſocietas generis humani, & vna excellentiſſima
virtus, iuſtitia tollatur neceſſe eſt. Hinc idem, ſanciens in Rep.
leges: Sit hoc, ait, a principio perſuaſum hominibus, dominos
eſſe omnium rerum, ac moderatores Deos, eaque, quæ gerant,
eorum geri ditione, atque numine, eoſq. optime de genere ho-
minum mereri, &, qualis quiſq; ſit, quid agat, quid in ſe admit-
tat, qua mente, qua pietate colat religionem, intueri, eorumq.
& impiorum habere rationem. Hæc ille libro de legibus ſe-
cundo. Sic Diodorus Siculus lib. xii. Bibliothecæ de Zaleuco
refert, in pręfatione totius ſummæ conſcriptarum legum. Mox D
in ipſo ingreſſu ait, oportere eos, quibus vrbs incolenda ſit, an-
te omnia opinari, ac credere, Deos eſſe, & in primis coli, veluti
primos ſcilicet mortalium, ſummoſq. benefactores, à quibus ſo-
lis proles, diuitiæ, virtutes, bona deniq; omnia humanitati præ-
berentur: tum, animum omni improbitate, & labe expiatum,
purumq. præſtare. quippe Deos haud quaquam numine læto
ad polluta flagitioſorum ſacra, muneraq. inſpicere velle, cete-
rum iuſta, & innocentia mortalium inſtituta, proboſq. mores
tota diuinitate complecti. Ex his itaq; apparet, hunc vnanimem

A fuiſſe omnium gentium conſenſum, Regna, & Reſpublicas, temporaliumq. felicitatem pendere à religione: ob eam cauſam primo loco poſitos eſſe ab Vlpiano cum ſacris ipſos Sacerdotes, ſecundo Magiſtratus, ſicuti Pomponius primum dedit religioni, cui reſpondet Sacerdotium, at ſecundum parentibus, ac patriæ, quibus reſpondent Magiſtratus: vt ſciamus, eos, qui præſunt ſacris, in adminiſtratione rerum publicarum primas tenere. Atque hæc a iure gentium deriuata teſtantur illi, quæ, cum rationi, ac ſapientiſſimorum ſententiis conſentiant, apparet eſſe veriſſima. Non immerito namque dixit ille, quod omnes, aut *Ariſ. de diu.*
B complures ſentiunt, id eſſe falſum non eſt putandum; &, quod *& Ethi. l. 10.*
omnibus videtur, id affirmamus.

Argumentis à philoſophia morali deſumptis, probatur, bonum corporis, atque externum pendere à virtute, ac denique ab ipſa religione. Cap. IX.

CVm multi à Deo vocati ſint ad eum ſtatum, vitæue condicionem, vt indigeant bonis temporalibus, quaſi vtilibus ad conſequendum finem laudabilem ſtatui vel conditioni ſuæ conuenientem, manifeſte liquet, fore, vt à prudentibus, & probis illa magis habeantur, qnam imprudentibus, & vitioſis. Nam prudentis eſt, eligere & conſequi perducentia ad finem; contra, imprudentis. Similiter vitioſus omnia diſſipat; contra, bonus. Ob id dicemus, nulli mortalium condicioni tot eſſe bona temporalia, ſi opes, amicos, auctoritatem, dignitates, aliaque huiuſmodi circumſpicias. Virtus præterea perficit, euehit, amplificat, corroborat omnia bona, quæ temporalia dicuntur. nam detur peſſimus, & flagitiis omnibus coopertus, nonne omnia diſſipat? detur contra optimus, ac ſapientiſſimus, nonne contra aget? Sic igitur magis minuſue cōtinget, quo magis, ac minus aderit virtus. Hic namque virtutum finis. Quocirca nunc aliud adhuc inſpiciamus. Omnia appetunt bonum, veluti finem, quo perficiantur, & in quo quieſcant. Sed aliud eſt inanimis, aliud plantæ, aliud animali, aliud hominis bonum. Huius appetitus amor vocatur; &, quatenus ipſe homo eſt, tendit in verum, qui finis eſt, & quies intellectus noſtri, per quem ſumus homines. alia namque habemus communia cum

I. *S. Thom. 22. q. 97. art. 1. & q. 184. & 186. art. 3. & 188. art. 7.*

C (beside "finem laudabilem")

II. (beside "dignitates, aliaque")

D (beside "poralia dicuntur")

III. (beside "Quocirca nunc")

III. plantis, & animalibus. Amor autem mutuus cum iis, per quos habemus iſta bona, vel cum aliis, dicitur Amicitia, ob quam datur hinc inde, ac recipitur, quod decet. à virtutibus oritur, augetur, corroboratur hic amor, & amicitia. Iccirco, cum ſupra initio primi libri dixerimus de quatuor virtutibus Cardinalibus, oſtendentes, ab illis pendere temporalium felicitatem, aperiamus hic ſpeciatim, ab amicitia, quæ & ipſa virtus eſt adnexa iuſtitiæ, eodem modo pendere. Nam & rerum naturaliũ diligens inquiſitor, cum decem libros ſcripſerit de moribus, octauo, & nono de amicitia tractat: atque ita e decem duos huic tractationi dat: quod ſcilicet hæc virtus maximi momenti ſit ad reliquas virtutes, ac per illam ſtet temporalium bonorum felicitas. Videamus, an ita ſit, atque an hęc virtus pendeat à religione, & an propterea debeantur primæ ſummo religionis Præfecto. Hæ ſunt amicitiæ quaſi ſpecies, coniugalis, paterna, fraterna, herilis, popularis, Regia. Magiſtrorum, Principumve quorumlibet, aut qui hoc loco ſunt. Inſpiciamus, ab his exiſtere corporis, atque externa bona. In primis, niſi coniuges inter ſe aliquo modo ament, numquam fieri poterit, vt concipiant, ac filios gignant. idemq. erit, ſi ament quidem, ſed non vt filios ſuſcipiant. innumeris enim modis efficient, vt voluptates quidem percipiant, quas volunt, ſed nullus vnquam fetus ſequatur. Hæc enumerare, haud decet. eſt enim certiſſimum. Fruſtra autem quærimus, an ſine hoc amore, atque hac amicitia ſtent bona corporis, atque externa. Nam, niſi homo naſcatur, nihil inerit ei bonum. Eſt igitur maximi momenti hæc amicitia, ſi virtute conſiſtat, & gubernetur. nam, ſi delectatione immoderata, peribunt ea, de quibus agimus, bona, magis, minuſve, vt apparet, quo magis, ac minus virtus imperabit.

A B (IV.) C

V. Eodem modo paterna amicitia facit, vt adſint filiis huiuſmodi bona temporalia, ſi virtus eam moderetur. Ponamus enim, nihil eſſe amoris inter patrem, & filium: eueniet, quod Iapponẽſes factitabant, vt pater, ne quid incõmodi patiatur ob paupertatem, quam contraheret in alendo filio, enecet protinus natum, proiiciat in flumen, vel ſiluas, vel alioquin nihil eum curet; aut alat ad eum finem, ad quẽ nonnulli ex Indis orientalibus ancillis ortos, vt adultum pinguemque mactet, coquat, comedat. ſic itaque nullum poterit adeſſe bonum temporale corporis atque externum. Pro modo autem amoris, amicitiæque aderit, vt apparet. D

Idem

A Idem dicimus de amicitia fratrum, cognatorum, ſeruorum, artificum, populariumque ſingulorum. nam, niſi inter ſe ament, breui mutuis malefactis ac diſſidijs interimentur, ac delebuntur. exempli gratia, non ſint, qui artifices, & operarios amẽt in populo, qui fiet vnquam, vt ſtet vllum bonum in homine aliquo? Quis feret, metet, aut aliquid huiuſmodi aget, quo quis alatur? Nemo enim poteſt à ſemetipſo omnia huiuſmodi efficere. Idem concluditur de veſtimentis, domo, ſupellectili, & inſtrumento quouis. atqui niſi amet inter ſe domus quæuis, populus, & vniuerſi ciues, omnia redigentur ad nihilum. VI.

B Sed, quando non omnis omnia callet, aut etiam, ſi calleat, callide tamen abutitur ſcientia. non vt præſcribit amicitia, & neceſſe eſt, adſint, qui verum bonumque doceant, & qui cogant in doctrinæ vſu perſiſtere. Magiſtri ſunt illi, hi Principes, aut qui Principum loco ſint, ſiue profani, ſiue ſacri: ac proinde opus eſt, vt Magiſter, ac diſcipulus Princeps, ac ſubditus inter ſe ament. Alioquin artes ignorabuntur, litteræ, ſcientiaq. omnis, atque bonum corporis, atque externum, quod per artes habetur, peribit. VII.

C Quærimus igitur, quæ ſit amicitiæ menſura, qua reuera metiri poſſumus, an ſit aliqua amicitia, vel quatenus aliqua, quæ vocatur amicitia, habeat amicitiæ eſſentiam, non vmbram ſolam, vel figmentum? Reſpondent docti omnes, ac ſapientes, quibus aſſentitur philoſophus, eum qui ordinat omnia ad cotemplandum Deum, quieſcendumq. in hac contemplatione, & iam virtutibus adeptis ad hunc ſtatum peruenit, eſſe amicitiæ cuiuſlibet menſuram. Patet hoc. in vnoquoque enim genere illud eſt omnium menſura, quod eſt perfectiſſimum. At vir huiuſmodi amat perfectiſſime, ergo omnium amorum, & amicitiarum eſt exacta menſura. ſicut enim diiudicamus ſapores non guſtu infecto & ægro; colores nõ oculo cæcutiente & infirmo, ſed ſenſibus his optime diſpoſitis, ſic amores, & amicitias amore optimo, & optime conſtituto, ſicut aurum imperfectum, ex comparatione perfecti, minoremq. lucem, ex maxima Solis. Quod ſi coniuges ita inter ſe amarent, vt in Deo amato, & cognito conſiſterent, ſimiliter parẽtes, & filii, domini, & ſerui, Princeps, & ſubiecti, fratres, ciues, omni tẽporalium bonorũ copia, ac felicitate vndiq; circumflueremus, nulla lis eſſet, nulla diſcordia, nullũ male factum, dictumue, non furta, non homicidia, non iniuriæ, verum beneuolentia, beneficentia, concordiaq. certarent homines ad

Ariſt. lib. 8. cap. 3. eth.

D

P a omne

omne bonum comparandum, malumque omne repellendum, & exterminādum. liquet porro, hunc amorem eſſe perfectiſſimū. nam conquieſcit in Deo perfectiſſimo, & à noſtri parte perfectiſſima, nempe ipſa mente, atque eo referuntur omnia per virtutes. Cumque tria pertineant ad amicitiam, bene velle, bene agere, & concordare cum amico, Sapiens ſibi bene vult, cum velit Deum ſummum bonum, per eſſentiam bonum, fontemq. omnium bonorum. Benefacit, nam contemplans eſt in operatione intellectus, cui ſeruiunt omnia. quod ſi eſſet in alterius partis operatione, iam non qua homo eſt, ageret, ſed qua conuenit cum reliquis animalibus, atque ita non maxima & potiſſima ſui parte ageret, neque ita bene ageret. Denique concors eſt ſibi. non enim diſſentit in ipſo appetitus à ratione, ſed ſubiectus eſt rationi per virtutes. Sic igitur ſapiēs bene ſibi vult, bene agit, & concors eſt. Cū vero amicus non amet, vt acquirat aliquid ab amico, ſed vt quantū poteſt largiatur de ſuo, ſapiens omnino propter amicum Deum neque vult, neque agit, niſi quod vult Deus, concorſq. illi eſt. atque iccirco inter ſapientem, Deumq eſt beneuolentia, beneficentia, concordia. omniaq; vult, agitq. ob illū quātū poteſt. Rurſus ordinās cūcta in ſemetipsū Deus tū ſapiētis, tū aliorū, nihil adimit eis hac ordinatione ſua, ſed hac ipſa impertit illis, quidquid habēt boni. Hinc fit, vt eodē modo ſapientes alijs dent. Quod ſi accipiūt aliquid, multiplicatum reddunt, & amplificant, vt euentis certiſſimis apparebit: ſicut Deus amat dans ſapienti, & ſapiens amat retribuens, ac dedicans omnia quæcumque habet, ac recipit, quantum poteſt, amico Deo. ſic igitur vir, atque vxor, parēs, ac filius, fratres, cognati, dominus, & ſeruus, ciues cuncti, ſubiectus, & Princeps, diſcipulus, ac magiſter beneuolentiam largiſſimam pro quantulacumque, beneficium ampliſſimum pro tenuiſſimo, pacem abundantiſſimam pro minima elargientur, &, quando amici eſt magis amare, quam amari, quilibet, exemplo Dei, ac ſapientis, multiplicatiſſima omnia reddet, atque amabit, etiamſi aliquis in amore aliquando non reſpondeat, dūmodo ad amandum ſit aliquo modo propenſus, ac pro huiuſmodi propenſione, quæ pars eſt, initiumq. amoris, effundet ſe in amando, atque ita pro cuiuſque condicione feliciter ſingulis erit, atque vniuerſis.

Iam vero, vt diximus, religio virtus eſt, quæ ordinat ſpectantia ad amorem, cognitionemque Dei, ad ipſum contemplandū,

& in.

A & in eo conquieſcendum vti in cognito,& amato; ac proinde bonum corporis, atque externum pendebit a religione. Huius autem Magiſtris,veluti omnium bonorum veris,ac ſummis artificibus,omnia debebuntur accepta,referẽtur a quolibet,quaſi locum Dei teneant,Dij ſint,ac parentes,quibus æqualia reddere non poſſumus,ſed quantum poſſumus,enitendum. Nam,qui ſacerdotes non ſunt dabunt ea, quæ ſpectant ad religionẽ, quantum vel a ſacerdotibus, vel per hos recipient,quando hi per ſe, ſiue per artem ſuam agant, alij per ſcientiam iſtorum, non ſuã. Quod ſi qua eſt in terris, vti reuera eſt, Eccleſia, ſiue cœtus ſa-
B pientum conueniens in vnam diuinorum doctrinam, ſi qua Pontificia poteſtas, vti certiſſimo eſt, quæ non poſſit in religione tradenda aberrare a vero, huic omnia debebuntur, ac merito parebunt.

Rationibus politicis oſtenditur, a virtutibus, ac Religione eſſe temporalem felicitatem, ac proinde Religionis Præfectis deberi primas. Cap. X.

COnſequitur e dictis, felicem fore Gentem,Re- I.
C gnumque, in quibus fuerint huiuſmodi amicitiæ ſapientum; &,quo plures,ac potentiores in regendo, eo maiorem futuram felicitatem. Sola enim concordia continet ciuitates,& nationes; ac proinde ſingula illarum bona. Atqui hæc ſola eſt inter ſapientes, & qui ſapientiam participant. Ob id bene aiebat Plato,Reſp. eas fore beatas,quæ vel a Philo- II.
ſophis, ſapientiæ ſcilicet amatoribus, vel ab amicis ſapientum regerentur. Patet hoc etiam. Nam finis virtutis eſt verum III.
bonum;atque, vbi abundabit virtus,erunt vera bona,non fuca-
D ta; felicitas autem non eſt in fuco, ſed in veritate ſolida, a qua neceſſario cætera pendent: cum ſcriptum ſit: Super omnia au- IV.
tem veritas: nec malum poſſit eſſe ſine fundamento boni, cum ſit eius aliqua priuatio. Cumque non poſſint agi magna,& multa ſine magnis, & multis amicis, atque hi ſint cum ſola virtute, quodcumque Regnum hac abundabit,& illis ſimul, ac proinde magna,& multa perficiet,vt accidit Romanis,qui plurimas vrbes ſocias,ac fœderatas habebant,ac iura ciuitatis plurimis cõmunicabant. Nullus porro erit,cui non dentur neceſſaria;(ami V.
corum namque omnia ſunt communia) ac,ſi quid erit alicui,& ceteris

ceteris etiam communicabitur, ac proinde Rex ipſe erit veluti A
vnus e populo, ſi quilibet ponatur ex iſto ſapiẽs, & ſinguli quodammodo Reges erunt, ac proinde habebunt, quod eſt eis, vel
VI. neceſſarium, vel vtile ad vitã, & ſtatum, niſi deſint ſibi. Cumq; natura humana quietem appetat, ac motum velit ob hanc, ideo lites, ac motus omnes diſcordiarum ceſſabunt in huiuſmodi ciuitate. qui quidem motus turbant omnem temporalium felicitatem, quod hæc ſine quiete eſſe non poſſit; atque, vt eſſe tem-
VII. poralia poſſint, felicitas certe illorum non erit. Iam, quicumque ciuitates inſtituunt, eo cuncta referunt, vt tranquille cuncti viuant: ob id leges ſtatuunt, ac bellatores ipſos, vt illæ dome B
ſtica diſſidia componant, hi repellant externos hoſtes, per quæ duo diſſipatur bonum tẽporale. in ſola autẽ virtute tranquillitas. qua poſita, neq; legibus eſt opus, neque bellis. Nõ illis, quod iuſtus ſit ipſe ſibi lex, atq; agat a ſemetipſo, quod lex imperat,
VIII. & in trãquillitate nõ ſint bella. Inter virtutes autẽ numeratur, & prudentia, & fortitudo militaris. quamobrẽ neceſſe eſt, ſi pugna cõmittatur, vt imprudens, & ignauus ſuccũbat forti, ac prudenti: alioquin hic alia conſilia, quam pugnæ cõſerendæ, inibit, atq; ad extremũ virtus vincet, veluti cognoſcimus ſemper effeminatos, & inſipiẽtes populos, quales hęretici, a bellicoſioribus, C
& minus inſipientibus adductos in poteſtatẽ. Sed, præter hæc, il
IX. lud aduertendũ. Sapientis eſſe, prouidere omnia, ſibi cõmiſſis, ac ſubiectis vtilia. Sic etiam artes parandis bonis temporalibus, tuendis, amplificandis. Non igitur vni rei dat operam, quicumque cupit feliciſſimam ciuitatem, ſed omnibus, quæ perficiunt illam: vt, ſi quis videat, ne quod membrum corpori, neque pars membro deſit; ac propterea, quod vni e ciuibus deeſt, cum non omnia poſsint omnes, per alios ſuppletur. atque hoc modo per amicitiæ communionem nihil non participatur, ac per ſapientiam prouidetur. attingit namque a fine vſque ad finem fortiter, a minimo ſcilicet ad maximum, & diſponit omnia ſuauiter. Sic itaque a virtutibus omnia bona temporalia pendebunt. Sunt enim connexa, & cohærentia virtutibus, ac ſapientiæ. Alioquin, niſi ſapientia moderetur gentes, ac regna, poterunt his eſſe aliqua bona, manca, & mutila, quamuis ob inopiam reliquorum magna videantur. veluti in ſolitudine mediocre ædificium ſolet apparere magnum, & in caritate annonæ maximi ſit viliſsimum quoduis; &, quo grandiora apparebunt illa, eo minus bona erunt, veluti, ſi vaſtiſsimum caput imponatur

A tur exiguo corpuſculo. Sic Turcæ præſtant feritate, & laſcinia.
Sineſeſq. luxu omni, artificiis aliquot, & quadam temporalium
bonorum copia, non autem felicitate illorum, quæ ſtatuitur
in vſu decenti, quo tendatur ad virtutem, & ſapientiam.

Et, quoniam coniunctio generis humani temporalia bona, X.
eorumq. felicitatem parit, ac dilatat, (vnus enim ſibi non eſt ad
omnia ſufficiens,) quo plures debito modo, ac ſuo quilibet loco
connectuntur, atque arctius, eo maiora bona comparant. Nam,
quo magis vniuerſale eſt bonum, eo maius eſt. Iccirco, ſi qui
maxime conueniunt in vnum, (quales videntur Catholici) ab
B his neceſſario bona ampliora procedunt. Nam reliqui, cū ſint
minus coniuncti, ac nec quidem ſint reuera cōiuncti, minus po-
terunt. Nihil autem magis copulat inuicem, quam virtus. quin
ſine illa non datur vlla vera coniunctio. amplius autem tempo
ralia bona magis abundant cum ſua felicitate inter eos, qui mi XI.
nus abſunt a Tyrannica gubernatione. Tyrannus enim cuncta
ad ſe ſolum redigit: ex quo fit, vt reliqui nudentur, aut omni-
no, aut prope: vt, ſi ſanguis, aut motus omnis in vnum mem-
brum cogeretur, corpus reliquum deſtituetur omni bono, ne-
que tamen ipſum felix erit. At virtus tollit Tyrannicam gu-
C bernationem: neceſſe eſt igitur, virtutem ſequatur felicitas
temporalium bonorum. Iam, cum ſapiens, & probus magis, XII.
quam ſtultus, aut malus, ſciat cum qualibet gente verſari, inire
commercia, diſſeminare ſapientiam, docere bonas artes, a bar
barie, & feritate mortales reuocare, gentes bonis moribus, ac
legibus informare, atque ad felicitatem ſtabilire, neceſſario ſe-
quitur, a virtutibus pendere gentium, regnorumq. tempora-
lem felicitatem. ob id Deus ipſe, cum fabricatus eſt Adamum,
illi quidem largitus eſt omnium temporalium felicitatem, ſed
ipſi largitus eſt quoq; gratiam ſuam. in illa enim creauit ipſum:
D primaq. Adami actio ab electione procedens fuit religionis,
qua ſe cum ſuis omnibus bonis externis, & corporis in Deum
retulit, & conuertit, vt volunt Theologi, & cum Moyſe tradit
Eccleſiaſticus. Poſt lapſum vero, cum nondum Regia poteſtas *Eccl.c.17*
eſſet in terris, neque ſacra diſtingueretur a profana, Abel, &
Cain obtulere dona, & ſacrificia Deo: quod eſt proprium mu-
nus Sacerdotum: atque ita prior fuit functio Sacerdotalis,
quam foret vlla Regia, profanaque in terris, neque vllis ad-
huc dominaretur quaſi Rex Adamus, ſed ſolum quaſi pater,
vt, quemadmodum terrena pendent a cœleſtibus, imper-
fecta

ſecta à perfectis, temporalia ab æternis, atque hæc antea A
ſunt non modo natura ſua, ſed origine etiam: (concipitur,
enim fœtus ab adulto, non ab infante, & germen ab herba, fru-
tice, planta, & arbore perfecta) ſic etiam dicemus, à Religio-
ne pendent omnia bona, à ſacra poteſtate, & religioſa omnis
poteſtas oritur. Denique, cum ſit perfecti, ſic rebus agendis
operam dare, vt non auocetur, ob agenda à contemplandis, neq;
ob iſta ab illis. Hic enim perfectorum quaſi Heroum ſtatus,
qui non in acquirenda, ſed in exercenda perfectione ſunt, neq;
tendunt ad perfectionem, verum conſiſtunt in ea, quaſi adepti
virilitatem, iccirco non cadit in hos, quod dicitur, Nemo mi- B
litans Deo negotiis ſe implicet ſæcularibus. Cum non impli-
centur vnquam, ſiquando illa tractent, expediti ſint ab om-
nibus vinculis terrenæ contagionis, contemplantes agendo, &
agentes contemplando, ſimiles quodammodo ſuperis, & intel-
ligentiis, à quibus externa fiunt, & Deum tamen ſine intermiſ-
ſione conſpiciunt: ac talis erat Moyſes, tales Apoſtoli, tales mul
ti Epiſcoporum, Pontificumque Romanorum, quorum caput
Chriſtus, fons perfectionis, cuius anima à primo conceptionis
momento Deum per eſſentiam ſemper vidit.

C

Rationibus à philoſophia naturali deſumptis, confirmatur, bona temporalia non poſſe conſiſtere abſque virtutibus, ac Religione, atque ob id in primis deberi illa ſummo religionis moderatori. Cap. XI.

I. ET ſane res eadem prius eſt imperfecta, & de-
bilis, quam confirmata, & perfecta, ac prius
eſt aliquis infans, puer, adoleſcens, quam iuue
nis, ac vir, ſed habet ortum ſuum ab eo, qui
iam ſit aptus ad generandum, ac proinde id D
ætatis, qua perficere id poſſit: quod pertinet
ad generationem. Sic igitur tum bona tem-
poralia, tum poteſtas temporalis pendent à perfectioribus,
qualia ſunt animi bona, ac ſacra poteſtas. Sic etiam cognoſci-
II. mus, motus omnes inferiores eſſe omnino à ſuperioribus, ac
prius hi ſunt, quam ſint vllo modo illi. quin eſt quædam conti-
nuatio motionum, ſic inter ſe apta, vt, ſi quid intermedium com
plectens vndique ſubiecta, quieſceret, quod fieri non poteſt, cun
cta inferiora eandem quietem ſimul ſequerentur, niſi quatenus
à luce

A à luce immutarentur,aut impreſſione circum lationis præteri-
tæ retinerent,vt lapis proiectus retinet impreſſionem brachij
mouentis. Quamobrem, ſi lunæ cælum ſubſiſteret, omnino ni-
hil inferius moueretur,niſi ex virtute prius impreſſa. quod ſi ni
hil moueretur, nihil etiam gigni poſſet. quin cuncta breui in-
terirent. nam vita inferiorum poſita eſt in motu intimo,qui à
forma procedit. Eodem modo temporalis poteſtas cum ſuis bo
nis tantum poteſtatis, ac boni habet, quantum pendet à bonis
animi,ac poteſtate ſacra, &, quo magis accedit ad illum, illiq.
cohæret, ac pendet inde,eo felicior eſt,ac præſtantior. Sic enim
B videmus à diurno primi mobilis motu circumagi, non modo III
cæleſtes, ac ſubiectos orbes, ſed elementum præterea ignis,
aeremque variis ventis agitatum. quin eo referunt aliqui fluxũ
maris, ac reciprocum refluxũ,quæ eſt participatio imperfecta
motus in gyrum facti, vt apparet. Adeo pendent hæc à ſuperis.
Eodem modo, quo magis humana hæc noſtra Deo connectun-
tur,quod eſt per amicitiam, ſapientiam,religionem, virtutes,
eo nobiliora ſunt, magis perpetuantur; & agunt, ac denique
meliora, & feliciora. Hinc tradunt,orbes cæleſtes primo mobi-
li ſubiectos eò velocius moueri,aut tardius,quo ſunt illi propin IIII
C quiores, cum velocius ſit illud, quod eodem temporis ſpatio
ambitum maiorem perficit, ac ſupremi orbes complectantur
eos, qui ſunt infra ipſos, ac propterea maiori ſunt ambitu, &
tamen eodem temporis interuallo illum percurrunt. Vt eodem
modo noſtra, quo ſunt Deo viciniora,per amorem,ſcientiamq;
veram,& religionem, eo magis motiones ab ipſo ſuperis rebus
impreſſas imitentur, ac proinde ſint magis perpetua, præſtan-
tia, felicia,& ab ipſis pendeant aliarum rerum mutationes,&
viciſſitudines.

Quin illud obſeruarunt periti,ab oriente in occidentem fer-
D ri ſuperos orbes circumuectos à primo mobili,ſed habere præ-
terea motum proprium, quo ferantur ab oriente in occidentẽ.
hic autem, quo propinquiores ſunt primo mobili orbes, eo tar
dior eſt, ac minus à ſupremo recedens, & quodã modo minus
illi reſiſtens.adeo cunctis rebus ineſt, vt,quo ſublimiores ſunt,
eo magis imitentur eorum naturam, ac ſimilia contingant hu-
manis rebus in aſſequenda diuinæ bonitatis communicatione.
ſicut enim corpora ſe habent ad corpus, ita ſuo modo mens ad
mentem,ac ſimiliter vtrorumque bona ſe habere videntur. In
vniuerſitate enim neceſſarius,vt videbimus,eſt ordo connexio-

nis, quo ignobiliora pendent à nobilioribus, & imperfecta à A
perfectis.

VI. Quocirca, veluti primum mouens eſt immobile, & principia cuncta, à quibus cætera exiſtunt, immobilitatem quandam participant, vt fines in actionibus, & principia in concluſionibus, ſic non immerito, felicitas omnia bona complectens poſita eſt in adeptione Virtutum, Religione, Deoque amato, & contemplato. Nam virtutes adeptę ingenerant animo, alioquin ad omnia mobili, firmitatem, Religio perducit ad Deum immobilem. Deus omnino corroborat, ne perturbationibus, & obiectis quibuſque illecebris; quaſi quibuſdam ventis, huc illuc agitati circumferamur. Mens autem noſtra, conquieſcens in illo, B
per amorem contemplationemque, iam non ab vnius rei cognitione in aliam decurrit, a principijs nimirum colligens concluſiones, ſed perſiſtit in contemplatione amati, & cogniti Dei, nulli falſitati lubricæ inſiſtens. nam ſic ab huiuſmodi contemplatione, virtutibus, & Deo quaſi ab immobilibus quibuſdam mouentibus, bona corporis, atque externa, quæ fluxa ſunt, & caduca, pendebunt non ab vlla re externa, ac proinde immobilitatem quandam ſortiemur. Quod ſi qua eſt Eccleſia ſancta in terris, ſi qua Pontificia Poteſtas, vti reuera eſt, quæ non poſ- C
ſit errare in diuinorum ſancienda veritate, in qua immobiliter mens noſtra firmatur, ac proinde immobilitatem quandam diuinitus hac parte nãciſcatur, illa erit per Deũ, veluti quoddã primum mouens in terris, immobilis.

VII. Iam vero motus localis eſt propter lucem, vt ſcilicet eam circumuehat, hæc omnium prima non modo res illuminat, ſed etiã immutat, atque ex huiuſmodi immutatione res generantur, vt ſenſu ipſo tenemus. Motui locali reſpõdet appetitio rei exiſtens à voluntate, quaſi orbe quodam; cælesti lumini reſpondet cognitio veritatis, conſiſtens in intellectu, quaſi ſidere D
quodã; vt, quemadmodum cuncta per illa duo moueantur, & generantur, ſic per hæc ſimili quodam modo, ut explicauimus primo libro. Quod ſi à Sole Stellæ omnes lumen accipiunt, ut per eclipſim Lunæ, ~~Mercurii, Venerisque~~ deprehendimus, in terris illi reſpondebit ſedes illa, de qua canit Dauid, inducens ita loquentem Deum: Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum. & teſtis in cælo fidelis, ut, ſicut à Sole, & Luna temporum uiciſſitudines uariantur, ac numerantur, ac per illum cuncta gignuntur, (eſt enim, quod idem ſcri-

bit

A bit alibi, tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo tellurem fœcundans,& grauidam reddens) ſic ab hoc throno cuncta humana varientur in terris, & producantur. quippe qui certiſſimam veritatis diuinæ cognitionem ſecum circumferat.

In his vero omnibus illud eſt obſeruandum : A natura ſemper id contendi, vt non peius efficiatur, ſed melius. alioquin conciderent omnia in deterius continenter ruentia, donec ad peſſimum, ac denique ad interitum redigerentur. iccirco eo refert omnia,vt ignobiliora præſtantioribus ſeruiant, & obediant. &,quando hic ordo interdum perturbatur, perturbat ipſa quidquid hunc ordinem perturbat, vt ad eum redeatur,ſicut medicus mouet, atque expellit male affectos humores,vt ſanitas recipiatur.Ob id Theologi decernunt,fore,vt mundus ruat, cum maxime perturbatus erit hic ordo, donec à Deo in æternum renouetur. VIII.

B

Rationibus metaphyſicis oſtenditur, gentium, regnorumque felicitatem ſtare per Virtutes, ac Religionem, harumque ſtudioſos, ac Præfectos. Cap. XII.

C OMne,quod eſt,à Deo;&,quo magis eſt à Deo, eo magis eſt, ac proinde eminentius, copioſius,potentius, diuturnius.Nam talia ſunt, quæ magis ſunt. Atqui à Deo maxime ſunt, quæ à Religione, ac virtutibus ſunt,ac propterea ſunt omnium nobiliſſima, præ cunctis valent, atque conſiſtunt. Amplius:quæcumque ſeparationem nullam patiuntur, ea ſunt æterna. Interitus enim naſcitur à diuiſione, vt materiæ à forma, animæ à corpore.Illaque ſeparationem non admittunt, aut minimam, D quæ maxime appropinquant Deo,qui eſt omnium maxime ſibi vnus, atque omnis diuiſionis expers. Appropinquat autem ſuo quælibet modo per Virtutes, ac religionem, ſiue eo perducta, ac relata vti res temporales, ſiue eo ſe perducentia,ac referentia,vti ſunt homines.Quod ſi qua diuiſionem refugiunt, eadem ſunt valentiora ſimul,ac latius pertinentia. fortior namque,& copioſior vis iunctior, ac ſibi conſtans. Iccirco, cum temporalia pendent ab vno,& immortali Deo per religionem, participant modo ſuo magis æternitatem,vim,& amplitudinem quandam.Quidquid præterea verum non eſt, hac parte nihil pollet,

Ens.

Vnum.

Verum. nihil omnino eſt.ac fruſtra quærimus,an diu conſiſtat, cum non ſit ea parte. Nam falſum per ſe nullo modo eſt. ac neceſſe eſt, vt aliquid vere ſit,de quo dicatur aliquid falſum. Temporales autē res,cum non perducunt nos ad Deum, neque ad illum per actus religioſos à nobis referuntur, à Deo ſumma veritate longius fiunt,ac proinde minus pollent, minus ſunt, atque in omnibus ex illa parte diminuuntur, quaſi viribus deficientes. Intellectus præterea iccirco eſt, quia verum quærit, atque ad hoc naturaliter tendit. hic enim proprius eius effectus, ac munus. nam, quod falum eſt, non intelligitur, atque iccirco non intelligo aliquid, quoties aberro à veritate. Quod ſi corpus aliquod intellectum non habet, neque humanum bonum habetur, quod ſit hominis bonum pertinens ad corpus. Sic neque habebit idem bonum,ſi deflectat à veritate. ob id, niſi bona corporis ad veritatem conſequendam per intellectum referantur, deſinunt eſſe hominis, quatenus homo eſt, bona,neque humanam felicitatem conflant. ſi vero non ſint vlla corporis bona,quorum primum vita eſt, pereunt externa,quæ viuentium gratia ſunt. Certiſſimum porro eſt,omne verum pendere à prima veritate, qui eſt Deus,ad quem nos religio perducit, vt ſciamus,ab eo pendere ipſam felicitatem temporalium. Quod ſi quis eſt ſupremus Religionis Antiſtes, qui certiſſimo ſanciat omnem veritatem, ab illo prope pendebunt omnia.

Iv.Bonū. Eodem modo bonum dicitur, atque eſt aliquod, quia conquieſcitur in eo, quaſi maxime conuenienti ad naturales operationes; idemque eſt cum ente, & vero. Homo namque vult eſſe, ac vere eſſe, quod bonum eſt ipſi etiam reuera, vt homo eſt intellectu præditus, ac totius veritatis, & omnium, quæ ſunt, intelligendorum capax, in intellectis conquieſceus, vt ad illa cunctos adducat, conquieturos in ijs, in eundem finem collaboraturos. Quicunque igitur eſt totius,ſūmeque virtutis manifeſtādæ, & propagādæ artifex,inter homines,omniū bonorū,quæ contingere poſſunt homini, à quo ſunt bona corporis, atque externa eſt artifex. nam niſi ipſe ſit,non erunt illa. Eſt autem,quatenus habet intellectum,& quatenus illo vtitur,& conquieſcit in omni veritate,illiuſque eſt adminiſter, ac propagator volens, ac libens. Videmus porro, in rebus alias eſſe neceſſarias,alias non referre,ſint,nec ne, aut contingere interdum non eſſe, aut fieri poſſe,vt non ſint. Atque hæ ſine dubio pendent a primis, ab illis oriuntur, conſeruan-

V. Neceſſarium & poſſibile.

tur,

A tur, augentur. Atqui, licet homini ſit aliquod bonum, neceſſe eſt prius, vt homo ſit, ac proinde intellectu prædítus. per hunc namque eſt homo. igitur, vt homini, quatenus homo eſt, ſit aliquod bonum pertinens ad corpus, vel externum, oportet intellectu vtatur in actionibus ſuis, & vtatur quatenus differt à feris, & belluis, alioquin non ageret vti homo. Cumque virtus, ac religio non ſint nobis cum beſtijs communes, à virtutibus, ac religione pendebunt bona noſtri corporis, atque externa. Alioquin feræ erimus, & in feras immutati, inſtar ſerpentium, tigrium, luporumque, cuncta vaſtabimus, magis mi-

B nuſue, quo magis, ac minus ab intellectu, bono illius, ac virtute aberimus, qui neceſſarius eſt homini, ut homo ſit, ac perficitur ueritatis cognitione, ſummaque ueritate, qui eſt Deus optimus, ſumme perficitur. Quod eſt religionis munus, cuius Præſidi propterea debebuntur omnia bona, ueluti opifici ipſorum. eſt enim noſter intellectus facultas, ſiue potentia animi, quæ poteſt cognoſcere omnem ueritatem, uiaſque, quibus ad finem boni concupiti perueniamus. Cum ſit igitur humanus intellectus huiuſmodi, niſi cognoſcat in effectu ueritatem, non perducetur ad bonum, quo adſpiramus. Ignorata autem prima ue-

VI. Actus & potentia.

C ritate, opus eſt, ut obſcurentur aliquo modo nobis omnia, quæ ſequuntur. ſicut obnubilato Sole lux eſt multo minor reliquis uidendis, & aberrans à primo oportet, ut à cunctis ſequentibus aberret, magis, minuſue, quo magis, ac minus ab illo abſcedit. ueluti, ſi quis quinctum numerũ ſumat pro primo, in ſequentibus numeris neceſſario decipietur, ſed magis decipietur, ſi quis uigeſimum ſumat pro primo. Quo circa, licet habens intellectum ſit homo, tamen erit homo quodammodo imperfectus, ſi intellectus ille ſit imperfectus, &, cum ſit pura potentia, non reducatur in actum, maxime uero imperfectus erit, ni-

D ſi perficiatur ab eo, qui maxime perficit. Hic Deus eſt, a quo longius, propiuſue nobis abiunctis longius, propiuſue noſtra abiungentur ab humani boni perfectione, & à nobis ipſis. Quod ſi quis certo nobis diuinorum notitiã, qualem volumus eſſe Pontificem Summũ, tradit, is quoque tradit, ut perfecte ſimus homines, & bona ſint nobis ut hominibus bona, non ut beſtiis, quæ diſpergant illa, atque è bonis mala efficiant, ac proinde ad nihilum redigant. Eſt igitur ordinata quædam, cohærenſque inuicem rerum ſingularum, quæ in mundo ſunt, connexio, ut ſecunda non poſſit eſſe, niſi primæ adnectatur; neque tertia,

VII. *Ariſt. Met. lib. 12. tex. 52.*

niſi,

niſi ſecundæ copuletur; neque quarta,& deinceps aliæ,niſi tertiæ conglutinetur. Quatenus autem coniunguntur, eatenus ſunt. ob id ordo eſt mũdi totius eſſentia,ac,niſi foret ille,rueret orbis,rerumq.confuſio fieret,& in antiquum Chaos vniuerſa adducerentur. Sed totus iſte ordo eſt à Deo,& in Deo,quiquidem nulli ordini alligatur ipſe,ordini tamen omnia,quæcumq; ſunt, alligauit. Veluti Imperator exercitus alicuius ipſe eſt,qui milites diſperſos conuocat,acies diſponit,ac rectiſſime ordinat totum: at ipſe in nullo agmine conſiſtit,ſed in eo loco, in quo tutiſſime poſitus poſſit omnibus imperare, & quo progrediendum,vbi conſiſtendum, vnde abſcedendum ſit,ſingulis edicere: alioquin nullus exercitus foret,nemo congregaretur, vt eum conficeret,aut confectus facile diſſiparetur, ac breui deletus euaneſceret. Eſt igitur primus ordo cuiuſlibet rei, hominis, familiæ,nationis,qui refertur ad vniuerſitatem totam:eſt deinde huius vniuerſitatis ordo ſecundus, qui ad Deum refertur. At Deus eſt ſupra cunctos ordines,cuncta ordinans ad ſe,ſibiq. propinquiores,cui connectimur per ſapientiam,amicitiam,religionem, ceteraſq. virtutes. Primus ordo in ſe continet alios ordines,per quos ignobiliora ordinantur ad nobiliora.cumq. nobiliſſimi ſint,qui Deo copulantur, per ſapientiam, & amicitiam, quales eſſe Sanctos, & Heroas aſſerimus, qui ſibi in primis, ac deinde propinquioribus,pro cuiuſq;dignitate,conuenientia volũt, ac procurant optima quæque,& iccirco non curant ipſi viliora dimittere,hinc oritur,vt à principio,continuata quadam ſerie,per ſapientiam,amicitiamq.Dei,ſiue per obſequentem virtutibus iſtis, & imperantem cæteris moralibus Religionem, bona animi, corporis, atque externa deducantur in ſubiectos. Quicumq; autem certo tradit hanc artem,docetq.homines,à veritate diuinorum,morumq ſancienda non declinans, hic eſt artifex omnium bonorum, illi maxime auſcultandum, & obediendum,atque hic eſt ſacrorum ſummus Præfectus.

VIII. Deus

S. *Thom.* 1. *q.* 21. *ar.* 1. 1. 2. *q.* 3. *ar.* 5. 2. 2. *q.* 39. *ar.* 2.

A B C D

Certiſ-

A *Certiſſimis euentis hominum flagitioſorum gentiumq. & Regnorum generaliter commemoratis, oſtenditur, ruinam duci à temporalium bonorum felicitate, ob vitia, & impietatem: ſecus autem, ob virtutes, & religionem: vt propterea maxime huic, eiuſque vero Præfecto ſit obediendum.*

Cap. XIII.

AD altiſſima euolauimus, & à conſpectu noſtro maxime omnium remota. Reuertamur ad ea, quæ ſenſibus tenentur. Initio ſane huius operis a-
B peruimus, flagitioſos mortem ſibi, malaq. omnia per ſemetipſos conſciſcere. nunc per alios oſtendamus. Quos etenim videmus quotidie damnari quaſi infames à Iudicibus publica ſententia, bonosne an malos? Vix eſt, vt aliquãdo bonus. quin, ſi hic aliquando damnetur, protinus ab omni populo, quicũq; Iudex tulerit eam ſententiã, quicũque Princeps eum Iudicem conſtituerit, infamis, & exſecrabilis habetur. Dãnati nemo eſt, qui non miſereatur, non laudes narret. Quis adhuc vltimo ſupplicio, quis aliquo afficitur, niſi criminis alicuius magni reus? Eſto, aliquis impune interdum ferat, neque vllam
C ipſum mulcta tangat. Aut id rariſſimo continget, aut, ſingulari prouidentia, Deus, vt aperietur, id ſcelus in terris vindicabit. Videmus tamen, quotidie puniri illos, qui ſontes ſunt. Id niſi fiat, neceſſe eſt tota illa vniuerſitas malorum ſit, & ſemetipſam conſumat, & eo deueniat res, vt peius ſit huic vniuerſitati, quã bonorum, Deuſq. vtatur, quod ait Plutarchus libro de ſera numinis vindicta, malis, quaſi carnificibus, aduerſus malos. Præmio namque, & pœna, gentes, ac regna continentur. Id niſi contingat, neceſſario ruunt. Idemque euenit, ſi malum pro bono, aut minus bonum pro maiori accipiatur. Pro ea namque parte
D labes fiet, ac ruina ducetur, quod ſi detrimentum maximi boni accidet, ſimul quoque accidet illorum bonorum, quæ maxime huic ſubiecta ſunt. Verum non dignoſcuntur hæc, niſi a ſapientibus. Quemadmodum vero publicis quotidie iudiciis criminum reos condamnari videmus, certumq. eſt, non poſſe illas gentes, ac regna ſtare, in quibus flagitia haud puniantur: (vt bene dictum ſit à iuriſconſulto, expedire Reip. ne delicta remaneant impunita) ſic etiam videmus, exiguam reis huiuſmodi lucis eſſe vſuram, ac rariſsimos ad ſenectutem peruenire. Cumque filij ſoleant imitari domeſtica exempla ſuorum parentum, & ma-

xime ſi inulta ſint, vix eſt, vt non incidant illi in pœnas impoſi- A
tas reis à publica, & vniuerſali conſtitutione, & maxime, cum ſciamus ita comparatum natura, vt magis augeantur in dies, aliosq. ſubinde, atque alios lædant ea flagitia, quæ non coercentur, donec ſit neceſſe tolli de medio nocentes, neque poſſe amplius tot, ác tanta mala tolerari. quod niſi fiat; ſine dubio deletur gens, ac regnum. Quamobrem bene, cum tres ſint ſpecies gubernationis, prima optimatium, ſecunda populi, tertia vnius, Ariſtoteles, cũ prolixe, plurimis allatis exemplis, & euentis harum gubernationum, toto libro quinto, & ſexto diſputaſſet de
duabus primis, approbans eas concidere ob vitia, denique ſic B
illa verba pronuntiauit: Diſſoluuntur autem maxime & Reſp. & optimatum gubernationes propter tranſgreſsionem iuſtitiæ in ipſis factam. Huius autem origo eſt, non bene temperatam
Ariſt. pol. l. 5. c. 7. ſimul eſſe, ac permixtam in Rep. quidem popularem gubernationem, & paucorum, in optimatibus vero iſtam ſimul, ac virtutem. Hæc ille: attribuens ruinam gentium, quæ vel à populo, vel ab optimatibus reguntur, quod iuſtitiæ ratio non habeatur. Ruṙſus, idem, tractans de tertia Regiæ gubernationis ſpecie, di-
Lib. 10. c. 10. xit illa: Vt igitur fere dictum eſt, eadem principia mutationum
ſunt exiſtimandá & in repub. & in vnius gubernatione: per con- C
tumeliam enim & per metum, & per contemptum inſurgunt pleriq. ſubiectorum aduerſus dominantes. iniuriæ vero maxime per contumeliam nonnunquam, & per ablationem rerum
Cap. 12. fiunt. Et mox, alio capite, oſtenſurus, cur exiguo tempore gentes, ac regna durent, inquit: Atqui omnium gubernationum breuiſſime durare ſolent paucorum potentia, & Tyrannis. Sic Ariſtoteles, probe ſciens, & aſſerens paſſim duas haſce gubernationum ſpecies eſſe omnium deterrimas, iccirco, breuiſſime durare, decernit. Regis enim, populi totius, & optimatum guber-
nationes non propium bonum, ſed commune reſpiciunt: contra, D
Tyranni, & paucorum. Nullum vero magis commune bonum, quam Deus, & virtus ex omnium ſapientum, gentiumq. conſenſu ſtabilita. Iccirco idem ſtatuit, ex optimis hominibus eſſe optimam ciuitatem: illos autem, cunctis virtutibus excultos, recte loqui, & recte ſentire de Deo, atque in eius contemplatione iugiter verſari. Atque ita concludit Ethicorum libros, vt hominem rectis moribus ornatum, prouidentia, iuſtitia, fortitudine, temperantiaq. præditum perducat ad diuina contemplanda. Cum vero ex hominibus domus conflentur, in Oeconomicis

ita

A ita concludit: Manifeſte præcipit poeta (Homerus) virum & vxorem in his, quæ improba, & impudica ſunt, ſibi inuicem conſentire nequaquam debere. In his, quę, quam maxime fieri poteſt, pudica ſunt, & iuſta, concorditer ſibi inuicem inſeruire. ſtudentes primum quidem curam omnem parentibus exhibere, vir quidem vxoris parentibus, non minus, quam proprijs; vxor autem viri; deinde filiorum, & amicorum, & rerum, domuſq. totius, tamquam communis curam habeant, ſe ipſos ſtudio, & diligentia ſuperare certantes, & quiſque plurimorum bonorum ſit auctor, & cauſa, meliorque exi-
B ſtat & iuſtior depoſita quidem ſuperbia, induſtria vero ſuſcepta cum benignitate, & manſuetudine gubernantes, vt, cum ad ſenectam peruenerint, depoſito adminiſtrationis onere, & concupiſcentijs liberati, poſſint ſibi ipſis inter ſe, ac filijs ſuis rationem reddere, vter eorum magis profecerit in familiæ gubernatione, ac ſtatim ſcire, aut per fortunam malum, aut per virtutem bonum. In quibus qui ſuperauerit, maximum præmium à Dijs conſequitur, vt Pindarus inquit. dulce enim ſibi cor, & ſpes mortalium, dulcem alit voluptatem. ſecundum vero à filijs in ſenectute fe-
C liciter educari. Quapropter & priuatim, & publice decet eum, qui vitam gerit, ad omnes Deos, hominesque reſpicere, multumque & ad vxorem, & filios, & parentes. His terminat Ariſtoteles Oeconomica. Et, quoniam ciuitates, populiq. conflantur e domibus aliquo modo coniunctis, e populis gentes, ac Regna: Videamus, quo modo concludat ille Politica: quorum, cum libros octo ſcripſerit, ac primis ſex oſtendat, ex quibus ciuitates conſtent, varias Reſp. inter ſe comparet, ſpecies trium gubernationum, differentiaſq. illarum recenſeat, cauſas, ob quas corruant, aut ſtent, explicet. Septimo
D apertiſſime docet, eam gentium, Regnorumq. gubernationem fore feliciſſimam, quæ prudentiæ, iuſtitiæ, fortitudini, temperantiæq. innitantur. Sic enim capite primo. Supponatur nobis, quod vita optima, & priuatim, vnicuiq. & publice ciuibus eſt cum virtute, in tantum externis facultatibus adiuncta, vt actiones probas efficere poſſit. Et paulo ante, Felicitatis tantum vnicuiq. contigit, quantum virtutis, atque prudentiæ, & quantum ſecundum has operatur, confeſſum nobis exiſtat teſte Deo fretis dicente, felicem eſſe, atque beatum non per aliquod externorum, ſed per ſe ipſum, quia talis eſt ſe-

cundum naturam. Hæc ille: volens, eſſe illam gentem felicem, A
regnumq. cui finis eſt virtus & contēplatio Dei. Nam Deus eſt felix per ſuimetipſius contemplationē, idq, ſecundū naturā, per ſeipſum, nō per aliquod externorū. Et, quando Deus, ſemetipsū contemplans, operatur in mundo omnia, iccirco per hanc contemplationem, ſtatuit idem, debere omnia regi in gente, ac regno quibus, ſit felicitas futura. Sic enim ſcribit cap. 3. Vix enim Deus bene ſe haberet, & mundus totus, quibus non ſunt actiones externæ, prçter proprias ipſorum. Quod igitur neceſſarium ſit, eandem eſſe vitam optimam, (optimam vocat, in virtutum cultu, & Dei contemplatione poſitam) priuatim vnicuiq; homi B
num, & publice ciuitatibus, & hominibus manifeſtum eſt. Hæc ille: volens quemlibet hominem, populum, gentem, Regnumq. proponere ſibi imitandum Deum, qui per ſuimetipſius contemplationem operatur. Iccirco iubet ſeptimo, & octauo libro, pueros inſtitui maxime in diuinorum recto cultu, ac primas omnium Sacerdotibus dari, templis, religioni, ac reſponſis Deorum: vt ſupra explicauimus. Sic igitur Ariſtoteles, gentes, ac regna cadere ob vitia, plurimis euentis demonſtrat, ſtare autem propter virtutes, & Deum cognitum, & amatum: & in hoc concludit libros Ethicorum, Oeconomicorum, Politicorum. Sic C
Phyſica in primo motore, Metaphyſica in eodem Deo ab intelligentijs mouentibus amato, & cognito, quod ſcilicet omniū rerum cauſç, ſiue incrementa, ſiue ſtatum, ſeu deniq interitum earum conſideremus, ad Deum, Deiq. coniunctionem cum illis referantur, ac pro modo huius ſit modus illarū. Ex quo, inquit in Politicis idem, manifeſtum eſt, de virtute curam habendam eſſe ei, quæ reuera ciuitas ſit nominanda, non vocabulo tantum. Ex quo patet, quod ciuitas non eſt communicatio loci, & non lædendi inuicem ſe ipſos, & commercii gratia, ſed iſta quidem, vt adſint, neceſſarium eſt, ſi quidem futura ſit ciuitas. nec tamē, ſi D
iſta adſint omnia, ciuitas adhuc erit. at bene viuēdi ſocietas, ex domibus, & familijs vitæ perfectç gratia, & per ſe ſufficiētis, eſt. Et mox: Bene igitur agendi gratia ponendum eſt, eſſe ciuilem ſocietatem, non autem gratia ſimul viuendi. quapropter, quicumq. plus conferunt ad huiuſmodi ſocietatem, his plus iuris competit in ciuitate, quam his, qui libertate, ac genere parçs ſunt, vel maiores, ſed ciuili virtute ſunt impares, & quam ijs, qui diuitiis ſuperant, & virtute ſuperantur. Hæc ille. Quo circa cœtus ille, qui in terris maxime confert mortalibus ad co-

Lib. 3. c. 6.

A gnoſcendũ Deum,& amandũ,is plurimũ iuris habet inter mortales,ac Pontifex ille,qui nõ poteſt errare in ſtabiliẽda,& imperanda,quæ credatur, agnoſcatur, ameturq. veritate virtutum, & diuinorum,is plurimum iuris inter vniuerſos mortales,& in illo ipſo cœtu habebit,ex concluſione Ariſtotelis, deducta non modo ab ipſa ratione,ſed a plurimis experimẽtis,atq; euentis, quæ recenſet ille toto libro quinto,& ſexto,oſtendens, in qualibet trium gubernationum ſpecie,gentes, ac regna concidiſſe à temporalibus bonis, ob vitia, quæ accidere etiam quotidie cognoſcimus euentis hominum quorumlibet, qui publicis iu-
B diciis mulctantur vita, libertate,honore,opibus,aut omni, aut aliqua ex parte.

Experimentis intimis,quæ nemo non percipit in ſemetipſo,ſingulis momentis bene,aut male operans, concluditur,non eſſe felicitatem temporalem inter malos,ſed inter eos tantum,qui cum Deo ſunt coniuncti. Cap. XIV.

C FElicitas temporalium poſita eſt in vſu recto. ac,licet aliquis ea poſſideat, niſi tamen recte vtatur illis, pariunt infelicitatem dominis,& ipſa rediguntur ad nihilum. nam felicitas nihil eſt aliud, quam perfecta actio, vt ſupra dicebamus. perficitur autem quodlibet conuenienti bono, quod naturaliter appetit,& in quo quieſcit habito. actionis enim perfectio collocatur in quiete, per quam fit, vt non interturbetur ab vlla re extrinſecus adueniente, quo minus delectetur operando in re con
D cupita. Quantum vero quietis huius abeſt,ac delectationis,tantum ſimiliter abeſt felicitatis:cũ ſit hac parte imperfecta : ita, vt aſſerant Theologi, ſummam beatitudinem contemplatione apprehendi,perfici autẽ fruitione. Niſi quis igitur fructum capiat è bonis temporalibus, ſibique,& illis conuenientem, felix non erit, & quodammodo ſemetipſum ſimul, & illa diſcerpet. li.9.eth.c.4.
Ob id peccans aliqua in re protinus conſcientia ſceleris punitur,& infelix hac parte euadit,variis modis excruciatus. Optime vero hanc totam rem Peripateticus explicauit his verbis: Vtrum erga ſe ipſum amicitia ſit,nec ne, in præſentia omitte-

 mus.

mus. videtur autẽ eatenus eſſe amicitia, quatenus adſunt duo, A
vel plura ex iis, quæ diximus: (nempe, vt bene velit, benefaciat, ſibiq. concors ſit) & quia exceſſus amicitiæ ſimilis eſt ei, quæ erga ſeipſum eſt. At antedicta videntur ineſſe etiã pleriſque, quãuis praui ſint. numquid autem, quatenus ſibi placent, probos ſe eſſe, exiſtimant, eatenus participes eorum ſunt? Nã ex ijs, qui vehementer ſunt praui, & facinoroſi nemini hæc inſunt. quin ne videntur quidem. fere autem neque prauis. diſſentiunt enim inter ſe, dum alia cupiunt, alia volunt, vt incontinentes, qui, loco eorum, quæ ſibi bona eſſe videntur, iucunda quidem eligunt, ſed noxia. alij autem, ob ignauiam, & ſegnitiẽ, ab agẽdis iis deſiſtunt, quæ ſibi eſſe optima exiſtimant: at, qui multa, & grauia ſcelera perpetrarunt, & ob prauitatem odio habentur, & vitam fugiunt, ſeque ipſos interficiunt; ac quærunt quidem improbi huiuſmodi alios, quibuſcum diem traducant, & ſe ipſos fugiunt, propterea quod, quando ſecum ſunt, multorũ & grauium ſcelerum recordantur, atque alia huiuſmodi ſperant, quorum, quando verſantur cum alijs, obliuiſcuntur. cumq. nihil in ſe amabile habeant, amice erga ſe ipſos nullo modo afficiuntur. neq; igitur collętantur, neq; condolent huiuſmodi homines ſecum. ſeditione enim animo eorum agitatur. pars enim vna ob prauitatem dolet, & aliquibus abſtinet, altera lætatur, & quaſi diuellentes illa huc, hæc illuc trahit, &, licet fieri nequeat, vt ſimul doleat, & lætetur quiſpiam, ſed paulo poſt tamen dolet, qui lætatus eſt, nolletque ea ſibi iucunda extitiſſe. pænitentia enim pleni ſunt praui. prauus itaque, cum nihil in ſe habeat amabile, neque erga ſe ipſum amice eſſe affectus videtur. quod ſi ita ſe habere valde miſerum eſt, enixe fugienda prauitas eſt. dandaque opera vnicuique, vt probus euadat. Sic enim fiet, vt & erga ſe ipſum amice eſſe affectus, & aliorum eſſe amicus poſſit. Hæc ille. Atqui, quemadmodum quilibet eſt erga ſe ipſum, ſic eſt erga alios, & quæuis alia: ob id, vbi gentes, ac regna huiuſmodi hominibus abundant, neceſſe eſt, cuncta diſſipari. Nam factionibus, diſſenſionibus, ſeditionibus omnia perturbantur, miſcentur, euertuntur. Sic contigit, vbi Romani à recta morum norma deflexerunt poſt Carthaginem dirutam, Græciamque captam, tum Gracchorum diſſidio, dein Marii, & Syllæ, mox Cæſaris, & Pompeij; inde triumuirum contra Brutum, & Caſſium, dein contra ſe ipſos: ita, vt, Rep. extincta, ac libertate ſublata, vnus omnia ceperit Romani

(B at line "ſed noxia…", C at line "ne enim animo…", D at line "Hæc ille…")

A ſanguinis; poſtea, defuncto Nerone, Italici; denique, poſt obitum Neronis, Barbarici ſanguinis, quibus omnia verſantibus ærumnæ, calamitates paſsim cuncta Italiæ loca, populoſque proſtrabant, ac dilaniabant: vt late proſecuti ſumus libris de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu.

Ruinæ vero omnes ad tria capita rediguntur. ob nimiam namque appetitionem lucri, honoris, voluptatumque, vel eorum, qui turbant, vel eorum, aduerſus quos turbæ, & bella mouentur, naſci ſolent. Nam triplex hic finis eſt humanis actionibus præſtitutus. Quod ſi quis horum iacturam facere

B non curaret, ob bonum commune gentis, ac Regni ſui, vel totius humani generis, vt faciunt amici Dei, & ſapientes, & ipſi maiora nanciſcerentur, neque gentes, ac regna ruerent, vt appareat illud verum, quod, à Salomone dictum toties repetimus, Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum.

Ad has autem ruinas quomodo deueniatur, explicat apposite Philoſophus, duo principia referens, his verbis: Maxime cauendum ab eo, quod paulatim repit. latet enim corruptio, quia non tanta ſimul fit; decipiturque mens ab illis, vt ſophiſtica illa ratio, Si vnumquodque puſillum, & omnia. hoc vero eſt Polit. lib. 1. c. 8.

C partim verum, partim falſum. totum enim, & omnia non puſillum, ſed compoſitum ex puſillis. vera igitur cuſtodia aduerſus hoc principium eſt opponenda. Deinde, non confidere his, quæ finguntur quodãmodo, & adumbrantur propter populum. reprobantur enim ex ipſis operibus. Qualia vero dicamus rerum publicarum figmenta, ſupra eſt oſtenſum. Intueri licet, quaſdam Reſpublicas durare non ſolum ex optimatibus, verum etiam ex paucorum potentiis, non quia per ſe ipſæ ſtabiles ſint, ſed quia hi, qui gubernant, recte ſe gerunt tam erga eos, qui ſunt extra Rempub. quam erga eos, qui in Reip. gubernatione

D verſantur. erga eos quidem, qui non participes ſunt gubernationis, non afficiendo ipſos iniuriis, ac præſtantiores ipſorum ad participationem Reip. recipiendo, cupidoſque honoris non deprimendo, neque multitudinem ſuis commodis fraudando. erga illos autem, qui ſocii in gubernanda Reipub. ſunt, humane inuicem, ac populariter ſe gerendo. Hæc Ariſtoteles.

Sic igitur, non fucata, ſed genuina, ac vera virtute, quæ nihil, vel minimum vitii permittat, & conſeruantur gentes, ac regna, ne ruant: ruuntque primum contemptu minorum, dein ſimulatione. Ac, ſicut quilibet in ſemetipſo diſsidijs agitatur,

&

& vexatur, cum rationi appetitus haud conſenſit; ſic tota vniuer- A
ſitas, quæ e ſingulis huiuſmodi cõflatur; qui quoties ſuperant, vt
maius ſit vitium, quam virtus, deletur gens, & opprimitur ab
alia, quę minoribus aliquãdo vitijs eſt obnoxia. Diximus autem
ſupra, bonitatis totius menſuram ſumi ab eo, qui ſit ſapiens,
Deique amicus, ac proinde huiuſmodi, in quo religio cuncta or-
dinet, ac referat ad Deum contemplandum, & fruendum. E qui-
bus patet, malos non modo extrinſecus illatis per alios pœnis
affici quoad bona temporalia, ſed inteſtinis etiam protinus
affligi, atque in primis vnumquemque; &, quando ex vnoquo-
que vniuerſitas gentium, regnorumque conſtat, deinde vni- B
uerſitates totas domeſticis diſcordijs labefactari, & euerti: Id
vero naſcitur à diſiunctione noſtræ mentis à Deo, qui peruadit
intime ſingula, quique continet, complet omnia, ſimulque
coniungit.

*Cum Mali non puniuntur in terris, aut puniri non poſſunt ab ordi-
narijs Iudicibus, Deus illos punit plerumque improuiſo, atroci,
& grauiori modo, vt appareat, temporalem felicitatem
non poſſe cum viuentibus malis commorari. quod
ita eſſe, concluditur etiam de ſententia hiſto-* C
ricorum. Cap. XV.

PVnitur itaque malus ſimul atque admittit
aliquod crimen intimo quodam ſupplicio
doloris occulti: punitur eodem modo vni-
uerſitas tota, quia diſcordijs inteſtinis agi-
tatur, vbi erratis non occurritur, neque ca-
uetur, ne fiant, aut contemnitur eorum cura-
tio. ex quo fit, vt paulatim malũ ſerpens, &
excreſcens totum corpus gentis interimat, maxime vero, vbi D
ſimulatione operitur ſcelus. eſt enim veluti latens vlcus, inti-
meque adnatum, & corrodens, ac, niſi perfecti opem ferant,
qui ſuperent virtutibus hæc vitia, tandemque exterminent,
ſine dubio corruit huiuſmodi gens, ac regnum: quid igitur, ſi
quis ſit bonus in iſta gente, aut regno, & opprimatur, inultus
ne remanebit? Quid item, ſi in maxima gente, ac regno ſit cœ-
tus aliquis paucorum iuſtus, ac vexetur à flagitioſis, numquid
iſti impune abibunt? igitur eluceſcit admirabiliſſime, & illu-
ſtriſsime ſimul diuina prouidentia, & iuſtitia. Non enim ſo-
lummo-

A ſummodo mali pugnant inter ſe, mutuiſque ſe ſe bellis, ac ſeditionibus dilaniant: Sed Deus inuſitato modo interdum plectit, tum ſingulos, tum vniuerſos, atque eripit ex omni ærumna bonos, & innocentes. pleni ſunt libri huiuſmodi euentuum. Necatus eſt Abel à fratre, ille laudibus æternis effertur, hic viuens adhuc punitur timore perpetuo concuſſus, atque exagitatus, nullibi conſiſtens, donec & ipſe interfectus eſt, vt perhibet, à Lamech, ac nepote ſuo. progenies vero ipſius tota eſt aquis diluuij generalis exterminata, ac deleta. Contra vero contigit liberis Seth. ex illo enim prognatus Noe perduxit ad nos
B progeniem ſuam, viuitque adhuc ex illa Enoch, & Elias tranſlati in Paradiſum quendam nobis ignotum. Mathuſalem ſimiliter, ab eodem progenitus, omnium diutiſſime vixit inter mortales annis 969. quam mirabiliter autem ſeruatus Noe? Huius imprecatio proſequitur adhuc pœnis poſteritatem Cham mali, complectitur autem bonis eiuſdem ſupplicatio prognatos à Sem, & Iaphet. Ab illo namque ortus Abrahamus quot, & quanta bonorum temporalium tranſmiſit ad ſuos? Ab Iſmaele enim filio ipſius Saraceni exorti, Agareni, & Arabes, ab Iſaac Chriſtus, Chriſtianorum, omniumque rerum Princeps, ac Do-
C minus. Ipſe vero Abraham, cum Saram coniugem ſuam ſibi raptam videret, cognouit adeſſe adiutorem Deum, qui Pharaonē ob huiuſmodi perpetratum ſcelus ita mulctauit, vt nulla in Aegypto femina conciperet, donec admonitus ille in ſomnis Abrahamo vxorem reddidit, ac plurimis eum donis amplificauit. Idemque contigit Iſaaco, cum Rex Abimelech abſtulit illi Rebecam. Iam, quid dicemus de Iacobo, quoties eum Deus protexit à Laban ſocero, ab Eſau fratre, à Palæſtinis? quid de Ioſepho, qui venditus à fratribus per ſummum ſcelus, deinde etiam coniectus in carcerem, maiori calumniantium flagitio,
D perductus eſt diuino, admirabilique conſilio ad ſummum dignitatis faſtigium, vt non modo fratribus, ſed cunctis Aegyptiis etiam ſecundo poſt Pharaonem loco imperaret? Notiſsima porro ſunt, quibus Aegyptum Deus, quot, & quantis incolas, terram, flumina, aerem, cunctaque illius cladibus afflixerit, ac fœdarit? admirandis autem modis, & numquam ex omni æuo auditis ſeruauit Hebræos, Moyſe Duce. Sed nimis in re clariſsima prolixi ſumus. Nihil aliud enim ſonant eloquia diuina, quā, ſceleſtis eſſe fugacē quādā tēporaliū bonorū felicitatem, ac ne felicitatē quidē, vt caute loquitur ſæpius in libris de Ciuitate

Dei

Dei S. Auguſtinus, qui, licet malis attribuat bonorum tempo- A
ralium copiam, negat ille tamen felicitatem. Bonis autem numquam non in ipſis terris promittitur, atque exhibetur auxilium diuinum, vt ſupra retulimus. Verum, dicit aliquis, iſta quidem contigere Hebræis, non alijs etiam. Atque non illis modo, ſed his præterea ſæpius euenere. Numquid enim non omnium Deus?

Audiamus aliqua exempla, ac Ciceronem loquentem. Hic igitur ita ſcribit: Cum duo quidam Arcades familiares iter vna facerent, & Megaram veniſſent, alterum ad cauponem diuertiſſe, ad hoſpitem alterum. qui, vt cenati quieſcerent, con- B
cubia nocte viſum eſſe in ſomnis ei, qui erat in hoſpitio, illum alterum orare, vt ſubueniret, quia ſibi à caupone interitus pararetur. eum primo perterritum ſomnio ſurrexiſſe, deinde, cũ ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe. tum ei dormienti eundem illum viſum eſſe rogare, vt, quoniam ſibi viuo non ſubueniſſet, mortem ſuam ne inultam eſſe pateretur: ſe interfectum in plauſtrum à caupone eſſe coniectum, & ſupra ſtercus iniectum: petere, vt mane ad portam adeſſet, priuſquã plauſtrum ex oppido exiret: hoc vero ſomnio eum commotum mane ſubulco præſto ad portam fuiſſe, quæſiſ- C
ſe ex eo, quid eſſet in plauſtro: illum perterritum fugiſſe, mortuum erutum eſſe, cauponem re patefacta pœnas dediſſe. Hæc Cicero.

Lib. 8. At Gregorius Nyſſenus libris de Philoſophia, cum de prouidentia ſermonem facit, Peccatorum, inquit, ſequens ſupplicium, magis autem ſcelerum detectio, cum nullus quandoque adſit, qui redarguere poſſit, ac fuerit opus, in apertum prodit: qualium ſane hiſtoriarum pleni ſunt libri, tum Hebræorum, tum Gentilium. talis enim eſt in ſcriptura noſtræ Suſannæ afflictio, in his autem, quæ apud gentiles comperiuntur, Ibyci poe- D
tæ interitus. Nam, cum necaretur hic à quibuſdam, neque haberet vllum vel adiutorem, vel inſidiarum teſtem, grues forte ſuper volantes intuitus, exclamauit, O Grues vindicate meam necem. Cum vero Ciuitas Corinthiorum latrones perquireret, neque poſſet comperire, congregato in theatrum populo, ac plebe conſidente, contigit, vt grues ſuperuolarent, quas intuiti homicidæ, irridentes, dixere: En vltores Ibyci. Audijt hoc eorum quidam, qui prope aſſidebant, ac Principi annuntiauit, illique comprehenſi homicidium confeſſi ſunt. Plurimo-

rum

A rum porro id genus multitudo in veterum libris eſt deſcripta: quæ ſi quis congregare vellet, hunc ſermonem in magnitudinẽ prorſus infinitam protenderet. Si vero non omnibus, qui peccant, idem redargutionis, aut manifeſtationis modus contingit, ſed aliqui effugere videntur, nemo propterea prouidentiam neget. Hucuſque Nyſſenus.

Beſſus, inquit Plutarchus libris de ſera numinis vindicta, cũ patrem ſuum necaſſet, diuque id ſcelus clam fuiſſet, cum poſt aliquod tempus ad hoſpites quoſdam cenatum iſſet, nidum quendam hirundinum haſta incuſſa deiecit, pulloſque interfe-
B cit. cumque ij, qui aderant, quærerent, vt fieri ſolet, quanam de cauſa impulſus rem tam inſolentem egiſſet, reſpondit: Non inquit, auditis, hirundines falſo de me vociferari, & teſtari, me patris mei eſſe interfectorem? Mirati qui intererant, hunc ſermonem ad Regem detulerunt, reque certis indiriis comperta pœnas luit Beſſus. Hactenus Plutarchus, qui multa huiuſmodi narrat. Atq; vt ait Nyſſenus, talium rerum pleni ſunt libri hiſtorici. nam plerumque ex iis diſcimus, calamitatum cauſas referri in peccata. Hinc Cicero iure dixit, Hiſtoria eſt teſtis temporum, lux veritatis, vitæ memoria, magiſtra vitæ, nuntia ve-
C tuſtatis. Quid eſt enim Magiſtra vitæ? Annon, quia per eam cognoſcimus in hac ipſa, quam uiuimus, vita, plerũq. exeri aduerſus impios, & iniquos diuinæ vltionis gladium? vt ſcilicet hinc diſcamus, quomodo ſit nobis uiuendum. Quocirca paſſim teſtantur hiſtorici, à ſuperis puniri ſcelera in terris adhuc uiuentium. Sic namque Herodotus in Melpomene. Ad finem exiſtunt, ait, acres ualde, & inuidioſæ ultiones Deorũ in homines. Idem repetit in Vrania referens exempla inumera. Eodẽ modo Thucydides inducit libro primo ita loquentes Corinthios, qui Lacedæmonios hortabantur ad bellum: Decet cum multis de
D cauſis fidenter uos ire ad bellum, tum Dei reſponſo, qui ſe quoque adiutorem fore pollicetur, adiutrice etiam reliqua Græcia partim ob metum, partim ob utilitatem. Neque ideo fœdera priores rumpetis, quia Deus ipſe, qui nos iubet bellare, cenſet illos uiolaſſe, ſed auxilium fœderibus ruptis potius feretis. Xenophon autem Pædię libro primo tradit, cælites iis eſſe placabiles, qui in rebus ſecundis ipſos coluerunt. Cyrumque libro octauo inducit loquentem cum filiis, & monentẽ, ne quid ſceleris admittant, quod ſuperi in malos adhuc uiuentes uindictam ſoleant exercere. Et libro tertio de Cyri minoris expe-

ditione, aſſerit in primis periuros à Deo caſtigari, & propter innocentiam ſolere ipſum ex abiectiſſimo ſtatu extollere in altum bonos, atque ex altiſſimo in humilem deprimere impios: & ſexto affirmat, Deum uindicem eſſe in terris arrogantiæ, & ſupebiæ. Similiter Diodorus Siculus refert Nicolaum Syracuſanum hæc dicentē: Populus quidem Athenienſis temeritatis, ſocordiæque ſuæ dignum utiq; ſuplicium tuliſſe uidetur à Diis immortalibus primum, deinde à nobis, quos nefaria iniuria læſerant. Numen profectò per ſe potens, atque paratum ſtat intenta in eos ira, qui uiolato gentium iure, bellis iniuſtis diuina, humanaque confundere omnia pergunt, quique ſuaſmet ipſi opes, & faſtigia rerum humanarum ferre neſciunt, eorum plerumque audaciam, uerecundiamque inopinis calamitatibus, extremiſque malis uel obruunt Dii, uel coercent. Hæc ille. Similia plurima colligi poſſent ex aliis hiſtoricis, qui, probe euenta ſingulorum perpendentes, coguntur in diuinas cauſas à meritis horum, demeritiſue ſumptas, ea referre. A *Lib. 13.* B

Iam, quis recenſere hæc omnia poſſit, quæ aduerſus impios, & ſacrilegos ab iiſdem referuntur? Sunt enim multo illuſtriora, & grauiora? Et, licet aliqui falſa numina colerent, cum tamen crederent ea uera, peccatumq. ſit in uoluntate, ubi ſtatuerit aliquid perpetrare contra id, quod credit, peccabant illi, nimirum ſic affecti, ut admiſſuri eſſent crimen, etiam ſi uera forent ea numina, quę colebant, quando etiam cuncti, præter alia, reſpicerent ſupremam quandam diuinitatem cui ſubiicerentur quæcumque eſſent, ſiue ſupera, ſiue humana: Ob id igitur Deus permittebat, admirabilia plurima conſequi in illos, qui ſcelus aliquod impietatis admiſiſſent. Colligit ea proprio capite Valerius Maximus. non eſt opus huc transferre. C

Ad ſummam, cognoſcimus, prauos in terris à Deo ſepius ſpeciatim puniri, quod eis inuſitatæ clades, improuiſæ, ſubitæ & grauiores, quàm bonis, eueniāt; omnium uero grauiſsimæ, impiis, quod hiſtorię cunctæ teſtificantur, contingunt, quod ſcilicet temporalia bona à uirtutibus, & in primis à religione pendeant, & conſeruentur. D

Cum

A *Cum boni haud perducuntur ad temporalium felicitatem modis ordinarijs, atque vſitatis, Deus ſolet eos promouere extraordinarijs, atque inuſitatis. quod probatur aſſertione hiſtoricorum, communi omnium ſenſu, maximi Philoſophi, & Imperatoris. Cap. XVI.*

ET quemadmodum pœnæ longe maiores diuinitus exiſtunt in facinoroſos, ita bonis admirabilia quædam ſolent accidere, propter B quæ liberātur ab imminēti aliquo periculo, aut modis ordinarijs deficientibus, hominibuſque per extraordinarios à Deo ad aliquā felicitatem perducuntur. Bonus uero dicitur à nobis reſpectu alterius, non ita boni cunctis examinatis, quæ faciant ad præſentem cauſam, Deique iuſtitiam, ut Cæſar reſpectu Pompeij uideri poſſet, quod ille clemens eſſet, ac parem ſibi in rep. pateretur, hic cum ſuis omnibus crudelior foret, ac neque parem ſibi ullum uellet, ut tum Plutarcus in uita illorū, C tum Cicero ipſe multis in locis teſtatur, quamuis Cæſaris inimicus. Quamobrem bonus Cæſar, Pompeio comparatus, ſed tamen re uera ambo mali, quibus uteretur Deus, ait Plutarchus, tanquam carnificibus aduerſus malos, ut ſe ſe inuicem conſumerent, quaſi lupos hyenæ. Et quidem nos ſupra attulimus exempla ſumpta e diuinis litteris eorum, qui diuinitus erepti ſunt e magnis periculis, & collocati in aliquo felicitatis gradu, depreſſis, aut caſtigatis iis, a quibus impetebantur. Hic uero agemus tantum de reliquis, quorum mentio nulla habetur in ſacris libris, & ſunt eucti à Deo ad aliquam temporalium bono-
D rum partem, propter aliqua merita ipſorum. Nam, ſi, inquit *Li. 2. de nat.*
Cicero, omnibus hominibus, qui ubique ſunt, quacumque in *Deo. 1. ratio.*
ora, ac parte terrarum ab huiuſce terræ, quam nos incolimus, continuatione diſtantium Deos conſulere cenſemus, ob eas cauſas, quas ante diximus, his quoq; hominibus cōſulunt, qui quaſi magnam quandam inſulam incolunt, quam nos orbem terrę uocamus, etiam illis cōſulunt, qui partes eius inſulæ tenent, Europam, Aſiam, Africam, ergo, & earum partes diligunt, ut Romam, Athenas, Spartam, Rhodum, & earum urbium ſeparatim ab uniuerſis ſingulos diligunt, Pyrrhi bello Curium,

Fabricium, Coruncamium; primo bello Punico Calatinum, Duillium, Metellum, Lutatium; Secundo Maximum, Marcellum, Africanum; poſt hos, Paulum, Gracchum, Catonem; patrumq. memoria, Scipionem, Lælium, multoſq. præterea, & noſtra Ciuitas, & Græcia tulit ſingulares viros, quorum neminem, niſi iuuante Deo, talem fuiſſe, credendum eſt. quæ ratio Poetas, maximeq. Homerum, impulit, vt Principibus Heroûm, Vlyxi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli, certos Deos diſcriminum, & periculorum comites adiungerent. Hæc ille: Qui rurſus eodem libro ſcriptum reliquit: Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu diuino vmquam fuit. Ita Cicero: Excellentes non ſola probitate, ſed etiam prudentia viros a Deo, & datos hominibus, & amplificatos aliqua felicitate decernẽs. Verum nos, quæ ſingulorum videntur eſſe, perſequamur. Nota eſt hiſtoria Virginis illius Veſtalis, quæ, falſo inſimulata, quod pudicitiam violaſſet, ad innocentiam ſuo miraculo comprobandam cribro hauſit, & geſtauit aquam. A B

Quis hic ignorat, quæ de Socratis genio ſcripta ſunt, vt ille ab hoc ſæpius fuerit ex impendentibus malis liberatus? Haud diſputo hic, bonuſne, an malus fuerit genius. Nam & homine malo vti Deus ad bonum poteſt. Nota eſt hiſtoria Simonidis: nota huiuſmodi multorum. C

Antiqui certe, cum viderent innumera contingere, ad infelicitatem, felicitatemq. facientia, præter efficientiam noſtram, fortunæ, & caſui ſolebant illa adſcribere. Nam fortuna dicitur cauſa eorum, quæ contingunt in alijs. Sed, quando hæc cauſa eſt per accidens, (quod enim contingit, non oritur ab actione humana, vt humana eſt, ac procedens ab electione, & ſcientia, alioquin ſemper, aut plerumque contingeret hominibus, vel alijs rebus efficientibus, atque ob eandem rationem ab alia cauſa, quæ ſit in hominis poteſtate) iccirco Philoſophi iure hanc cauſam per accidens, ſiue per aliud, reuocarunt ad cauſam, quæ per ſe eſt cauſa euentus fortunati, ac fortuiti. Omne namque, quod eſt per aliud, non per ſe neceſſario, vt apparet, reduci debet ad illud, per quod eſt. Atque hæc eſt cauſa. Ac iure Ariſtoteles dixit, hanc cauſam vel eſſe naturam, vel intellectum. Et, quando intellectus omnis dependet vna cum natura a Deo, qui eſt primus intellectus, ſecunda namque a primis, non prima à ſecundis pendent, vt bene idem ſcripſit, ob id Deus eſt cauſa huiuſ- D

Phyſ. lib. 2. tex. 6. Metaph lib. 12. tex. 38.

A huiuſmodi felicitatis.hinc ille; Caſus, ac fortuna cauſæ ſunt eorum, quorum aut intellectus cauſa ſit, aut natura, cum ſecundum accidens cauſa aliqua ſit horũ ipſorũ,nihil autem ſecundũ accidens eſt prius ijs,quæ per ſe ſunt.manifeſtum eſt,quod neq; cauſa per accidens prior eſt ea,quæ eſt per ſe. poſterior itaque caſus eſt,atque fortuna,& intellectu, & natura. quare, ſi quam maxime cæli cauſa eſt caſus, neceſſe eſt, prius intellectum, & naturam eſſe, & actionum multarum, & huius vniuerſi cauſam. Hæc Ariſtoteles. Rurſus,idem, vt ſupra attulimus, aiebat, à ſapientibus prouideri in contemplatione hanc cauſam,
B dum mouentur ad agendum id,ex quo ſequitur felicitas,atque hos plerumque eſſe felices. Atque hoc eſt, quod Cicero aſſerebat,nullum virum eſſe ſine afflatu diuino magnum. Diximus, Noe,Abrahamum,Iſaacum,Iacobnm,Ioſephum,Moyſem liberatos eſſe e magnis periculis. Eoſdem libro ſequenti à Deo cognoſcamus afflatu eiuſdem perductos ad magnam felicitatem: ac,veluti capite ſuperiori aperuimus, malos mirabili quodam modo punitos à Deo,cũ non puniuntur, aut puniri nõ poſſunt ordinariis hominum modis,hic explicemus, bonós remunerari in terris à Deo, ſimiliter admirabili quadam via,cum non re
C munerantur,neque prouehuntur ad felicitatem bonorum temporalium ab hominibus.

Extant duo libri à Plutarcho confecti de fortuna, & virtute Romanorum,& Alexandri, quibus apertiſſimum facit, hos ad tantam bonorum temporalium felicitatem perueniſſe virtutibus fultos,atque adiuuante ipſos fortuna,ſiue ipſo Deo, qui ſupplebat ope ſuà, modiſque inſolitis, quod virtuti deerat hominum culpa,ac modis vſitatis.

Extat alter eiuſdem libellus, de fortuna, ac virtute,quo in vniuerſum palam facit,fortunam virtuti adeſſe, vt hominem fe
D licem faciat, alioquin infeliciſſimum facere, attollens ad aliquod altiſſimum faſtigium,ex quo præcipites agat malos, modis, vt dicebamus, inuſitatis. Id probat ipſe multis exemplis, & argumentis, quæ nolumus exſcribere, quod apud eum videri poſſint, & hic alia recenſere velimus, quæ ſunt ab ipſo omiſſa.

Sic igitur illud vetus videtur verum, ſi referatur ad Deum ſingula quæque promouentem,& quod fortunæ aſcribitur prouidentem.

Virtute duce,comite fortuna.

Hinc

Hinc Lyricus canit. A

Fortuna ſed vim promouet inſitam.

Niſi inſit igitur, nihil promouebit, verum deiiciet. Vt autem Deus promoueat, immittit penitus etiam virtutes; alioquin attollit, vt caſu grauiori alliſſos confringat, & conterat. Sic Princeps ille apud Poetam Latinum affatur filium.

Diſce puer virtutem ex me, veroſque labores,
Fortunam ex aliis.

Quin ipſe Ariſtoteles, quæcumque in vniuerſum faciunt ad rectum ciuitatis ſtatum, reuocat ad fortunam, ac proinde ad ipſum Deum. Sic enim libro Politicorum ſeptimo, cap. 12. Dicere, voti eſt; euenire autem, fortunæ. Hæc vero inter nullos populos magis apparent, quam rectæ religionis cultores, quos videmus ad felicitatem perduci quibuſdam modis omnium maxime inuſitatis, & ſingularibus, vt, quemadmodum ſunt ſingulares in diuinæ veritatis, ac ſacrorum cultu, ſint etiam in rerum temporalium largitione, ac tuitione. Diximus ſupra, quomodo populus Hebræus, eorumque primi patres ab Abrahamo prognati ad bona temporalia, adeptionemque illorum in Palæſtina perducti fuerint. Videamus, quibus fuerint calamitatibus liberati, & in libertatem, & rerum ſuarum, felicitatem reſtituti. B C

Iud. c. 8. Inter inuſitatos autem modos eſt ille potiſſimum, quo Gedeon occidit innumeros Madianitas, cum non haberet ipſe niſi milites tercentum, qui copias hoſtium maximas fuderunt; cum de nocte clamaſſent Gladius Domini, & Gladius Gedeonis; comploſiſque in circuitu caſtrorum lagenis, quibus lampades erant incluſæ, buccinis inſonuiſſent, qua vociferatione excitati hoſtes, ac ſuſpicati, Hebræorum exercitum eſſe longe maximum, qui circumſiſteret caſtra, ſe in fugam dederunt, improuiſo pauore perterriti, palanteſque ab Hebræis ad vias occurrentibus occiſi ſunt, opeſque maximas, quibus ditati ſunt Iudæi reliquerunt. D

Huic haud diſſimile eſt euentum Sampſonis, cum toties Philiſtæos fudit, eorumque bona diripuit. quæ omittimus, quod nemo non ſciat.

Admirabile eſt illud etiam, cum à Samuele Philiſtæi ſimiliter interfecti ſunt. Nam, cum poſita eſſent vtrimque caſtra Philiſtæorum, & Hebræorum, & vterque populus agmina explicaſſet, tot, ac tanta e cælo tonitrua extiterunt aduerſus il-

A los, vt, exanimati timore, in fugam ſe dederint, & occiſi fuerint.

Sed illud in his tribus euentis, quæ poſt ingreſſum Hebræorũ in Palæſtinam, trãſito Iordane, fuere omnibus mirabiliora, eſt obſeruandum, non contigiſſe illa, niſi religionis, ſacrorumque interuentu. Duobus enim primis iuſſit Angelus, humana ſpecie apparens, poni carnes ſuper petram offerendas in holocauſtum Deo, quas ignis e cælo delapſus conſumpſit. Similiter, cum Samuel obtulit eodem modo holocauſtum, tonitrua perterrefactos Philiſtæos fugarunt, vt diſcamus ſcilicet à reli- *Iud. c. 6. & 13.*
B gione huiuſmodi modos oriri. Sic, cum populus Hebræus ingreſſus eſt Palæſtinam, præceſſit arca Dei geſtantibus eam Sacerdotibus, ac ſubſiſtente Iordanis curſu; ad eiuſdem ſimiliter arcæ circumlationem ſacerdotemque clamorem muri Hiericuntini ceciderunt, captaque eſt Vrbs. *Reg. c. 7.*

Cum vero magna imperia, quin regna omnia concidere diſcamus, ex hiſtoriis, ob luxum, vitia, contemptaſque virtutes, acquiri ſcimus illa victoriis bello partis. In his vero teſtis eſt multis in locis Commentariorum Cæſar ipſe, fortunam plurimum valere, cuius euenta referri ad Deum diximus,
C ſicut ipſe etiam ſcribit. Sic enim lib. 6. Multum cum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna poteſt. At primo, Conſueſſe, ait, Deos immortales, quo grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro ſcelere eorum vlciſci velint, his ſecundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere. Hæc ille. Quocirca in diuina ſcriptura Deus vocatur exercituũ Deus, ac Sabaoth, qui iis profit, ac victorias largiatur, vel cũ veræ religionis cultores expians à delictis, permittit profligari, ac ſubiici per aliquod tempus impiorum poteſtati, vel cum delet omnino flagitioſos, eoſ-
D que, atque ipſorum bona adiudicat bonis. Sic igitur apparet, vel ordinariis modis temporalia pendere à virtutibus, & Religione, vel cum deficiunt iſti, extraordinariis, Deo nimirum ſingula prouidente, ac diſponente.

Ex hi-

Ex hiſtoria omnium rerum naturalium gradibuſq. earum, manifeſtum fit; bonorum temporalium felicitatem non poſſe eſſe ſine virtutibus, ac religione, ac felicius bonis eſſe, quam malis, eo, quo diximus, modo. A

Cap. XVII.

Sed enim, quid eorum, quæ generantur, & corrumpuntur, hanc veritatem non teſtatur? Videmus, earum ſex differentias ordine ſuo. In primis elementá, quæ per partes B intereunt, ac gignuntur. dein mixta imperfecta. ſequuntur perfecta inanima. poſt hæc ſunt vegetabilia, ſentientia, rationalia.

Ex his prima ſecundis, ſecunda tertiis, hæc quartis, ac deinceps aliis alia ſubiici, & ſeruire. Ex elementis componuntur vapores, nubes, grandines, imbres, niues, & quidquid eſt huiuſmodi. Hinc madefacta, & fecundata tellus cõcipit reliquis cauſis accedẽtibus, lapidum, metallorumq. innumeras ſpecies. Atque ita dant rebus primi generis elementa, quod eſt ſuum, ac ſubminiſtrant ſuas partes in earum naturam, corporaq. tranſferendas, ſibiq. pereunt. Hæ rurſus concipiendis, & procreandis lapidibus, & metallis ad varios vſus. Atqui lapidum, metallorumq. loca, certis herbarum, & arborum generibus gignendis, atque educandis proficiunt, tranſeuntq. colliquefacta, & attrita in earum corpus, ac ſibi pereuntia dant ex ſe nonnullas huiuſmodi, quas concipiunt, atque alunt. Cognoſcimus deinde, belluas paſci ex herbis, arborum fructibus, & fruticibus, has a bellis abſumĩ, & conuerti in ipſorum ſubſtantiam. Quid homo? nonne his omnibus dominatur? nonne in vſus cuncta ſuos, quin aliqua in ſui corporis naturam conuertit variis modis? quibuſnam modis, quæſo? mentis vſu, arte, prudentia. Igitur, quicumque hac pollebit, hic vniuerſitati rerum mirabiliter imperabit, ac dominabitur. C D

II. Contemplare autem, quidquid telluris non ſeruit herbis gignendis, lapidibus, mixtisve imperfectis, id eſſe totum deforme, arenis ſcatens, horrendum, nihil habens in ſe iucundi, & optabilis. quippe id, quod ſuperiori naturæ haud ſubijcitur, omni bono caret. Idem diximus de aquis, quæ neque potari poſſunt, neque vel cibis parandis, veſtibus abluendis, irrigandisve ſatis

A commodæ ſunt. illæ enim, quaſi peſtilentes, vermes procreant, fetent, ab omnibus animantibus paulo nobilioribus fugiuntur, quod ſcilicet omnia, quæ menti humanæ, ſiue hominibus fructuoſa non ſint, cadant ab omni temporali bono. Idem dicimus de aere inſalubri, caliginoſo, craſſo. ſub illo namque haud degunt niſi ſerpentes, aut ſi quæ beſtiæ cuncta redigunt ad vaſtitatem, horrorem, ſolitudinem. Amplius autem, niſi terra veſtiatur herbis, fruticibus, arboribus; niſi mare adornetur piſcibus, aer auibus frequentetur, ignis tot, ac tantis producendis ſeruiat, ac denique elementa ſeſe inuicem ſimul non commi-
B ſceant, opus erit, vt terra ab aquis vndique ſecreta ſit, inſtar cineris circa centrum vndique conglobata; ac tollantur tot res, earum ſpecies, ac genera; & nequidquam celum circumuoluatur, cum nulli rei gignendæ quidquam conferat.

Rurſus, niſi pluuiæ, niues, venti, nubes, grandines, pruinæ, glacies, tempeſtates, aliaque huiuſmodi ſint ita temperata, vt herbis gignendis, fructibus, arboribuſq. alendis, aut lapidibus in aliquem vſum commodis efficiendis proſint, Atque ita res iſtæ ſecundi generis, niſi tertii, vel quarti ordinis rebus ſeruiant, ac proinde etiam quinti, & ſexti, an non
C cuncta reuoluentur in antiquum Chaos? Nam nihil aliud erit in orbe, niſi elementorum prælia, illorumque turbulenta confuſio, & perpetua quædam digladiatio. Quod ſi de mixtis perfectis agamus, ſaxis, marmoribus, lapidibus, gemmis, vnionibus, margaritis, auro, argento, ære, ferro, ſtanno, plumbo, ac reliquis huiuſmodi metallis, aut foſſilibus, niſi ſint iſta diſpertita per terras, & aquas, vt locus non ſit quarti ordinis rebus producendis, quales ſunt herbæ, frutices, arbores, peribunt omnia. Fac enim, cuncta concreſcere in huiuſmodi corpora, & occupare vniuerſam terram, ſine dubio neque
D terra erit, neque res ordinis inferioris. e ſilicibus enim non excuduntur à calore vapores, e quibus coaleſcunt nubes, imbres, venti, & reliqua huiuſmodi naturæ. quæ niſi ſint, nihil producetur, vniuerſa interibunt viuentia in terris. Quamobrem neceſſe eſt, hæc ita diſtributa ſint, vt ex eorum moderatis qualitatibus oriantur herbæ quædam, frutices, & arbores, quæ gaudent vicinitate huiuſmodi foſſilis alicuius, aut lapidis, & aliæ, quæ paſcendis animantibus, aut iuuandis hominibus ſunt vtiles verbi gratia ilices, orni, ſaxifragia, ſemperuiuū, hyſſopus, parietaria, paronichia, muſcus, cappares, capri-

fici e ſaxis erumpunt, illiſue adnaſcantur. alioquin lapides nudi quid habebunt boni? A

En igitur, vt ſingula ſint ad vſum ſuperioris naturæ, alioquin vniuerſitas rerum peribit, neque ſtabit ipſa quoque inferior natura, cum ſit affinitas, & cognatio quædam rerum. Verum namque illlud Dionyſii Areopagitæ: Vltimum ſuperioris contingi à primo inferioris ordinis. Inferiora autem ſic ad vſum naturæ ſuperioris ſunt, vt ſuam transferant in horum ſubſtantiam, naturaliterque propendeant in hunc finem. Quæ propenſio ſi remoueretur, non eſſent illa, aut omni bono, ac decore ſpoliarentur. Nam, quo pauciores alicuius rei ſunt B effectus, aut debiliores, eò deterior, tenuioris eſſentiæ, ac denique minus eſt illa. Debilior vero eſt effectus, qui ſuperiori naturæ minus appropinquat, minuſque ſeruit.

III. Quocirca, veluti cuncta adducuntur ad nihilum, niſi inferius ſeruiat ſuperiori, in eius ſubſtantiam tranſeat, ſiue copuletur, aut ancilletur, inuicemque ab hoc confirmetur illud, vt efficacitate ſit maiori, ſic nonnulla tantæ ſunt efficacitatis, vt eorum ſubſtantiæ nō ſoleant facile transferri in ſubſtantiam proxime ſuperiorem. Verumtamen, ſiquod eſt tale, id maxime ſeruit rationi, vt bene ſit. Ob id homo lapidibus, quæ C minimum ſubiiciuntur vegetabili naturæ herbarum, fruticum, arborumque, vtitur ad varios vſus. Ni id ſit, quæ lapidum foret vtilitas, quid boni haberent? Vt habeant, ab hominis ingenio ſit. Adeo bona inferioris naturę pendent à ſuperiori.

IV. Finge enim præterea, belluas cunctas homini non parere, neque hunc eſſe tanta induſtria, vel iudicio, vt eas valeat edomare, capere, vincere, vel illas eſſe tanta feritate, verſutiaque, vt vix adducantur in hominis poteſtatem. Certe hic non poterit eis vti ad cibum ſuum, non poterit ad alios D vſus. Verum cuncta ab illis proterentur, deformabuntur. Ipſæ autem ſeſe inuicem conſument, & vbicumque fuerint, non erunt ibi, niſi luſtra ſqualentia, auia, ſpinis, tribuliſque obſita, ſerpentum plena, & crudelium ferarum, quæ ad horrorem, & interitum ſingula perducant.

Contra autem, quæ vel ipſa mactatione, ſuique abſumptione ſeruiunt homini, mirum, quomodo magis eſſe, ac magis propagari, & amplificari videamus. Nam cuſtodit homo huiuſmodi animantia à feris inimicis, vt oues à lupis, leonibus;

A leonibus; cuſtodit ab iniuriis, nocumentiſque elementorum, vt tectis greges includit, ne madefacti imbribus emoriantur. Quamobrem videmus, quæcunque animantia ſunt, eiuſdem ſpecies fera ſimul, ac manſueta, ex his plura eſſe, quam ex illis. Verbi gratia, ſunt equi feri, ac manſueti, gallinæ, anſeres, columbæ. Atqui pauciſſima ſunt ex his fera in ſiluis; plurima vero ſunt manſueta. Quin ipſe auctor totius naturæ Deus ita inſtituit horum naturam, vt, quæ homini maxime ſeruiunt, ea maxime ſint fecunda, vt columbæ, quæ ſingulis menſibus pariunt; gallinæ, quæ interdum ſingulis diebus oua edunt, ex
B quibus pulli excuduntur; paſſeres ipſi, & hirundines in domibus nidificantes, quaſi hominibus ipſis quamplurimos fetus edant.

Adeo ſcilicet inferioris naturæ bonum pendet ab hoc, vt ſuperiori naturæ ſeruiat, ac ſui detrimentum faciat propter illam Nam, cum perit liquod huiuſmodi, quoad indiuiduum, ſiue quoad aliquam ſui partem, in reliquis maxime amplificatur, ac viuit, Verbigratia, quoad ſpeciem per ſuas partes propagatam, ſic enim perpetuarur, ac multiplicatur quoad plura indiuidua, ac plures effectus, vt apparet. Nam & indiui-
C duum ipſum vlut interire, vt ipſius effectus, aut proles conſeruetur, ac pater amat pro filio mori, quia ſic magis quodammodo per eum, qui eſt pars ipſius, atque a ſemine ipſius parte procedit, viuit, ac perpetuatur, magiſque ad primam ſubſtantiam accedit, ad Deum omnium bonorum fontem, totiuſque naturæ, & eſſentiæ immortalem cauſam. Nam præclare Ariſtoteles. quoniam enim in omnibus aſſerimus, quod melius eſt, naturam ſemper deſiderare, melius autem eſſe, quam non eſſe, eſſe autem quot modis dicimus, in alijs dictum eſt. hoc autem in omnibus impoſſibi- *Lib. 2. de gen. tex. 59.*
D le eſt exiſtere propter aquod longe à principio (Deo) diſtant, reliquo modo cõpleuit vniuerſum Deus perennem faciens generationem. ſic enim maxime continuabitur ipſum eſſe, quia proximum eſt ſubſtantiæ, fieri ſemper generationem.

Rurſus, expendamus & illud. Sunt aliqua, quæ non reſoluuntur in res ſuperioris naturæ, ſed in ea, compoſitionemq. eorum transferuntur iſtæ. atq; hæc perfectiſſima ſunt maxime vtilia ad commune commercium, ſocietatemq. ineundam. Exempli gratia: Aurum nullo igne conſumitur. in ipſum per VI.

cauſas naturales cetera metalla longitudine temporis conuertuntur, ipſum vero in nulla. Quis eſt igitur vſus eius, niſi ad medicinas, niſi ad commercia, quibus vniuerſum genus humanum colligatur, mutuaq. conſuetudine vtitur ad amorem ingenerandum, veri boniq. appetitionem. Idem dicimus de Carbunculo, cui nihil per ignem deperit, ac detrahitur. His proxime accedunt nobiliora metalla, gemmæ, & quidquid eſt huiuſmodi. Quibus ſiq. abutuntur, iam non res vocatur in crimen, ſed hominis peruerſitas a ratione ad belluinam naturam deſciſcentis, & a gradu ſuperiori ad inferiorem ſeſe deiicientis. A B

VII. Sic inter arbores ſunt aliquæ quodammodo immortales, veluti cedri, iuniperus, quin ebenum volunt igni reſiſtere? quæ maxime teſtantur, ſe in primis nata ad hominum commoditatem, quando aliarum rerum, quæ ſint ordinis ſuperioris, generationi, aut educationi nihil admodum proſint, neque ſint obnoxia corruptioni, quæ præcedit omnē generationē, neque fructus prope vllos edant. Homo tamen, ſicut innumeris alijs, ita his ingenioſe vtitur ad multa. vt appareat, natum, qui vniuerſitati rerum dominetur ingenio ſuæ mentis.

Lib. 8. c. 40. Quocirca, quæcumque animantia maxime accedunt ad hominis imitandam prudentiam, ex inſtinctu quodam naturali, quo dignoſcunt modos aliquos ſingulares aſſequendi proprij boni abſque vlla ratiocinatione. hæc alijs animalibus præſtant quadam quaſi felicitate, & illis dominantur vel ſagacitate, vel viribus, vel vtroque. id vero maxime, ſi ſeruiant humanæ diſciplinæ. Exemplum ſumatur a canibus, & equis. De quibus ita Plinius: Fideliſſimus ante omnia homini canis, atque equus. Pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus, confectumq. plagis a corpore non receſſiſſe, volucres, & feras abigentem. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percuſſorem domini, laniatu, & latratu coactum fateri ſcelus. Garamantum Regem canes ducenti ab exilio reduxere, prœliati contra reſiſtentes. Propter bella Colophonij, itemq. Caſtabalenſes, cohortes canum habuere: eæ primæ dimicabant in acie, numquam detrectantes. Canes defendere, Cimbris cæſis, domus eorum plauſtris impoſitas. Et mox, poſteaquam recitauit admiranda exempla dilectorum ab eis dominorum, ſagacitatiſque, & memoriæ incredibilis, addit ita ſcribens; Indiam C *Ibidem.* D

petenti

A petenti Alexandro Magno, Rex Albaniæ dono dederat inuſitatæ magnitudinis canem, cuius ſpecie delectatus, iuſſit vrſos, mox apros, deinde damas emitti, contemptu immobili iacente. eaq. ſegnitie tanti corporis offenſus Imperator generoſi ſpiritus, eum interimi iuſsit. Nunciauit hoc fama Regi. Itaque alterum mittens, addidit mandata, ne in paruis experiri vellet, ſed in leone, elephantoq. duos ſibi fuiſſe: hoc interempto præterea nullum fore. Nec diſtulit Alexander, leonemq. fractum protinus vidit. Poſtea elephantum iuſſit induci, haud alio magis ſpectaculo lætatus. Horrentibus B quippe per totum corpus villis, ingenti primum latratu intonuit: mox ingruit aſſultans, contraq. belluam exurgens hinc, & illinc, artificis dimicatione, qua maxime opus eſſet, infeſtans, atque euitans, donec aſſidua rotatum vertigine afflixit, ad caſum eius tellure concuſſa. Hæc de canibus. At de equis poſtquã retulit, equos Alexandri, & Cæſaris non admiſiſſe dorſo ſeſſores alios, quaſi indignarentur ab ignobilioribus premi, adiicit: Scythæ quidem equitatus, & equorum gloria ſtrepunt. Occiſo denique ipſorum Regulo ex prouocatione dimicante, hoſtem, cum victor ad ſpoliandum veniſſet, ab equo eius ictibus, morſuque C confectum. Alium, detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coitu, petiiſſe prærupta, atque exanimatũ. Et mox: Philarchus refert, Centaretum e Galatis, in prœlio occiſo Antiocho, potitum equo eius, conſcendiſſe ouantem. at illum, indignatione accenſum, domitis frenis, ne regi poſſet, præcipitem in abrupta iſſe, exanimatumq. vna. Refert deinde exempla plurima, & admiranda ingenij equorum.

Sic igitur animantia huiuſmodi amiciſſima, præſtant eadẽ ingenio, cæteriſq. dominantur: quod ille nimirum ſit omnium ſenſibilium finis, cui magis quæ ſeruiunt, eadem & reliquis an- D tecellunt, ac potioribus bonis abundant. Nam ſuperiori ſubeſſe, eſt felicius eſſe.

Quamobrem, quæ inimica ſunt homini animantia, ſunt omnium infeliciſſima, pluribuſq. aliorum inimicitiis maxime obnoxia. Hinc ſerpentes hominibus infeſti, ſentiunt omnium maxime animantia reliqua infeſta, nimirum ciconias, aquilas, vultures, miluos, ceruos, muſtellas, ſues, lacertas, gallinas, teſtudines, ichneumones, araneos. Adeo ſcilicet omnia ſeruiunt homini. quin ipſa terra non vult recipere ſerpentem, ſi momorderit hominem, quod huic ſe factam quodãmodo agnoſcat. vul- *Plin. Lib. 2. c. 63.*

pes,

pes, ac lupus, inter ſe exitialiter prœlia cōmittunt, illi præterea circus accipitur, cornix, & ardeola ſunt infenſi, hyenæ, canes, & aliæ multæ beſtiæ. Leo non audet hominem attingere, niſi fame compulſus &, quod mirum dictu ſit, roganti, vt parcat quaſi audiat nobiliſsimas preces, cedit, ac parcit. Sic igitur imperium ſuperioris cuncta mirabiliter excipiunt, quamuis alioquin efferatiſsima: ipſi etiam ſerpentes, ac ſurdæ aſpides, quæ exaudiunt vocem venefici incantantis ſapienter. A

Sicut autem, quæcumque animantia ſunt homini fida, præcellunt ingenii docilitate. Sic, quæ generoſiora naturaliter, etiam alioquin præſtantiora. Aquila namque inter volucres, pro homine aduerſus ſerpentes pugnans, Elephas inter quadrupedes, Delphin inter piſces quendam nobilitatis principatum tenent, & homini maxime ſunt amica, Sed quando non poſſunt hæc ita haberi à nobis, & intra domos ali, ac doceri, vt canes, & equi, iccirco hi maxime aſſequuntur hominis diſciplinam. Qui miranda cupit de Elephante, ac Delphino cognoſcere, legat Aelianum, Plinium, Ariſtotelem. nobis hic exſcribere cuncta, nihil ad rem facere videtur. B

Ad ſummam, cum ſex rerum, quæ corrumpuntur, ac generantur, gradus enumerauerimus, apertiſsimum fit, inferiora ſeruire ſuperioribus, ita, vt illa tranſeant in horum ſubſtantiam, vel his operas dent ſuas, ſuumque miniſterium; ac tunc ijs eſt bene, & fæliciter, cum id contingit, ita, ut homini cuncta famulentur. Nam finge, ſecus accidere, non obediant homini animalia, pugnent aduerſus ipſum, nonne cuncta adducentur ad ſqualorem? homo uitam traducere nequibit abſque bobus, qui arent, iumentis, quæ ferant onera, felibus, qui mures occidant, occidetur à lupis, leonibus, apris, anguibus, omnia denique vaſtabuntur, ipſæ ſe ſe belluæ conficient, dilaniabunt, omnia vepretis, ac ſenticetis horrebunt, niſi dominetur homo. Sed quanam parte ſumus homines, nonne intellectu? hic quibus perficitur? Nonne virtutibus? Virtutes autem religione, vt aperuimus. Sic itaque religioni cuncta parent, atque ancillantur, ab illa pendent bona, atque felicitas. Vt mirum ſit, quid venerit in mentem cuidam, dicere, dari temporalem poteſtatem inter homines abſque ſacra, ita, vt illa ſtet ſine hac, quemadmodum ſtat anima ſenſitiua, & actus eius abſque intellectiua. neque videt, in homine non dari ſenſitiuam, & actus eius abſque intellectiua. quin vna eſt in homine ani- C D

ne ani-

A ne anima intellectiua eminenter continens aliarum vires, eaque ſeparata perit omnino homo. Sic igitur ſenſitiuæ actus eſt omnino ab intellectiua, vt ſenſitiuam continet. quod ſi illius actus repugnet huic, iam diſſidet ſibi homo, ac recedit ab eo, quod eſt hominis in belluinam naturam degenerans; ac proinde belluina erit poteſtas, quæ non ancillatur Religioni, & qua parte huic non eſt ſubiecta. Ac recte Sanctus Gregorius Nazianzenus Eccleſiaſticam poteſtatem comparauit intellectui, temporalem ſæcularemque vel corpori, vel huic affixis, quæ intereunt illa recedente. Nam, veluti in hoc ampliſſimo mundo pendent, ac ſtant a ſuperioribus inferiora, ſic in homine, qui dicitur a Græcis paruus quidam mundus, euenire eſt neceſſe. Ac recte etiam Sanctus Dionyſius libro de Eccleſiaſtica Hierarchia, Mos quidem, inquit, hic eſt diuinitatis ſanctiſſimus, per prima, ſecunda, & inferiora ad diuiniſsimam lucem ſuam deducere. An non videmus, elementorum naturam, quæ ſenſibus percipiuntur, primum ad ea, quæ eis magis cognata ſunt, venire, deinde propterea per illa in alia ſua traducere vim, & actionem? Iure igitur, ac merito omnis deſcriptionis, C & quæ videtur, & quæ non videtur, principium, ac ſedes primum ad eos, qui maxime diuinitatem imitantur, vult diuinos radios peruenire. Hæc Sanctus.

Phyſ. lib. 2. tex. 24.

l. in pecudũ. ff. de vſur.

Ex his, quæ diximus, apparet, temporalia bona haud poſſe ſtare, vt bona ſint, afferant felicitatem, conſiſtantque in alicuius poteſtate abſque Religione, eiq. & eius Præfectis deberi primas: Et hoc probauimus diuinæ Scripturæ teſtimoniis, aſſertione Platonis, Ariſtotelis, Hippocratis, Galeni, ſapientum Aſſyriorum, Aegyptiorum, Perſarum, Romanorum, Iuriſconſultorum, omnium gentium, argumentis mora- D libus, politicis, naturalibus, metaphyſicis, certiſſimis euentis priuatis, ac publicis, quotidianis experimentis, extraordinariis vltionibus diuinitus immiſsis, ſpeciali Dei prouidentia, aſſertione hiſtoricorum, ac denique omnium rerum naturalium quodam conſenſu. Reſtat, vt idem conſignemus auctoritate Euangelii, Apoſtolorum, Sanctorum, Doctorum, Conciliorum, Pontificum, Regum, Imperatorum quorumuis. Prius tamen idem nobis eſt concludendum, ex euentis ſingulis Hebræorum, ac demum reliquarum nationum,

num, quæ regna celebriora tenuerint, totiuſq. Orbis, vel A infelicitate, vel felicitate, quæ contigerit vſque ad ortum Chriſti, vt extremis poſtea libris, ex euentis ſiue proſperis, ſiue aduerſis omnium celebrium Regnorum, quæ Chriſtiani gubernarunt, idem manifeſtiſſimum fiet, &, contraria quæque diluentes, operi noſtro finem faciamus.

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE RVINIS GENTIVM, ET REGNORVM ADVERSVS IMPIOS POLITICOS.

Liber Tertius.

Enumerantur progreſſus temporalium bonorum, quos vna cum progreſſibus Religionis fecerunt Abraham, Iacob, Ioſephus, Hebræus populus in Aegypto, ac denique Moyſes ipſe. Cap. I.

A COmprobanda ſunt, quæ diſſeruimus, euentis illuſtriſſimis tum populi Hebræi, tum gentium reliquarum. Igitur, cum trans Euphratem maiores Hebræorum habitarent, diſperſis iã nationibus per vniuerſam terram, Thare, Abraham, & Nachor ſeruierunt, ait ipſe Deus in libro Ioſue, *Cap.24.* Dijs alienis. quo tempore cæleſtibus oraculis obtemperans Abraham, Meſopotamia relicta, profectus eſt in Palæſtinam. memorabileque eſt, eoſdem progreſſus ab illo factos in exhibitione religio-

 nis,

nis, & acquiſitione temporalium bonorum. Numeremus illos, vt res clariſſime eluceſcat. A

Gen.c.12. Primus igitur actus religionis, ex quo Abraham ſecutus eſt Deum vocantem, fuit, cum bis altare ædificauit, primum in conualle illuſtri; ſecundum inter Bethel, & Hai. Ac tunc dixit ei Deus, Semini tuo dabo terram hanc. Cumque exorta fame, in Aegyptum veniſſet, occaſione ablatæ coniugis, ac diuino iuſſu redditæ, plurimis eſt opibus amplificatus a Pharaone, Aegypti Rege. Atque ita altaris ædificationem diuitiæ ſunt conſecutæ.

Secundus eſt, cum ſingulari quodam ritu ſingulare ſacrificium fecit, mactans vaccam, capram, & arietem triennes, turturem præterea, & columbam; ac primis quidem per medium diuiſis, & contra ſe altrinſecus poſitis aues integras reliquit: tum vero immolatione, ac diſtinctione, patefacta ſunt illi, ac promiſſa diſtinctiora ſimul, ac certiora præmia. Nimirum fore, vt poſt annos quadringentos quidquid Chananæorum populi poſſiderent, id adiudicaretur ipſius poſteritati, ac punirentur quicunque ea quoquo modo afflixiſſent. B

Gen.17. Tertius eſt, cum iuſſus eſt circumcidi cum tota familia, atque ita ſignum religionis peculiare, ex quo internoſceretur a reliquis gentibus, accepit. quocirca longe maiora, & vberiora ſunt ipſi promiſſa. Dictum namque illi eſt, patrem multarum gentium conſtitui te. Deinde faciam te creſcere vehementiſſime. Præterea Reges ex te egredientur. Denique ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. daboque tibi, & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ omnem terram Chanaam in poſſeſſionem æternam, eroque Deus eorum. Hæc ibi. C

Gen.22. Quartus eſt. Cum obtulit filium ſuum Iſaac, qui fuit actus religionis altiſsimus, ac maximè ſingularis, ac multo mirabilior, quam ſupra nominatus: atque ita longe ſublimiſsima, & maxima ſunt ei certiſsimo, & immobiliter promiſſa. in primiſque per memetipſum iuraui, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo primogenito propter me, benedicam tibi. En Deus antea non iurauerat, neque pactum ſtatuerat. nam dixerat, Statuam. Sic igitur erat quædam nuda voluntatis teſtificatio, nunc ſtatuitur fœdus, & iuramento confirmatur. Adiicit, Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas D

cæli,

A cæli,& velut arenam,quæ eſt in littore maris, antea quidem Deus dixerat,fore, vt ſemen foret ſicut ſtellas cæli, non addiderat,futurum,vt ita multiplicaretur. Amplius,Poſſidebit, inquit, ſemen tuum portas inimicorum tuorum. Poſtremo benedicentur in ſemine tuo,non in te ſolo,vt prius,omnes gentes terræ. Hucuſque promiſſiones diuinæ vna cum religioſis actibus Abraham pariter procedentes,vt cognoſcamus, à religione temporalia bona pendere, ac pares eſſe eorundem progreſſus,niſi quoties aliquid imminuitur bonis,vt maius detur, aut malis tribuitur,vt infelicius cadant. Inſpiciamus modo,
B quid acciderit Iacobo. Non enim legimus,ab Iſaac ſpeciales vllos actus Religionis exhibitos unquam fuiſſe, ac propterea, neque incrementum memorabile temporalium bonorum ab illo factum.

Iacob autem, cum miſſus ab Iſaaco patre in Meſopotamiam, quod hic non probaret mores Chananæorum à recta ratione,& religione diſſidentes,ut ille acciperet, inde ſibi coniugem melius moratam,& religioſam,in itinere ſopori ſe dans, vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram,& cacumen illius tangens cælum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcen-
C dentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ, dicentem ſibi: Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac, terram, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo, eritq. ſemen tuum quaſi puluis terræ,dilataberis ad orientem, & occidentem,& ſeptentrionem,& meridiem,& benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ, & ero cuſtos tuus, quocunque perrexeris,& reducam te in terram hanc, nec dimittam, niſi compleueris vniuerſa,quæ dixi. Hæc Deus Iacobo miſſo ob conſeruandos bonos mores, ac religioſos, miſſo ſub obteſtatione promiſſionum, quæ factæ fuerant Abraham, ac
D religionis ab ipſo cultæ. Nam, cum iuſſit Iſaacus, Iacobum proficiſci in Meſopotamiam, ſic eſt affatus eum: Deus autem omnipotens benedicat tibi, & creſcere te faciat, atque multiplicet, vt ſis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abrahæ,benedicat tibi, & creſcere te faciat, atque multiplicet. Sic itaque Iacobus religionis obtentu iter ſuſcepit. At, vbi Deus ipſi in ſomnis apparuit, &, quæ ſupra recitauimus,eſt pollicitus, ipſe protinus omnia ſpeciali Religionis actu conſignauit. Nam tulit lapidem, quem ſuppoſue-

rat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper, locumq. appellauit Bethel, ideſt domum Dei. Amplius autem votum vouit, inquiens: Si fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſq. fuero proſperè ad domum patris mei, erit mihi dominus in Deum; & lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei. Hæc Iacob, cum promiſſionibus rerum temporalium coniungens actus religionis, quod ſciret vtraque progredi eodem modo. A

Gen. 28.

Rurſus idē reuerſus e Meſopotamia, ac multis opibus abundans, poſt hæc vota, & religionis obſequia, cum conſediſſet in Palæſtina, timens ſibi ob interfectos a Simeone, & Leui Sichimitas, iuſſit auferri e medio ſuorum Deos alienos, eorumq. ſimulacra defodi in terra, perrexit in Bethel, & ad Deum confugiens ædificauit ibi altare, triaq. continuo ſibi a Deo promitti audiuit. Nam dixit ei, Creſce, & multiplicare. gentes, & populi nationum ex te erunt. Subiecit deinde, Reges de lumbis tuis egredientur. Poſtremo, Terram, quam dedi Abraham, & Iſaac, dabo tibi, & ſemini tuo poſt te. Ita Deus, pacta cum Abraham, & Iſaac transferens non in Eſau, ſed in Iacob, cuius & illud religioſum fuit, vt, quoties filium ſuſciperet, cum nomine diuini reſpectus inſigniret, atque ita magis, magiſq. augeretur in iis procreandis. B C

Gen. 35.

Inter filios Iacobi, eſt certiſsimum, temporalium bonorum copia magis ditatum Ioſephum, cuius illud illuſtriſsimum Religionis exemplum fuit, quod, cum ſeruiret amiſſa libertate Religionis falſæ cultori Phutiphari, ſuam tamen, veramq. religionem dimittere noluit, quamuis a communi Aegyptiorum menſa ob id veluti profanus arceretur, atque ita quodammodo reputaretur impius, auerſioniq́ue, & abominationi foret. D

Gen. 43.

Gen. 46. Cum vero commigraſſent Hebræi in Aegyptum, ſedeſq. ibi fixiſſent, ob religionis propriæ cultum retentum delegerunt haberi odio. Aegyptij namq. deteſtabantur omnes ouium paſtores ob impiam ſuperſtitionem, & tamen Hebræi paſtorum vitam degere non abhorruerunt. Quin, cum maxime creuiſſent vero diuinitatis cultu retento, atque iccirco poſt aliquot annos Pharao deſtinaſſet eos ad internecionem delere,

ac

A ac videret eo magis creſcere, & multiplicari, quo magis ab ipſo opprimebantur, ac ſtatuiſſet mares omnes, qui e prægnantibus orirentur, occidere, meruerunt habere illi Moyſem, per *Exo.c.1.2* quem tot mirabilia patrarentur, populumque peculiarem, & Remp. conflarent. ita, vt ille in lucem fuerit editus inter procellas tempeſtatis diriſſimę, commotas ob auitam religionem, ſincere cuſtoditam.

Ipſe autem Moyſes, vt religionis veræ conſortem, populumque ſuum Hebræum protegeret ab iniurijs impij Aegyptij, non *Exo.c.3.* curauit ſpoliari bonis omnibus, & in exilium profugere. ex quo *& ſeq.*
B factum vt diuinitus eueheretur ad tantum dignitatis, ac poteſtatis faſtigium, quantum nemo ante ipſum legitur aſſecutus, Pharaoniſque Deus conſtitutus, imperio ſuo commoueret ele- *Exo.c.7.* menta.

Sed, quanam ratione ſubijciebantur imperio Moyſis elemente? nonne ipſius religionis cauſa? Sic enim ſemper Dei nomine ſolebat alloqui Pharaonem, Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto. Viden, vt religionis gratia tanta fierent, aquæ fluminis conuerterentur in ſanguinem, computreſcerent piſces, innumeræque ranæ ibi exorirentur, ciniphes, muſ-
C cæ? peſtis abſumeret animantia, puluis aerem repleret, grando cuncta proſterneret, fulgura, & tonitrua nihil non miſcerent, ac perderent, locuſtæ cuncta corroderent, nox, ac tenebræ omnem lucis aſpectum in meridie ipſo auferrent omnibus? Quæ cum ſolis Aegyptijs nocerent, nihil omnino lædebant Hebræos. ac, veluti ad nutum Moyſis, religionem ſemper obtendentis, hæc accidebant, ſic eodem volente abibant, vbi ſcilicet extendiſſet virgam, quæ naturali quidem poteſtate nihil valebat, ſed religioni ſeruiens tanta mirabiliter patrabat, vt ſciamus bona tem-
D poralia dari, & eripi ob contemptam, cultamque ab hominibus veram religionem.

Recen-

A

Recenſentur incrementa, ac ruinæ, quas vna cum Religionis, aut contemptu, aut cultu, fecere Iudæi, ex quo ſunt egreſſi ex Aegypto vſque ad Regem conſtitutum, reiecto contra Dei voluntatem Sacerdote. *Cap.* II.

Exod. 11. & 12.

ENimuero magis hæc apparent adhuc, ſi contemplemur, quanam ratione ſint egreſſi ex Aegypto Hebræi, ſpoliis, ac diuitiis inimicorum ditati: Iuſſit enim Deus ſacrificari agnum anniculum, ſanguine ipſius aſpergi Hebræorum poſtes, eumque certo quodam ritu comedi, ex quo contigit, vt omnes Aegyptiorum primogeniti fuerint diuinitus immiſſa morte interfecti, ſeruati Hebræorum. Qua clade perterriti illi maxime contenderunt, vt ij dimiſſi à Rege diſcederent, ſecumque auferrent, quidquid auri, & argenti mutuum petiiſſent. Atque hic eſt primus, ac ſpecialis ritus ſacrificii perpetui, quem retinuerunt ex diuina ſanctione Hebræi, vt merito per illum ſint in propriam libertatem vindicati, maximas opes acquiſiuerint, propriamque rempublicam conſtituerint. adeo cum religione procedunt bona temporalia. Hinc itaque merito nobis erit initium capitis huius. Sicut autem per virgam Moyſes efficiebat tot, ac tanta, quæ memorauimus, prodigia in Aegypto, ſic per eandem, quaſi Eccleſiaſtici Magiſterij ſymbolum, mare aperuit, vt iter tutum populo Hebræo præberet, clauſit, vt ingreſſos Aegyptios abſorberet, quod à ſacra nimirum poteſtate, mors, ac vita, elementorumque moderatio quædam pendeat. Iam vero, ſcimus populum ductu columnæ præcedentis die quidem in forma nubis, nocte in forma ignis iter ita feciſſe, vt illa conſiſtente conſiſteret, ac ſe ſe mouente moueretur: Deo ſcilicet eam ciente, atque inde Moyſem alloquente, quid facto opus eſſet, populoue regendo expediret, admonente, quod voluntas diuina mortalibus per ſummos Sacerdotes explicetur. Sic enim Dauid, Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Inuocabant Dominum; & ipſe exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos. Non eſt autem neceſſe, vt hic referamus, quemadmodum ab obedientia Moyſis, qui cum fratre Aarone ſummum Sacerdotium regebat, proficiſcerentur

tur

A tur in Hebræos omnia bona temporalia, deficerentque hæc, quoties illi ab eodem defeciſſent. Notiſſima namque hæc ſunt, ac peruulgatiſſima in ſacris libris, & euentis innumeris clariſſimè conſignata. Diximus præterea ſuperiori libro, ſancitum fuiſſe, vt ſummo Sacerdoti in omnibus primæ deferrentur, eiuſque veſtimentis orbē totum fuiſſe deſignatum, quod à ſacris omnia pendeant. Hic igitur nonnulla huiuſmodi ſingularia cōmemorabimus, quæ à nobis omiſſa fuerunt, & in hunc locum reiecta. Igitur, Aarone defuncto, cum Moyſes appropinquare ſibi mortem conſpiceret, ſic Deum precatus eſt: Prouideat

B Dominus Deus ſpirituum omnis carnis, hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, & poſſit exire, & intrare ante eos, & introducere, ne ſit populus Domini ſicut oues abſque paſtore. Dixitque Dominus ad eum: Tolle Ioſue, filium Num, virum, in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum, qui ſtabit coram Eleazaro Sacerdote, (hic ſucceſſerat Aaroni) & omni multitudine, & dabis ei pręcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuę, vt audiat cum omni ſynagoga filiorum Iſrael. pro hoc, ſi quid agendum erit, Eleazar Sacerdos cōn ſulet Dominum. ad verbum eius egredietur, & omnes filij Iſ- *Num. 20. 27.*

C rael cum eo, & cætera multitudo. Hæc Deus, conſtituens, à Ducibus, alijſque principibus nihil agendum, niſi ex præſcripto ſummi Sacerdotis. Hinc omnia pendere. Quocirca, cum Ioſue iam cuncta adminiſtraret, probe ſciens id eſſe verum, tranſiturus Iordanem, Palęſtinamque occupaturus bello, voluit præcedere Sacerdotes arcam portantes, qui conſiſtentes in medio fluminis, eius impetum, curſumque cohibuerunt, ne flueret, donec Hebræi omnes tranſmiſiſſent, alueumque ſiccum mirabiliter calcarent, atque ita terræ acquirendæ poſſeſſionem caperent. Amplius autem, cum prima Ciuitatum Hierico ca- *Ioſ. 9.*

D pienda occurreret, Sacerdotes, Arcam portantes, eam circuierunt; ſeptemq. alij Sacerdotes ſacris buccinis inſonuere, præcedentes vna cum toto exercitu armato. quod cum ſex diebus perfeciſſent, aurumque, argentum, & æs omne Deo conſecratum fuiſſet; ſeptimo tandem die, vociferantibus cunctis, muri corruerunt, Vrbſque eſt adducta in poteſtatem, non alio potiſſimum robore, quam religionis. Cumque Achan furatus eſſet aliqua eorum, quæ Deo fuerant dedicata, atque ita religio violata eſſet, fuſi ſunt non multo poſt Hebræi, nec, niſi expiato delicto, punitoque Achan, vires priſtinas,

& victo-

& victoriam, recipere potuerunt. Neque agebat, neque moliebatur quidquam Ioſue, niſi Deum per Sacerdotes conſuluiſſet; alioquin infeliciter cadebat, & perperam tentabatur. Iccirco a Gabaonitis eſt in fraudem perductus, quod os Domini non interrogaſſet. Quin, vbi diuidebatur terra, eam quiſque partem ſortiebatur, quam, vt ſacra Scriptura inquit, dediſſet
Ioſue 14. Eleazar Sacerdos in primis, deinde Ioſue filius Nun. Sic igitur omnia tranſigebantur ex præſcripto Sacerdotis. Hinc poſt obitum Ioſue Hebræi Deum conſuluerunt, interuentu il-
*Iud.c.*1. lius, dicentes: Quis aſcendet ante nos contra Chananeum, & erit Dux, & ait Dominus, Iudas aſcendet, vt appareat Duces,
Mal. 2. & iudices conſtitutos iuxta edictum illius, de quo dictum, Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Quod ait Angelus, idem eſt, ac ſi dixiſſet, Nuncius, & interpres. Atque hæc vſque ad tempora Palæſtinæ per Hebræos acquiſitæ. Ex hoc tempore Hebræi, ſæpius a recta religione deflectentes, alienigenarum poteſtati ſubiiciebantur, ac temporalium bonorum maximam iacturam faciebant, &, ſimul ac reſipiſcebant, continuo liberabantur, atque in antiquum dignitatis, ac felicitatis ſtatum redibant. Tum vero mirabiliſsime id eueniebat, quoties, vt ſuperiori libro adnotauimus, intercedebat ſpecialis actus religionis, & ſacrificii, vt in victoriis per Gedeonem, Sampſonem, & Samuelem partis apparet. Quocirca ſuperat omnes victorias illa, quam Gedeon retulit e Madianitis, quorum copiæ cum forent innumerabiles, fudit has ille tercentum tantum militibus, nullo educto gladio, nullo e ſuis deſiderato, aut ſauciato, prædamque, & gazas opulentiſsimas cepit: quorum nihil accidit ſimile vel Sampſoni, vel Samueli. Quid ita? Quod ſcilicet Gedeon ſolus, atque omni ope deſtitutus, fuerit auſus nocte cunctas aras Baal euertere, & maximo ſe diſcrimini obiicere pro recta religione. vnde nomen hinc Ierobaal inuenit. Quorum nihil ſimile egerunt, vel Sampſon, vel Samuel. In Sampſone tamen fuit hoc præclarum, quod mater ipſum concepit, in vtero geſtauit, aluitque, & inſtituit in perpetua religionis
*Iud.c.*12. obſeruantia. Iuſsit eam namque Angelus abſtinere a vino, ſicera, & immundo, donec peperiſſet; ſimiliter & puerum. Præterea vero & hunc comam non tondere in honorem Dei. Quamobrem fortitudinis incredibilis exempla viuens dedit; atque, ut conſtaret a religione hæc proficiſci, cum fuit ab inimicis

A micis attonſus, amiſit vires omnes, & in miſerabiliſſimam ſeruitutem cecidit. Non eſt omittendum nobis, in religionem peccatum fuiſſe enormiter ab Ophni,& Phinees filijs Heli ſummi Sacerdotis. adipem namque immolandum Deo, & carnes illi oblatas per vim tollebant, & cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi, dormiebant. hæc omnia maxime religionem multis modis lædebant. Sic igitur ait inter alia ad Heli Propheta miſſus a Deo. Quare calce abieciſtis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi, vt offerrentur in templo? propterea ait Dominus Deus Iſrael, Præcidam bra- 1. Reg. 2.
B chium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua. Ophni, & Phinees in die vna morientur ambo, & ſuſcitabo mihi Sacerdotem fidelem,qui iuxta cor meum,& animam meam faciet. Futurum eſt autem, vt,quicumque remanſerit in domo tua,veniat,vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum,& tortam panis,dicatque, Dimitte me,obſecro,ad vnam partem Sacerdotalem,vt comedam bucellam panis. Hęc Propheta ad Heli, ſubticens libidines filiorum, & nihilominus prædicens, ob religionem violatam,futurum, vt poſteris eius auferatur ſummum Sacerdotium, curtetur vita, auferantur o-
C pes,& honores, Quod contigiſſe, ita liquet e libris Regum. Paulo enim poſt cæſi ſunt Ophni, & Phinees a Philiſthæis, Hebræi profligati,& arca Dei capta; in qua Deus omnia continẽs atque implens dicebatur habitare,quod per eam miracula maxima ſupra naturæ vires perageret, atque iccirco ad colligendos eodem concordiæ vinculo Hebræos,ſimulq. in vnã Remp. & doctrinam veritatis coniungendos,voluit Deus omnes actus religionis arcam reſpicere, & in eius loco celebrari, quando neceſſe eſt humana cuncta in aliquo loco fieri. Verum,cum Philiſtæi captiuam quodammodo arcam detinerent, neque quo
D decebat honore præcipuam Dei ſedem in terris venerarētur, ob huiuſmodi religionis contemptum, contigit, vt mures ex humo ebullientes omnia vaſtarent; ipſi his correpti paſsim ſternerentur, aut inſolitis morbis affligerentur,atque ita temporalium bonorum maxima detrimenta paterentur. Coacti ſunt itaque Religionis rectæ vexillum remittere.

Poſt hæc Samuel, Dei Sacerdos, Hebræis præfuit; ac Philiſtæos memorabili prœlio fundens cum ſacrificium Deo offerret, tonitribus eos perterrefecit, ac profligauit. Sed, cum ſenex effectus,filios Ioel,& Abiam, rebus iudicandis præfeciſſet, 1. Reg. 17

X hi,

hi, munerum largitione corrupti, cauſas terminabant; nihil A
tamen in religionem peccaſſe ſcribuntur. Quocirca indignitate
ſceleris commotus populus Hebræus, a Samuele petiit, vt
Regem ſibi conſtitueret, qui iudicaret, ac præeſſet, exẽplo aliarum
nationum. Hæc poſtulata maxime Deo diſplicuerunt,
1. *Reg.* 8. quamuis occaſionem darent ei Sacerdotes ipſi. Dixitq. ad Samuelem:
Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. iuxta
omnia opera ſua, quæ fecerunt a die, qua eduxi eos de Ægypto
vſque ad diem hanc, ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt
Diis alienis, ſic faciunt etiam tibi. Mox edicit Deus, fore, vt Tyrannide
grauiſſima a Regibus opprimantur Hebræi, bonis omnibus B
miſerabiliter ſpolientur a Deo, neque ipſorum preces
exaudiantur, & liberẽtur ab acerbiſsimo ſeruitutis iugo. quod
ita contingat eis, qui Sacerdotibus, licet aliquando a ſemitis
iuſtitiæ recedant, obedire aſpernantur, ac nolunt. adeò temporalia
bona pendent a Religione. Nam, cum peccant ſalua religione,
Sacerdotes, quoties obtinent ſupremum locum, Deus ipſe
adfert remedia diuina deficientibus humanis ad preces populi.
Quoties autem, deiectis in ſecundum locum Sacerdotibus,
profani primas tenent, nihil non euertitur, atque ad nihilum
redigitur. C

Quamuis datus fuerit Hebræis Rex, ſuprema tamen omnium poteſtas remanſit apud Sacerdotes, quod multis probatur. Dauidi, ac Salomoni tum maxime temporalia bona cœlitus data, cum præcipuos religionis actus ediderunt. Stabilitas illorum tunc Hebræis conceſſa, cum ſtabilitas religionis extitit inter ipſos.

Cap. III.

QVamuis Deus Regem populo Hebræo dederit, D
non abſtulit tamen omnium ſupremam
poteſtatem ſummo omnium Sacerdoti, neque
abrogauit eam, quam ſanxerat, legem
in Deuteronomio, vt ſuperioris libri initio
vidimus. Nam Regem ſummo Sacerdoti
parere oportebat, ſi quidem voluiſſet ex
præſcripto diuinæ legis viuere, & iura diuina nequeunt abrogari:
repugnatq. ipſis rebus, vt minus habeat virtutis, quod
Deo magis appropinquat, qualis eſt ex natura ſua Sacerdos
inter

A inter homines. ac ſuprà oſtendimus, vniuerſitatem rerum conuenire in hoc, vt imperfectum ſeruiat perfecto: alioquin omnium rerum confuſio fieret. Tolleret itaque res cunctas, qui ſacram poteſtatem profanæ ſubijceret. Igitur, qualiſcunque ſit Hebræorum, vel quorumuis hominum, voluntas, Sacerdotibus tamen cæteri ſemper obedire debent, vt bene ſit rebus. ac, niſi impediantur mortalium peruicacia, factionibus, & vi, poſſunt illi omnibus, ex iure diuino, ac naturali, imperare, iuxta ſanctiones ab ipſis præſcriptas, quæ nihilominus ab his, quæ diximus, nullo modo diſcrepare poſſunt. Iccirco Deus voluit B vngi Reges ſingulos a Sacerdotibus; neque intelligebatur vllus eſſe Rex, antea quam fuiſſet a Sacerdote vnctus. Quod conſtat ex hiſtoria ſacra. Quin, aliquando, Regibus iam conſtitutis, abſtulit omne ius, atque in alium tranſtulit per ipſos ſacerdotes: idque ſtatim manifeſtum fecit in ipſo primo Rege Saule. nam reiectus eſt a Deo, quod Samueli non audierit, & auſus fuerit ipſe offerre hoſtias Deo, neque expectare Samuelem, vt inter ipſos condictum fuerat. Rurſuſque, cum Saul idem non occidiſſet Agag Regem Amalech, & omnes eius res haud combuſſiſſet, vt ei præceperat Samuel, ſed quædam reſeruaſſet in C honorem Dei ſacrificanda, & offerenda, ſic ad eum Samuel, Numquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia, quam victimæ, & auſcultare magis, quam offerre adipem arietum, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. Pro eo ergo, quod abieciſti ſermonem Domini, abiecit te Dominus, ne ſis Rex, & mox conuerſus eſt Samuel, vt abiret. Ille autem (Saul) apprehendit ſummitatem pallii eius, quę & ſciſſa eſt, & ait ad eum Samuel, Scidit Dominus Regnum Iſrael a te hodie D & tradidit illud proximo tuo meliori te. Hæc ibi. Neque multo poſt Samuel vnxit ex Dei mandato Regem Dauid. Eodem modo, cum Salomon Idola coleret, Ahias Silonites Propheta adiudicauit decem tribus è duodecim Regi Ieroboam. Sic alii Sacerdotes, vt oſtendemus, alijs Regibus Regnum abſtulerunt, aliis dederunt. Inſigne vero in his maxime fuit factum Ioiadæ Pontificis, qui clam in templo aluit Ioas filium Ochoziæ, cum coniux huius Athalias omnes filios ipſius occidiſſet, excepto Ioas, qui furtim ſubductus eſt, Ioiadas enim poſt annos ſeptem, conuocatis militibus, ma-

1. Reg. 13 & 15.

2. Reg. 12

nuq. comparata, occidit Athaliam, Regemq. conſtituit Ioas. **A**
Inter hæc illa obſeruanda, quo tempore, & qua de cauſa fuerit perpetuitas regni promiſſa poſteritati Dauidis, & Salomonis, nempe eo, quo religionis actus potiſsimum viſi ſunt edere:

2. *Reg.* 7. Nam, cum Dauid conſtituiſſet ædificare templum Deo, & arcæ, quæ cuſtodiebatur ſub tentoriis pellium, tunc ad eum locutus eſt Deus, promittens fore, vt in ipſius poſteritate regnum permaneret. Quod illa Pſalmo, qui incipit, Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius, continetur. Quin, cum reduceret arcam in montem Sion, Rex **B** ipſe Dauid, Ephod lineo veſtitus, totis viribus ante eam ſaltabat, præ multa lætitia, ac tripudio, cunctis eam comitantibus, ac multis in via victimis immolatis, & honore eam debito multitudine omni Hebræorum proſequente, quæ
2. *Reg.* 6. proſpiciens Michol filia Saul irridens Dauidis Religioſam ſimplicitatem, Sic eſt affata, quam glorioſus fuit hodie Rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. Ad quam Dauid aperiens a religioſa ſimplicitate exiſtere omnia temporalia bona. Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum, qui elegit me potius, quam patrem tuum, & quam omnem domum eius, & præcepit nihilominus, vt eſſem Dux ſuper populum Domini in Iſrael, & ludam. Et vilior fiam pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo. Hæc Dauid, gloriam ſuam, Regnumque acceptum referens ipſi religioni. Ad quæ comprobanda ſubiicit Scriptor diuinus: Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ. En vt Spiritus ſanctus aſſerat, ob irriſam religionem denegatos Michol filios. Verum, quod magis memorabile ſit, Dauid multos filios ſuſceperat antequam locum honorificum deſignaret arcæ, ſtatueretque illi templum condere, & omnia præpararet ad hoc facientia. Enumerantur ab hiſtoria ſacra Am- **C** **D**
2. *Reg.* 3. mon, Cheleab, Abſalon, Adonias, Saphatia, Iethraam, ſed, qui regnaturus erat in Iſrael, & e cuius poſteritate Regium ſemen naſceretur, non eſt ei natus, niſi ex quo arcam reduxit, templumq. illi excitare conſtituit, & omnem materiam præparauit. Quin, cum Deus multa Salomoni promiſiſſet, ſapientiam poſtulanti, nimirum diuitias, gloriam,

A vitam longam, nunquam tamen pollicitus eſt, ipſius liberos regnaturos (poterant enim regnare ex aliis filiis Dauid) niſi ex quo templum perfecit. tunc enim dixit ei Deus ſecundo apparens ipſi in ſomnis, Non auferetur vir de genere ſuo de ſolio Iſrael. Quod tamen Deus ita ratum voluit eſſe cum reliquis omnibus, ſiquidem permanerent ipſius nepotes, ac cæteri Hebræi in fide, & religione, ſi autem, Deus inquit, auerſione auerſi fueritis vos, & filij veſtri non ſequentes me, nec cuſtodientes mandata mea, & cærimonias meas, quas propoſui vobis, ſed aberitis, & colueritis Deos alienos, & adoraueritis eos, auferam

B Iſrael de ſuperficie terræ, quam dedi eis, & templum, quod ſanctificaui nomini meo, proiiciam à conſpectu meo, eritque Iſrael in prouerbium; & in fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum; omnis, qui tranſierit per eam, ſtupebit, & ſibilabit, & dicet, Quare fecit Dominus ſic terræ huic, & domui huic, & reſpondebunt, Quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum.

E quibus omnibus apparet clariſſime, tēporalia bona progredi vna cum religione, ac deficere eadem deficiente. Sed, quando cognouimus id clariſſime in euentibus ſingulorum, verbi

C gratia, Abrahæ, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Ioſue, Gedeonis, Samſonis, Samuelis, Saulis, Dauidis, antequam procedamus vlterius, operæpretium fuerit expendere, & contemplari gradus ipſos, quos vniuerſa Hebræa gens fecit in aſſecutione dignitatis, poteſtatis, ac temporalium bonorum. cognoſcemus enim, fuiſſe vtrorumque pares, atque eoſdem. quod ne poſſit aliquis negare, conueniens duximus, eos hic ſigillatim dinumerare.

Primus eſt, cum data fuit Abrahæ circumciſio: & poſteritas ipſius certo, ac ſpeciali hoc ſigno religionis à cunctis na-

D tionibus eſt diſtincta, atque ita cœpit illa vniuerſitatem propriam conſtituere; multiſque promiſſionibus eſt diuinitus honeſtata, & amplificata. Sed tamen, quæ ſeruiret quodammodo regibus alienis, neque certam ſibi regionem, ſedemque adhuc vindicaret, quamuis ad multas opes euecta, incredibilemque multitudinis propagationem, regna maxima aliquando adminiſtraret, quale fuit Aegyptiacum, quod per annos multos ab Hebræis eſt gubernatum, vt Ioſephus aduerſus Apionem ſcribens, Euſebius in Chronico, & alii multi narrant.

Secundus

Secundus eſt, cum liberati ſunt è ſeruitute Aegyptiaca, ſanciuſque eſt ritus mactandi Agni paſchalis eodem tempore, & mox arcam fabricati ſunt, tabernaculum, ritus ſacrificiorum, peculiares leges cærimoniarum. Atque ex hoc non modo ſui iuris effecti propriam Remp. nulli ſubiectam conſtituerunt, ſed etiam proprias regiones, ac terras fecundiſsimas acquiſiuere. Et nihilominus in deſerto multa perpeſsi, ac poſteà perpetuis belli defatigati; nunquam viſi ſunt conquieuiſſe, donec arcæ locum præcipuum delegerunt. A

Tertius eſt itaque gradus, cum locus ſtabilis arcæ diuinæ, religioniſque domicilio conſtitutus eſt in Silò. Tunc enim cunctis tribubus eſt diuiſa Palæſtina, vt habetur in libro Ioſue, ac per annos multos iucundiſsima pace potiti ſunt Hebræi. Sed, cum ſeptem temporibus, a vero Dei cultu recedentes, in impietatem corruiſſent, totidem redacti ſunt in ſeruitutem à Chuſan Rege Meſopotamiæ per annos octo; ab Eglon Rege Moabitarum, per decem, & octo; à Iabin, Rege Chananeorum, per viginti; à Madianitis per ſeptem; à Philiſtæis, & Ammonitis per decem & octo; ac rurſus ab iiſdem Philiſtæis, per quadraginta, & aliquot præterea annos. è quorum poteſtate liberabantur, cum reuertebantur ad priſtinam pietatem. Vltima ſeruitus fuit, cum capta eſt arca à Philiſtæis, & detenta menſibus ſeptem. B C

Quartus eſt gradus, cum ſuus perpetuuſque arcæ locus
eſt aſsignatus à Dauide, templumque ædificatum
in Sion à Salomone. Atque ex hoc tempore
Hebræi non inciderunt in tot, ac tantas,
vt antea, calamitates. atque vſque
ad Babylonicam ſeruitutem
multis opibus abundarunt,
& ad maximum digni
tatis, & honoris
faſtigium
ſunt eue
cti. D

Omnes

A *Omnes Iudæ Reges ſigillatim recenſentur, ac, pro cuiuſque pietate, aut
impietate, contigit illis, aut felicitas, aut infelicitas tempora-
lium bonorum. Conferuntur deinde inter ſe ſinguli quoad
imperium, amplitudinem, diuturnitatem, obitum,
cæteraque euenta. Cap. IV.*

TEmplo autem condito, cantoribus ordinatis,
& ad magnificentiam, ſplendoremque maxi-
mum perducta religione, Salomon, atque He
bræi feliciſſimis vſi ſunt temporibus, ita, vt
B nunquam ſimilem felicitatis ampliſſimæ ſta-
tum nacti poſtea fuerint, qui fuerit proprius
ipſorum. Deſcribitur hæc felicitas late in
hiſtoria ſacra. Ruinam tamen eius facere cœperunt ipſo Salo- 3.Reg. 11
mone regnante, qui copulatus eſt, ait ſacra Scriptura, mulieri-
bus alienigenis ardentiſſimo amore, fueruntque ei vxores qua-
ſi Reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ, & auerterunt hæ
cor illius cum iam ſenex eſſet, vt ſequeretur Deos alienos, A-
ſtartem Deam Sidoniorum, Chamos Deum Moabitarum, &
Moloch Ammonitarum, quibus duobus ſcriptum eſt ædificaſ-
C ſe fana. Quamobrem Deus, apparens illi, ſic dixit, Quia ha-
buiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta
mea, quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnũ tuum, & da
bo illud ſeruo tuo. Verumtamen in diebus tuis non faciam
propter Dauid patrem tuum. Suſcitauit igitur Deus aduer-
ſarium Salomoni Adad Idumæum de ſemine Regio, qui erat
in Edom, & profugerat in Aegyptum, cum Dauid Idumeam ce-
piſſet, duxeratque vxorem ſororem Taphnes Reginæ coniugis
Pharaonis, ibique ditatus rediit, ac, manu multorum facta, Da-
maſcum cepit, & continenter bella geſſit cum Salomone, & la-
D trociniis omnia conturbauit.

Quin etiam de mandato Dei Ahias Silonites propheta præ-
dixit Ieroboam, fore, vt decem tribus, defuncto Salomone, ip-
ſum Regem conſtituerent; illique obuius, ad tantæ rei teſti-
ficationem ſcidit pallium ſuum in duodecim partes, decemque
ipſi dedit. Quod cum Salomon reſciſſet, voluit occidere Ie-
roboam, qui propterea fugit in Aegiptum ad Regem Seſac, à
quo exceptus, & amplificatus opibus, ac, defuncto Salomone, re
uerſus, præpoſitus eſt decem tribubus deficientibus à Roboam
ob nimia tributa, & acerba ipſius reſponſa, & continenter eſt

prœliatus cum Rege Roboam, filio Salomonis. Præterea verò, A
Seſac, Rex Aegypti, diripuit theſaurum Regium, repoſitumq.
in templo,& reliqua vniuerſa.

3.Reg.14 Sicut autem regnauerat Salomon annis quadraginta, & ſu-
premis ad impietatem ſe conuertit, ac multis eſt afflictatus an-
guſtiis, eodem modo, vt apparet, Roboam; quo regnante Iudæi
ædificarunt aras, & ſtatuas in locis excelſis, ac ſubter arbores
frondoſas, effeminatoſque ſpurciſſime habuerunt, ac reliqua a-
bominanda perpetrauere. imperauit ille annis decem, & ſe-
ptem, cui ſuccedens filius Abias præfuit tribus, vxoremque ha-
buit Macham turpiſſimæ impietati propoſitam, è qua ortus A- B
ſa quadraginta & vno imperauit, iuſtuſque; pius, atque adeo fæ-
lix fuit, abſtulit namque effæminatos è regno, idola cuncta ſub-
uertit, Macham matrem remouit ab obſcenis Priapi ſacris, il-
lius ſpecum ſubruit, ſtatuam confregit, combuſſit, cinereſque
proiecit in torrentem Cedron, Vrbes multas extruxit, in his
Gabaam,& Maſpham. Zaram Æthiopum Regem, qui ducebat
2.Par.16 hominum decies centena millia, memorabili prælio vicit, &
opulentiſſima ſpolia cepit. Hic igitur regnauit diutius, quam
proauus, auus,& pater, ac ſemper victor feliciter vixit. tantum
iam ſenex doluit pedes, cum nonnihil deflexiſſet ab ea, quam C
Domino debebat, fiducia. quam ob cauſam, cum redargueretur
à Prophta, eo prorupit, vt illum coniiceret in carcerem: ægro-
tans autem, magis detulit medicinæ, quam diuino auxilio: dece
dens, regnum filio Ioſaphat reliquit, qui tenuit illud annis vi-
ginti quinque, pius, ac ſimul fælix. Nam ſic de illo Sacra Scri-
2.Par.17 ptura: Factæ ſunt ei infinitæ diuitiæ,& multa gloria, itaque fa-
ctus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum, quæ erant
per gyrum Iudæ, nec audebant bellare contra Ioſaphat. Sed &
Philiſtæi Ioſaphat munera deferebant,& vectigal argenti. Ara-
bes quoque adducebant pecora arietum ſeptemmillia ſeptin- D
gentos, & hircos totidem. Creuit ergo Ioſaphat, & magnifi-
cauit in Iuda domos ad inſtar turriū, vrbeſq. muratas,& multa
opera patrauit. Et mox: Fuit ergo Ioſaphat diues, & inclytus
multum. Cui ſuffectus proles ipſius Ioram, occidit omnes fra-
tres ſuos Azariam, Iachel, Zachariam, Azariam, Michel,& Sa-
phatiam, coluitque idola, Iccirco deſciuerunt ab ipſius obe-
dientia Idumæi; & alij, qui tributum patri ipſius pendebant,
allatæque ſunt ei litteræ ab Elia propheta, in quibus ſcriptum
erat: Hæc dicit Dominus Deus Dauid, patris tui, quoniam

non

A non ambulaſti in vijs Ioſaphat patris tui, & in via Aſa Regis Iudæ, ſed inceſsiſti per iter Regum Iſrael, & fornicari feciſti Iudam, & habitatores Hieruſalem, imitatus fornicationem domus Achab, inſuper & fratres tuos domum patris tui, meliores te occidiſti. Ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filijs, & vxoribus tuis, vniuerſaque ſubſtantia tua; tu autem ægrotabis peſsimo languore vteri tui, donec egrediatur vitalia tua paulatim per ſingulos dies. ſuſcitauit ergo Dominus contra Ioram ſpiritum Philiſtinorum, & Arabum, qui confines ſunt Aethiopibus, & aſcenderunt in terram Iuda, & va- 2.Par.21

B ſtauerunt eam, diripueruntq. cunctam ſubſtantiam, quæ inuenta eſt in domo Regis, inſuper & filios eius, & vxores, nec remanſit ei filius, niſi Ioachaz, qui minimus natu erat; & ſuper hæc omnia percuſsit eum Dominus alui languore peſsimo. cumque diei ſuccederet dies, & temporum ſpatia voluerentur, duorum annorum expletus eſt circulus, & ſic longa conſumptus tabe, ita, vt egereret etiam viſcera ſua, languore pariter, & vita caruit, mortuuſq. eſt in infirmitate peſsima, & non fecit ei populus ſecundum morem combuſtionis exequias, ficut fecerat maioribus eius. regnauit ille annis octo, ac poſt eum filius impius 2.Par.22

C Ochozias anno vno interfectus à Iehu. quo audito, vt ſola regnaret, Athalias mater Ochoziæ peremit omnem ſtirpem Regiam. Sed Ioſabeth, filia Regis Ioram, & vxor Ioiadæ Pontificis, ſubtraxit cædi Ioas puerum anniculum, abſconditque, & aluit in templo per annos ſex. Poſt quos Ioiadas, conſpiratione facta, Athaliam necauit, & regem conſtituit Ioas. qui, quamdiu vixit Ioiadas Pontifex, & religioſe, & feliciter imperauit. Nam templum Dei, quod non modo direptum, ſed etiam deſtructum fuerat ab Athalia, filioque ipſius Ochozia, vt ornarent templum Baal, reparauit, & omni decorum genere nobilitauit. Ve-

D rum, defuncto Ioiada, qui vixit annis centum triginta, acquieſcens ille impiis principum Iuda perſuaſionibus, Dei templũ deſeruit, ac ſeruiuit Dijs alienis, & ſculptilibus. quin, cum Zacharias Ioiadæ Pontificis filius, ob id illum, ceteroſque increparet, conſenſit, vt occideretur. Quocirca, poſt annum, Syri, profligatis Iudæis, Hieruſalem totam diripuerunt, & ignominioſe tractatum Regem dimiſerunt multis languoribus excruciatum, qui mox à ſuis interfectus eſt poſt annum Regni quadrageſimum: cui ſubſtitutus filius Amaſias præfuit annis viginti nouem. à principio, ſinceræ pietatis cultor Idumæos in- 2.Par.23

ſigni uictoria profligauit, ac prædam plurimam retulit. Sed A
mox Idola eorundem colens, turpiter fuſus eſt à Ioas Rege Iſrael, vaſtata eſt, ac direpta Hieruſalem; ſoboles vero ipſius Ozias rerum potitus eſt annis quinqnaginta duobus bonus, ac mira in omnibus felicitate vſus, crebras aduerſus hoſtes victorias adeptus. quibus elatus eſt, auſus ipſe adolere thus in templo. Cumque reiectus à Sacerdotibus obſiſteret, illico lepreſus euaſit. Quamobrem, ſentiens iratum Deum, receſſit, & quamdiu vixit, ſeparatus à ceteris in domo fuit, ac pro ipſo regnauit Ionathan annis ſexdecim, vir rectus, domuitque, ac ſub tributum miſit Ammonitas; excepit eius imperium ex ipſo natus Achaz, adminiſtauitque annis ſexdecim peſſime. nam B
ianuas templi clauſit, illud ſpoliauit, atque in ſingulis angulis Hieruſalem, & Vrbibus Regni aras Idolis extruxit. quocirca victus eſt à Syris, Iſraelitis, Idumæis, & omnia ipſius paſſim ſpoliata, & aſportata. Huic ſubſtitutus proles Ezechias iuſte, ac ſecundiſsimis euentibus regnauit annis vigintinouem, aperuit,
2. *Par.* 32 atque ornauit templum, mirabiliſsimâ uictoriam reportauit e Senecharibo Rege Aſsyriorum, cuius meminit Herodotus. ad eius votum ſol retroceſsit. Habetur in ſacra Scriptura tale ipſius elogium. fuit autem Ezechias diues, & inclytus valde, & C
theſauros ſibi plurimos congregauit argenti, & auri, & lapidis pretioſi, aromatum, & armorum vniuerſi generis, & vaſorum magni pretij, apothecas quoque magni frumēti, vini, & olei, & pręſepia omnium iumentorum, caulaſque pecorum, & vrbes ſex ædificauit ſibi, habebat quippe greges ouiū, & armentorum innumerabiles, & quod dediſſet ei Dominus ſubſtantiam multam nimis. Poſt eius obitū regnauit filius Manaſſes annis quinquaginta quinque omnium peſsimus initio regni. In ipſo enim templo, paſsimque alibi, aras, & Idola falſis Deis extruxit, eos coluit, magis addictus igne filios ſuos luſtrauit. Quocirca D
Aſſyrij, direptis Regni Vrbibus cunctis, ceperunt ipſum, victūque Babylonem perduxerūt & in catenis detinuerūt. Ad quæ reſipiſcens, ſcelera præterita deplorans, ac multis lacrymis expiare contendens impetrauit à Deo veniam, dimiſſuſq. & in Regnum ſuum reſtitutus omnia ſculptilia deiecit, confregit, templum purgauit, ornauit, rectamque religionem reduxit. Eo deinde mortuo ſubſtitutus Amon poſt annos duos, quibus impie præfuit idola fabricatus, ac veneratus occiditur à propriis ſeruis, traditumque eſt imperium ſoboli ipſius Ioſiæ; quod

per

A per annos triginta & vnum ſanctè eſt moderatus, in tranquilliſsima pace degens. Sed, cum Nechao Rex Aegypti, copias innumeras ducens, pergeret aduerſus Babylonis Regem, Ioſias instructo exercitu, contra eum profectus eſt: ad quem Nechao, quid mihi, ait, & tibi, eſt, Rex Iuda? non aduerſum te hodie venio, ſed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus feſtinato ire præcepit, deſine aduerſum Deum facere, qui mecum eſt, ne interficiam te. noluit Ioſias reuerti, ſed præparauit contra eum bellum, nec acquieuit ſermonibus Nechao ex ore Dei; Hæc ſacra Scriptura. Sic itaque interfectus eſt Ioſias. Cuius *2. Par. 36*
B etiam rei meminit Herodotus. Illi deinde ſucceſsit Ioachaz; qui, licet tribus tantum menſibus imperauerit, tamen, inquiunt libri diuini, fecit mala coram Domino, iuxta omnia, quæ fecerant patres eius, reuerſuſque Nechao è prœlio Babylonico, remouit eum à Regno, vinctumque abduxit, conſtituens Regem fratrem eius Eliachim, ſiue Ioachim tributum terræ imponens centum talenta argenti, auri vero vnum: ſed & hic malus fuit, atque impius, ac poſt annos vndecim Regni, Nabuchodonoſorus eum ſibi tributarium fecit: cùmque tribus annis exactis, deſciuiſſet à Nabuchodonoſoro, & impia multa egiſſet
C aduerſus rectam religionem, Nabuchodonoſorus catenis ligatum Babylona adduxit, aſportans vaſa templi, Regemque præficiens Sedeciam patruum ipſorum Ioachaz, & Eliachim, qui & varijs modis, vt habetur in libris Ieremiæ, & Ezechielis, peccauit in ſinceram pietatem, donec poſt annos vndecim regni captus eſt à Chaldæis, filijſque trucidatis, in conſpectu ipſius; & mox, oculis erutis, abductus eſt in Babylona, ſubuerſa Hieruſalem, vaſtata omnis Iudęa, in ſeruitutē redacti, & in Meſopotamiam abrepti incolæ cuncti, agricolis exceptis. in qua fuere vſque ad Cyrum, Perſarum Regem, miſer-
D rime conflictati.

Ex ijs, quæ diximus, conſtat, viginti, & vnum Reges fuiſſe Iudæorum; quibus ſi addere velis Athaliam, fient viginti duo. fuerunt autem, Saul, Dauid, Salomon, Roboam, Abias, Aſa, Ioſaphat, Ioram, Ochozias, Ioas, Amaſias, Ozias, Ionathan, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Amon, Ioſias, Ioachaz, Ioachim, Sedecias.

Boni fuerunt Dauid, Aſa ſi demas, quæ ſupremis annis egit, Ioſaphat, Ozias excepto auſu thuris adolendi, Ionathan, Ezechias, Ioſias: quorum ſane proſperos fuiſſe euentus in om-

nibus, plerumque conſtat. Sed & Salomon optimus fuit vſque ad ſenectam, & ſecundo rerum curſu eſt vſus. Poſtea ſecus, veluti etiam Ioſias, & Amaſias. A

Contra reliqui mali varijs, & magnis calamitatibus ex omni parte vexati ſunt. inter quos omnium fuit infeliciſſimus Sedecias Manaſſis impii filius. ipſo enim regnante omnino euerſa eſt Reſp. Iudæorum, neque poſt ſe reliquit vllos filios, cuncti ante oculos patris trucidati. Ipſe oculis effoſſis, in compedibus, & ſqualido carcere vitam ducens miſerrime obiit. Poſt hunc infeliciſſimus fuit Ioachaz. nam tribus dumtaxat menſibus imperauit, & quamdiu vixit, in vinculis fuit, omni honore, ac libertate priuatus. B

Interfecti fuere Ochozias, Amon, Ioas, Ioſias. Illi fœdiſſime, quippe flagitioſi. Ioſias non ita, ſed in acie dimicans, ex vulnere, dum pugnaret, accepto. Turpiſſime defunctus eſt Ioram, languore peſſimo exeſus.

Breuiſſime omnium regnarunt impii Reges, Ochozias anno vno, Amon duobus, Ioachaz menſibus tribus.

Diutiſſime omnium, latiſſimeq. ſimul Dauid, & Salomon, ambo ſcilicet quadraginta annis, & hic quidem non modo cunctis Hebræis, ſed etiam finitimis nationibus imperauit, ſicut etiam Dauid, hoc excepto, quod annis ſex non tam late. C

Non ita ample regnarunt Ozias, & Manaſſes. nam duabus tantum tribubus dominati ſunt, ſed perquam diutiſsime Ozias, & Manaſſes regnaſſent. illi namque attribuuntur anni quinquaginta duo, huic quinquaginta quinque, niſi ex iis demendi eſſent, quos Ozias lepra perculſus, domiq. concluſus vitam traduxit, ab omni munere Regio reiectus, & quos item Manaſſes in carcere Babylonico tranſegit.

Poſt hos Aſa dominatus eſt annis quadraginta, & vno, Ioas autem quadraginta. Sic igitur, cunctis examinatis, vt apparet, pij, diuturnitate regnandi, ac latitudine, ſuperant flagitioſos. Neque vero quiſquam dicat temere à Scriptura diuina adſcribi ruinam Regni Iudaici criminibus Manaſſis, cum fuerint illa omnium ſpurciſſima. &, quamuis ipſe ea defleuerit, ſi tamen vim ſacri eloquij perpendamus, non videntur bene expiata ob id duo maxime inſignia ad ærumnarum grauitatem contigere illius poſteritati. Primumque eſt illud, quod regnum non peruenit ad quartam progeniem, ſed in tertia concidit, ſecundum, quod omnes poſteri, vel in carcere obierunt, vel gladio ſunt interfecti, D

Y terfecti,

A terfecti, excepto Ipachimo, quem deinde Eluimerodachus, Rex Babylonis, è carcere eduxit, ac Regie tractauit. à quo prognati Salathiel, & Zerobabel, Regiæ poſteritatis, ac iuris hereditarii ſucceſſores.

Enumerantur omnes Reges Iſrael, eorumque euenta expenduntur. dein, ſubiectis decem, ac tribus obſeruationibus, apertiſsimum fit, à vera religione pendere omnem temporalem felicitatem. Cap. V.

B INſpiciamus poſt hæc, quid euenerit Regibus Iſrael, quorum Regnum cœpit in Ieroboam Hic igitur, decem tribubus, à Roboami obedientia deſciſcentibus, præfectus, illico fere à recta fide receſſit. Nam, cum Hebræi iuberentur ſingulis annis Hieroſolymam pergere, templumque inuiſere, timuit hic, ne foret hæc occaſio, vt tribus abalienatæ ad obedientiam Roboami redirent. Illud certe accidebat, vt magis frequentaretur Hieroſolyma itantibus ad eam cunctis Hebræis, &
C augeretur potentia Regis inimici. Quocirca, vt inde abſtraheret populos ſibi ſubiectos, duos vitulos conflauit, edixitque, ne quis aſcenderet Hieruſalem. Ecce inquiens, Dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti, poſuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan, & mox fecit fana in excelſis, & 3. *Reg.* 12
Sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Leui. Sic igitur ad ipſius vxorem Ahias propheta alloquens Ieroboam Dei nomine, Inducam mala ſuper domum Ieroboam, & *Cap.* 14.
percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clauſum, & nouiſſimum in Iſrael. Et poſt: Qui mortui fuerint de Ierobo-
D am in ciuitate, comedent eos canes; qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cæli in hac die, & in hoc tempore. Hæc ſacri libri.

Infeliciter autem regnaſſe Ieroboamum, liquet ex eo quod exercitus eius maximus fuſus eſt ab Aſa Rege Iuda, qui & nonnullas illius Vrbes, multamque prædam cepit. Neque multo poſt, defuncto Ieroboam, ſuccedens filius Nabat anno Regni ſecundo eſt interfectus cum tota familia, vti prædixerat Ahias, à Baſaa, qui Regnum Iſrael, ſic enim vocabatur, quod conſtabat e decem tribubus, eripiens, nihilo melior fuit Ieroboam, filio-

que

que ipſius. iccirco eadem prædicta ſunt Baaſæ, ac poſteris eius A à Iehu propheta, quæ prædicta fuerunt Ieroboamo. nam, cum mortuo Baaſæ ſuffectus fuiſſet Ela filius eius, poſt annum ſecundum peremptus eſt ab Amon, qui à populo fuerat conſtitutus Rex. Quocirca ille, deſperata omni ſalute, ſe, totamque domum ſuam ſuccendit. Subſtitutus eſt illi à contraria factione Thebri, quo mortuo, ſolus imperauit Amon à recta religione auerſus, annis duodecim, ſucceſſoremque habuit Achab filium, cui prædicta fuere per Eliam Thesbitem eadem, quæ Ierboamo, & Baaſæ. interfectus eſt Achab in prœlio à Syris, Regnumque Ochorie filio reliquit, qui e caſu ſcalarum mortuus B eſt, translatumque eſt Regnum in fratrem Ioram. Hic occiſus eſt à Iehu (quem de iuſſu Eliſei vnctum narrat Scriptura) & à canibus, vna cum matre Iezabele eſt deuoratus. Perempti ſunt, vna cum ipſo ſeptuaginta fratres, omnes ex Achab orti, ita, vt nulla ex hoc proles remanſerit. Illud à Iehu præclare geſtum ſcribitur, quod omnes Sacerdotes Baal, cui ſeruiuerat familia Amon, & Achab, trucidauit, ac ſuſtulit aras & quidquid ad huiuſmodi Idolū pertinebat, euertit. Veruntamen vitulos aureos Ieroboam coluit. Hinc ob primū factum retulit hanc a Deo promiſſionem, Regnum ſcilicet in quartam ipſius progeniem tranſ C mittendum. Igitur poſt eum regnauit filius Ioachaz, atque ex hoc Nepos Ioas, inde pronepos Ieroboam, & denique ſoboles huius Zacharias quartus à Iehu, qui interfectus eſt à Sellum. Sellum vero poſt vnum Regni menſem necatus eſt à Manahe, qui ſucceſſorem ſortitus eſt filium Phacee, qui interfectus eſt à Phacee filio Romeliæ. Hic itaque, occupato Regno, & ipſe occiſus eſt ab Oſee filio Ela, qui, arripiens Regnum, tributa pendebat Salmanaſaro Regi Aſſyriorum, à quo cum deſciſcere moliretur, inuocato Sue Regis Aegyptiaci auxilio, captus, regnoque priuatus eſt: omneſque decem tribus è proprijs ſedi- D bus, & antiquis, migrare iuſſæ ſunt, ac translatæ in Meſopotamiam, & Mediam anno quarto Regis Ezechiæ.

4. Reg. 1.

Decem porro & octo Reges Iſrael numerantur, nimirū Ieroboam, Nabath, Baaſa, Ela, Zambri, Ambri, Amon, Achab, Ochozias, Ioram, Iehu, Ioachaz, Ioas, Ieroboam, Zacharias, Sellum, Manahem, Phacee, Oſee, qui regnarunt omnes a Roboam filio Salomonis vſque ad Ezechiam, quo temporis ſpatio recenſentur dumtaxat Reges Iudæ duodecim. Sic igitur illi ſeſqui plures fuerunt, ac proinde breuius imperarunt, quippe qui fuerunt

runt

A runt omnes idolis colendis addicti: vt ſciamus, religionem facere ad longitudinem vitæ diuinitus impetrandam. Atque hæc ſit prima obſeruatio.

Secunda eſt. E Regibus decem & octo Iſrael, decem fuere interfecti, Nabath, Ela, Zambri, Achab, Ioram, Zacharias, Sellum, Phacee, Oſee, cum quatuor tantum fuerint occiſi, e Regibus Iudæ. Et hac parte igitur infeliciores impii Reges.

Tertia eſt. Vna familia Dauidis ſemper imperauit in ſucceſsione Regum Iudæ, at in ſucceſsione Regum Iſrael familiæ nouem diuerſæ regnarunt, Ieroboam, Baaſa, Zambri, Amri,
B Iehu, Sellum, Manahem, Phacee, Oſee: vt cognoſcamus, quàm faueat Deus Religionis vere cultoribus, eorumq. generi, ac poſteritati.

Quarta eſt. Nulla ſtirps e Regiis Iſrael, regnum tranſmiſit vltra quartam generationem, qui terminus ſolet aſsignari extirpandis impiorum nepotibus.

Quinta eſt. Vna tantum è Regiis Iſrael familiis extitit, quæ ad quartam generationem Regnum tranſmiſerit, hæc autem fuit Iehu, qui propius abfuit a ſincera religione. euertit enim cuncta altaria, ſtatuas, imagines, & fana Baaal, Sacerdoteſq.
C ipſius interfecit.

Sexta eſt: Vnus tantum legitur vnctus a viris religioni conſecratis inter Reges Iſrael. Hic vero fuit Iehu, cuius etiam poſteri, vt diximus, reliquis diutius imperarunt, ac prætereа minus obnoxii fuerunt cædibus aduerſus eos hoſtili manu perpetratis. e quinque enim Regibus vnus tantum Zacharias eſt interfectus ex eadem gente.

Septima, cum Reges Iſrael quintuplo latius dominarentur, quam Reges Iudæ, his enim duæ tribus dumtaxat, illis decem parebant: Semper tamen fuere potentiores Iudæ Reges, vt ap
D paret ex hiſtoria ſacra. Nam ſæpius Reges Iſrael tributum ſoluerunt tum Regibus Iudæ, tum finitimis. Amplius autem longe breuius Regnum fuit Iſrael, quam Iudæ: vt ſciamus, bellicum robur, etiamſi naſcatur ab aliis virtutibus, & has tamen, & illud in primis oriri a recta religione. Quin longe plurimi mortales fuere è duobus tribubus, quam è reliquis decem, vt infra aperietur.

Octaua eſt, cum Regno Iſrael iam futura impenderet ruina, miſsi fuere a Deo, qui rebus labentibus ſuccurrerent, Elias, & Eliſeus, quorum hic vixit vſque ad Ioas nepotem Achab, ex

filio

filio Ioachaz. Per hos igitur ſanctiſſimos viros, eorumque ſectatores, vt cunque ſuſtentatæ ſunt res Iſraelitici regni. eos autem coluerunt aliqui Reges, & maxime familia Iehu, quamuis vitulos aureos ſiue ipſi colerent, ſiue non exterminarent. Hinc
4.Reg.13 legimus, Ioas Regem fuiſſe Eliſei ſtudioſum, ac fleuiſſe illo ægrotante, cum inuiſiſſet in lecto decumbentem. A

Nona eſt: hoc Ioas, ac ſtirpe Iehu vncti de mandato Eliſei prognatus eſt Ieroboam, qui diutiſſime omnium Iſraeliticorū Regum dominatus eſt annis nimirum quadraginta & vno, qui,
4.Reg.15 iuxta prædictionem, Ionæ Prophetæ bonorumque preces, Iſraelis collapſas res reſtituit. Sed cum vitulos, & ipſe, ac filius, & ſucceſſor ipſius Zacharias venerarentur, hinc ſex tātum menſibus Zacharias imperauit, & eius genus intercidit. Poſt quem regnauit Sellum menſe vno, & Manahem annis decem. quo regnante, tributarium factum eſt Regnum Phul Regi Aſſyriorum. Quin, cum Phacee, filius Romeliæ, necaſſet Phacee filium Manahem Regis, Regnumque arripuiſſet, haud multo poſt hæc Theglatphalaſar Rex Aſſyriorum, magnā partem Regni Iſraelitici occupauit, & incolas tranſtulit in Aſſyriacas regiones. quod ex omni parte poſtea Salamanaſar eius ſucceſſor, perfecit poſt annos paucos: vt ſciamus, a bonis regna ſuſtentari; defunctis vero illis, & eorum cultoribus, funditus corruere. B C

Decima eſt, poſt euerſum Regnum Iſraeliticum ſtetit adhuc Iudæ regnum centum triginta quinque annis. Ezechias enim præfuit annis vigintinouem, quartoque ipſius Salmanaſar decem tribus in Aſſyriorum terras tranſtulit: quibus ſi addas annos quinquaginta quinque Manaſſis, duos Amon, triginta & vnum Ioſiæ, ſex menſes Ioachaz, vndecim annos Ioachim, ac totidem Sedeciæ, quem Nabuchodonoſorus excæcauit, ſumma, quam diximus, omnis conficietur annorum centum triginta quinque, quibus Iudæ Regnum ſtetit euerſo Iſraelitico: vt ſcilicet diutius vigeret, & in quo magis conſeruata eſſet religio ſincera. D

Vndecima eſt: quamuis euerſum fuerit Iudæ Regnum, Iudæis tamen haud contigit idem, quod decē tribubus. Hæ namque omnino conmigrarunt in loca Aſſyriorum, neque ex ipſis vllus legitur remanſiſſe in patriis locis, ſed in hæc translatos Aſſyrios fixiſſe ſuas ſedes. Non ita euenit Iudæis. nam plurimi horum ſunt à Nabuchodonoſoro relicti, qui terras colerent,

A rent, vinitores,& agricolæ, vt habetur apud Hieremiam. Adeo ſemper meliori condicione ſunt veræ pietatis cultores, quam ſuperſtitionibus falſis addicti. *Cap.vlt.*

Duodecima eſt, vt illuſtriſſimum fieret cunctis, a religione pendere temporalium bonorum felicitatem, poſtquam domicilia locarunt Aſſyrii in terris, quas decem tribus habitauerant, tot, ac tam feri leones paſſim viſi ſunt erumpere, vt nihil ab illis tutum foret, neque vllus potiri fructibus terræ, aut vllibi incolumis conſiſtere poſſet. Quamobrem, conſilio habito cognouerunt, id accidere, quod incolæ forent alieni a recta reli- *4.Reg.17*
B gione, & oportere hanc ſequi. Remiſſi ſunt igitur, qui docerent incolas nouos veri Dei cultum, quamuis aliqua impietatis decreta retinuerint, ex hoc tamen leones moleſtiæ nihil intulere habitatoribus terræ, ac ſecuri eam coluerunt.

Decimatertia eſt: Sicut nouem ſtirpes Regiæ diuerſæ radicitus exciſæ ſunt ex iis, quæ dominatæ ſunt decem tribubus, ac nullæ illarum reſiquiæ remanſerunt; ſic contra accidit omnino ſtirpi Regiæ Dauidis. non modo enim perſtitit illa, verum, defuncto Nabuchodonoſoro, Euilmerodachus ex eius liberis *Ier. c.vlt.* trigeſimoſeptimo anno migrationis eduxit è carcere Ioachi-
C mum Regem Iudæ, ac poſuit, inquit Ieremias, thronum eius ſuper thronos Regum, qui erant poſt ſe in Babylone, & mutauit veſtimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo ſemper cunctis diebus vitæ ſuæ. Quin poſt hûc populo captiuo præfuiſſe videntur aliquo modo Salathiel, ac Zorobabel: quod poſsumus ex Aggeo coniicere, & ex iis quæ refert Eſdras; vt appareat clariſsime, iis potiſsimum fauere Deum, qui recte pietati adhærent, & cuius maiorse maxime pii fuerunt.

Veriſsime igitur Achior in libro Iudith aſſeruit de Iudæis: *Iud.c.1.* Non fuit, qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſsit a cultu
D Domini Dei ſui. quotieſcunque autem præter ipſum Deum ſuum, alterum coluerunt, dati ſunt in prędam, & in gladium, & in opprobrium. quotieſcumque autem pœnituerunt ſe receſſiſſe a cultura Dei ſui, dedit eis Deus cæli virtutem reſiſtendi. Et mox: Vſque dum non peccarent in conſpectu Dei ſui, erant cum illis bona.

Quot vero, & quanta impietatis nefandæ ſcelera admitterent Hebræi in ipſo templo, Hieroſolyma, & ſingulis Iudææ locis, alibi nos collegimus ſigno xcix. c.3. lib.xxiv. explicantes, deteriori loco fuiſſe rectam religionem, cultores eius, ac res

Z apud

apud Iudæos, quam apud Nabuchodonoſorum, & Chaldæos. A
Conſtat porrò, Hieremiam Prophetam & Sacedotem fuiſſe a Deo conſtitutum ſuper gentes, ac regna, vt euelleret, deſtrueret, diſperderet, diſsiparet, ædificaret, plantaret. Quamobrem, cum variis modis eum Iudæi vexarent, clamantem, ac monentem, ne recederent a cultu ſincero, ac mandatis Dei, Spiritu diuino impulſus, in illa verba erupit. Fiant corruentes in gladio ſuo, & in tempore furoris tui abutere eis. & his ſimilia. Quamobrem ſeruatus ipſe eſt, & quicumque adhæſerunt ipſi. cæteri omnes miſerrimè, ac fœdiſsime perierunt. vt ſciamus, a religione, & eius miniſtris Sacerdotibus omnia pendere. B

Ier.c.1.18 19.20.27 & ſeq.

Quamdiu ſtetit imperium Chaldæorum, & Perſarum, ſunt a Iudæis iidem facti felicitatis temporalis progreſſus, ac religionis: & recenſentur vtriuſque octo gradus.

Cap. VI.

ABductis in ſeruitutem miſerrimam Iudæis, nihil eos æque extulit ad bonorum temporalium copiam potiundam, quam religio. Quod illuſtriſsimis euentis apertiſsimum fiet. In primis C autem conſtat, e Danielis libro, ipſum, treſque pueros, Ananiam, Miſac, & Azariam, iccirco & ſapientiores, & formoſiores euaſiſſe, ac propterea productos in conſpectum Regis illi conciliatos, & ab eo cunctis aliis fuiſſe præpoſitos, quod noluerint immundis cibis veſci, & elegerint legumina tantum deguſtare. Hinc interpretatus Daniel illud ſtatuæ ſomnium mirabile, fuit in cauſa, vt Nabuchodonoſorus illa verba miſerit: Vere Deus veſter Deus Deorum eſt, & Dominus Regum, & reuelans myſteria, quoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramentum. Tunc Rex Danielem in ſublime extu- D lit, & munera multa, & magna dedit, & conſtituit eum principem ſuper omnes prouincias Babylonis, & Præfectum magiſtratuum ſuper omnes ſapientes Babylonis. Daniel autem poſtulauit a Rege, & conſtituit ſuper opera prouinciæ Babylonis, Sidrac, Miſac, & Abdenago. (hi ſunt Ananias, Miſac, & Azarias) En igitur, vt per actus religionis Iudæi cœperint caput extollere, atque emergere e tot, ac tantis, in quas inciderant, ærumnis. Atque hic eſt primus gradus, quo ſunt euecti Iudæi ad bonorum temporalium copiam potiundam. Deinde cōtigit aliud longe

Dan.1.

A longe maximum. Nabuchodonoſorus enim iuſsit adorari ſtatuã auream ſublimem a cunctis,&, qui non adoraſſet proiici in ardentiſsimam fornacem. renuerunt id agere Daniel, Ananias, Miſac,& Azarias, proiectiq. in fornacem, cunctis videntibus, & ipſo inſpectante Rege, flamma in fornicem ſeſe attollens inimicos circumſtantes combuſsit,& ipſis nihil nocuit. quin illæſi, ac veluti in amœno loco, & placido conſiſtentes Deum laudabãt vna cum viro quodam diuinitatem maximam præſeferente, qui protexit eos. Id Rex contemplatus, egredi illos iuſsit, edictumq. propoſuit, vt, quicumque blaſphemiã loqueretur aduer
B ſus Deum ipſorum, occideretur, ac domus eius vaſtaretur, quod non eſſet alius Deus, qui poſſet ita ſaluare. Atque ita per actũ religionis non modo religio, ſed & qui colebant ipſam, maxime ſunt amplificati. Atque hic eſt ſecundus gradus. *Dan. 3.*

Poſt hæc cecidit in mentis alienationem Nabuchodonoſorus, ſeptemq. annis quaſi bellua cum belluis verſabatur a Regni gubernatione deiectus, ob nimiam animi elationem, & præſidentiam; reſipiſcens autem, potentiamq. Dei agnoſcens, ac veniam precatus, redditus eſt ſanitati, ac Regno,&, ſi quando vnquam, tum maxime veram religionem, pietatemq. eſt amplexa
C tus, ita, vt S. Auguſtinus aſſerat ipſum ſaluum, electorumq. numero aſcribat. ex quo probatur, a religione omnem fructum temporalium bonorum pendere.

Tertius gradus eſt, cum Balthaſar Rex, Nabuchodonoſori progenies, contaminauit vaſa e templo ablata, Deoq. vero conſecrata. Nã, licet illa Nabuchodonoſorus aſportaſſet, tẽplumq. ab ipſis Iudæis vario idolorũ cultu violatũ, vt eſt apud Ezechielem, ſubuertiſſet, ea tamen numquam vel ad profanos, vel ad impios vſus ille adhibuit. Balthaſar ſecus. adferri enim iuſsit in quodam celebri conuiuio, vt in iis libaret idolis ſuis.
D Quocirca protinus apparuit horrendum ſpectrum manus e pariete prodeuntis, atque in eo ſcribentis, obſcura, & inuoluta ambage verborum, futurũ, vt Balthaſar exueretur Regno, idq. inter Medos, ac Perſos diuideretur. Cumq. nemo interpretari poſſet illa, Daniel explicauit. Quod adeo Regi placuit, vt aureã torquem collo eius circumdaret, eumq. in Regno tertium conſtitueret. Quæ ſane omnia contigerunt contemptę religionis occaſione, cum Daniel prius non eſſet niſi Præpoſitus Princeps magis, incantatoribus, Chaldæis, aruſpicibus.

Quartus gradus eſt: Cum Darius Medus, euerſo Chaldæo-

rum regno, atque in ſuã, Cyriq. poteſtatẽ translato, doloſis impiorum machinationibus inductus legem tulit ad imperium ſuum maxime ſtabiliẽdum, & ab aliis omnem auertendum cultum, vt quicumque intra dies triginta quidquam petijſſet ab vllo Deo, vel homine, niſi ab ipſo Dario, mitteretur in lacum leo- A

Dan. c. 6. num.. Poſt hæc, Daniel eſt delatus, quod ter in die, apertis feneſtris, ad locum diruti templi conuerſus Deum precaretur. Quamobrem fruſtra id ægre ferente ipſo Rege, ac vix permittente, Daniel leonibus datus eſt deuorandus, & in foueam deiectus. Verum, cum nihil ei nocuiſſent famelici leones, ac Rex ſalutem Danielis vehementiſſime cuperet, vbi illuxit, accedens ad caueam, conſpicatuſque mirabiliter incolumem Danielem, iuſſit educi, & inimicos eius in illam proiici, qui protinus deuorati ſunt. Darius autem reſtituit loco, & dignitati priſtinæ Danielem, qui triumuir erat ſuper omnes Iudices, ac Præſides prouinciarum. Præterea vero ſcripſit ad omnes populos in hæc verba: Pax vobis multiplicetur. A me conſtitutum eſt decretum, vt in vniuerſo imperio, & Regno meo tremiſcant & paueant Deum Danielis. ipſe eſt enim Deus viuens, & æternus in ſæcula, & Regnum eius non diſſipabitur, & poteſtas eius vſque in æternum. Ipſe liberator, atque ſaluator, faciens ſigna, & mirabilia in cælo, & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum. Hæc Darius: è quibus magna eſt in omnibus bonis facta acceſſio Iudæis, ac Danieli. B C

Iſa. c. 45.
Ier. 25. 29
2. Par. vlt.
1. Eſd. 1.

Quintus eſt, cum prophetias Iſaiæ, Ieremiæ, ac Danielis Cyrus admiratus, ſibique Regnum promitti, & prædici, ac nomen ſuum memorari in illis, dedit has litteras ad omnes populos imperio ſuo ſubiectos. Hæc dicit Cyrus, Rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Hieruſalem, quæ eſt in Iudæa, qui ex vobis eſt in omni populo, cuius ſit Dominus Deus ſuus cum eo, Aſcendat in Hieruſalem, quę eſt in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Iſrael. Hæc Cyrus: qui mãdauit etiam reſtitui vaſa templi ablata, & in omnibus fauit Hebræis, templique edificationem promouit, vt habetur in libris Eſdræ, ac Ioſephi. D

Sextus eſt, cum, multis impedientibus ædificationem templi, & rectæ religioni aduerſantibus, Darius rex alter ab illo primo Medo, iuſſit præberi ſumptus de publico non ſolum ad illud perficiendum, ſed etiam ad ſacrificia. ſcribitur enim, vouiſ-

ſe, cum

A ſe, cum regnum iniret, ſe ædificaturum templum, quod cæptũ reſtaurari ex decreto Cyri, poſtea flagitioſe incenderant Idumei. Quin imperauit,vt omnis Iudæorum regio foret immunis,atque in libertate viuerent,tam ipſi, quam filij, tributaque iis præſtarentur, & caſtella occupata reſtituerentur ab Idumæis. Ac,ne quis eos læderet, mille equitum cuſtodiam dedit iter facientibus,quouſque Hieruſalem peruenirent. *1.Eſ.1.& 3.c.3.4.*

Septimus eſt, cum Rex Artaxerxes anno Regni ſeptimo ita ſcripſit:Ego Artaxerxes Rex ſtatui, atque decreui omnibus cuſtodibus arcæ publicæ,qui ſunt transflumen,vt,quodcunque petierit à vobis Eſdras Sacerdos,ſcriba legis Dei cæli,abſque mora detis,vſque ad argenti talenta centum, & vſque ad frumenti coros centum,& vſque ad vini batos centum, & vſque ad batos olei centum;ſal vero abſque menſura omne,quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli, ne forte iraſcatur contra Regnum Regis, & filiorum eius. Vobis quoq; notum facimus de vniuerſis Sacerdotibus,& leuitis,& cantoribus & ianitoribus, & Nathinæis,& miniſtris domus Dei huius; & vectigal,& tributum,& annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Tu autem Eſdra,ſecundum ſapientiam Dei tui,quæ eſt in manu tua,conſtitue Iudices, & Præſides, vt iudicent omni populo,qui eſt transflumen, his videlicet, qui nouerunt legem Dei tui, & legem Regis,diligenter: iudicium erit de eo ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in in condemnationem ſubſtantiæ eius, vel, certe in carcerem. Hæc Artaxerxes, non modo immunitatem,libertatemq. tribuens Iudæis, ſed attribuens etiam merum, mixtumq. imperium ab Euphrate vſque ad terminos Paleſtinæ. *1.Eſ.7.*

Octauus eſt: Cum Rex Aſſuerus Amanum deiecit (qui Iudaicæ religionis, ac potiſſimum Mardochei odio, quod ipſi, diuinos honores ambienti haud genuflecteret,Iudeos omnes iuſſerat toto Aſſueri imperio deleri) Mardocheumque extulit,principem Palatij creauit,ac Iudæis poteſtatẽ fecit, vt hoſtes omnes Iudaici nominis extinguerent. ex quo factum,vt, quacumque Perſici Regni poteſtas pertingeret, Iudæi plurimum poſſent.

Eſt autem controuerſia,quis ex iſtis tribus primus, ſecunduſue fuerit, & quo vel nomine, vel cognomine notetur apud profanos ſcriptores. De quibus nos alibi. non enim videtur hic ſuus locus.

Ad

Ad ſummam, cognouimus, eoſdem religionis, ac temporaliũ A
bonorum factos progreſſus à Iudæis; ac, quoties per eos illa
promouebatur, toties etiam bonis temporalibus augebantur,
quamdiu Perſici Reges imperarunt, præſidentibus in Hieru-
ſalem ſummis Pontificibus Ioſue, Ioachimo, Eliaſib, Ioiada,
Ioatham, & Ieddo, ſiue Iaddo.

*Narrantur euenta temporis, quod fuit ab euerſo imperio Per-
ſico vſque ad Machabæos: eorumq. felicitatem proceſſiſſe
vna cum religionis ſtatu, explicetur. Cap. VII.*

B

PONtifices, vt apparet, ſummam rerum te-
nebant in Iudæa, merumque & mixtum exer-
cebant imperium florente regno Perſarum:
quod horũ Reges Iudæis maxime fauerẽt. res
tamen valde perturbatæ ſunt, religionis etiã
cauſa perturbata, præcipue vero Pontificiæ
Poteſtatis iure. Sedente enim Ioanne Ponti-
fice, qui & Ionathan vocatur, Ieſus eius frater ambiens Ponfiti-
catum à fratre Ioanne Pontifice necatus eſt, rixa enata ob hanc
Ioſeph. l. cauſam in ipſo templo. Quocirca propter huiuſmodi facinus C
11. c. 7. indignatus Vogezes Artaxerſis Regis perfectus, qui Ieſu inter-
fecto fauebat, templi penetralia, quoties libuiſſet, ingredieba-
tur in legis contemptum, neque ſinebat hoſtias offerri, niſi tri-
buto perſoluto. Rurſus, Ionatha defuncto, ſuffectus eſt filius
Iaddus, aduerſus quem frater Menelaus impetrauit à Sanaba-
latho Darij pręfecto, cuius filiam duxerat vxorem cõtra leges,
vt ipſe, illo deiecto, Pontifex conſtitueretur, ſi Darius Alexan-
drum Regem, qui iam bella mouerat, ſuperaſſet. Hic eſt Mene-
2. Eſd. c. laus, quem Nehemias à ſe reiectum narrat, atque è templo fu-
vltimo. gatum, quod alienigenam coniugem duxiſſet. Sed voto illius D
non reſpondit euentus. Nam Darius eſt ab Alexandro deui-
ctus. Religio vero fuit in cauſa, vt Iudæi priſtinam felicitatem,
vel etiam multo maiorem diuinitus adipiſcerentur: cuius be-
ne eſt, vt referamus euenta diuerſa, illaque ſigillatim recen-
ſeamus.

Primum ſit igitur, cum Iaddus Pontifex cydarim, è qua la-
mina aurea cum diuini nominis inſcriptione pendebat, ge-
ſtans in veſte, & ornatu Pontificio, ſolemnique ſacerdotum
pompa, & apparatu, occurrit Alexandro Magno armatas acies
ducenti,

A ducenti aduerſus Iudæos, hoſtilia cuncta meditanti, & ipſius Hieroſolymæ exciſionem: Sed, vbi conſpexit hic Pontificem, protinus ex equo deſiliens, & ad Pontificis pedes accidens, Vrbem, gentemq. Iudæorum multis muneribus ac priuilegijs ornauit, admirantibus ſuorum ducibus, atteſtatus, in Pontifice Deum ſe agnouiſſe, qui & ſibi in Macedonia apparuerat dormienti, & ad Perſicum bellum commouerit, & cuius ope vincebat: quam ob cauſam voluit eidem ſacrificare. *Ioſeph. li. 11. c. vlti.*

Secundum eſt: cum, defuncto Alexandro, Ptolomæus Lagi filius Aegyptum ſibi vindicaſſet, & hoſtiliter Iudæos, ac præ-B ſertim Hieroſolymitanos tractaſſet, adductis eorum plurimis in Aegyptum, cum tamen cognouit eos veri Dei cultores eſſe conſtantiſsimos, pares cum Macedonibus, inquit Ioſephus, Alexandriæ ciues eſſe conſtituit, & multos cuſtodiendis Vrbibus aſsignauit. *Ioſeph. li. 12. c. 1.*

Videntur hæc acceſſiſſe Simone Oniæ filio ſedente, quē multis laudibus extollit Eccleſiaſticus, quaſi ipſo Pontifice Iudæi feliciſsimi forent ob religionem. Sed & Seleucus Nicanor, qui Babylonem, Syriam, magnamque Aſiæ partem, & imperio tenuit, atque ad ſuos nepotes tranſmiſit, æquos, honores, & iura C in cunctis ſuis vrbibus tum Græcorum, tum Iudæorum genti eſſe iuſsit: quid idem Ioſephus ſcribit. *Eccl. c. 50* *li. 12. c. 3.*

Tertium ſit: Cum multi tamen adhuc Iudæi detinerentur in ſeruitute, quod bellis varijs capti eſſent a militibus, vt mos erat antiquis, Ptolemæus Philadelphus omnes de ſuo redemit in Aegypto, Phœnicia, Regnique ſui confinibus. Id vero egit non alia de cauſa, niſi quod vnum verumque Deum colerent, petente, & aſſerente id Ariſteo, Soſibioque, & Andrea ſimul rem adiuuantibus. quod idem narrat. Amplius, illorum multos Aulæ ſuæ, & muneribus publicis honeſtiſsime præfecit, menſā D magnificentiſsimam ex auro extructam, quam deſcribit ille, templo donauit. curauit inſuper à ſeptuaginta interpretibus Biblia transferri in Græcam linguam, quæ adhuc habentur. *li. 12. c. 2.*

Quartum ſit: Antiochus præterea Magnus, Iudæorum religionem ſtudioſe admiratus, quod partes ipſius in bello ſecuti eſſent, ita reſcripſit: Conſtituimus, propter pietatem eis præſtare ad immolationem victimarum, & vini, & olei, & libaminis precium argēteorum viginti millia, & ad ſimilam ſecundū prouincialem legem tritici modios mille quadringentos ſeptuagintaquinque, & ſalis modios trecentos ſeptuaginta quinque, præ- *Ioſ. li. 12. c. 9.*

præberi autem hæc eis volo ſecundum mea mandata, & opus templi conſtitui, & porticus, & quidquid aliud oportet refici. materia autem lignorum deponatur ex ipſa Iudæa, & ab aliis gentibus, & à Libano, nullo pro his exigente vectigal: ſimiliter & in alijs clariſsimam templi geri volumus ædificationem. Hæc ille, multis præterea priuilegijs Iudæos toto imperio, quod latiſsimum tenebat, amplificauit, vt Ioſephus refert. A

Quintum: Cum propter hæc, inquit auctor libri ſecundi Machabæorum ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiã adhuc optime cuſtodirẽtur propter Oniæ Pontificis pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat, ut ipſi Reges & Principes locum ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent, ita, vt Seleucus, Aſiæ Rex (hic Antiocho Magno ſucceſsit) de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinẽtes. Hęc ibi. Hic vero Onias ille videtur, ad quem miſit Epiſtolas, ac legatos pro ſocietate ineunda Lacedæmoniorum Rex Darius, ſeu potius Areus, vt vocat ipſum Ioſephus. & eius meminit Pauſanias in Laconicis, ac Plutarchus in vita Pyrrhi. *Cap. 3.* B *1. Mach. 2.*

Illud etiam contigit ad illuſtrandam religionem præclarum, ſedente Onia. nam, cum miniſter Seleuci Regis Heliodorus, nequidquam repugnante pontifice, vt depoſitas pecunias auferret, auſus eſſet ingredi templum, ab equite terribili diuinitus apparente calcibus ad terram proſtratus eſt, atque à duobus iuuenibus, lætaliter virgis eſt cæſus, ita, vt ſemimortuus inde fuerit aſportatus, ac vix ſanitati reſtitutus precibus, & ſacrificijs Onię. Quocirca, re infecta, coactus redire, ſæpe aiebat ad Regem. Siquis eſt tibi hoſtis, aut inſidiator Regni, mitte illuc, ac flagellatum recipies, ſi tamen euaſerit. C *2. Mach. 3.*

Hucuſque Iudæorum temporalia bona feliciter proceſſerũt, florente religionis cauſa, ac Præſidentibus ſummis Pontificibus, & populari quadam poteſtate, inquit Ioſephus rebus adminiſtratis, ita tamen, vt plerumque Perſicis, ac poſtea Macedonicis Regibus, ſiue Seleucidis, ſiue Ptolemæis aliquid tributorum nomine perſoluerent, idque per annos plus minus quadringentos Pontificatum gerentibus Ieſu, qui cum Zorobabele redijt, nepotibus. ex hoc omnia miſceri cœperunt, concuſſo ſummi Pontificatus, ac religionis ipſius ſtatu. Nam Ieſus, qui & Iaſonem ſe nominabat, Oniæ frater, œſtro ambitionis incitatus, Antiochum Epiphanem conueniens, promi- D

ſit

A ſit ei talentorum argenti trecenta ſexaginta, & ex redditibus alia octuaginta ſingulis annis, ſi Oniā Pontificatu depelleret, ac ſe præficeret. Cumque id obtinuiſſet, eadem ratione depulſus eſt ipſe à Menelao, & Lacedæmona profugiens, exul eſt defunctus. Sed & Onias eiuſdem Menelai ſtudio necatus eſt Antiochiæ ab Andronico. Menelaus autem, cum pactam pecuniam non perſolueret, expulſus eſt ſede, intruſuſque Lyſimachus: quo deinde interempto, rurſus ille eſt euectus. Tenuit Ieſus, qui & Iaſon, Pontificatum tribus annis, Menelaus duodecim. *Ioſeph. li. 12. c. 18. 2. Mach. 3.4.5.13.*

Ab Iaſone porro conſtituta ſunt gymnaſia Hieroſolymis publica,
B in quibus non modo Græcorum litteræ, ſed etiam ſuperſtitiones impiæ tradebantur. pueri in lupanaribus erant, atque ob id ipſum pendebat ille talenta centum quinquaginta. Sic igitur conuulſa Pontificia poteſtate, Religione perturbata, quid acciderit, inſpiciamus. Cum Iaſon bellum gereret aduerſus Menelaum, vt Pontificatum rurſus in ſe transferret, & Antiochus Epiphanes eodem tempore in Aegypto aduerſus Ptolemæum, reuerſus hic victor, Iudæis infenſus, eorum millia octuaginta occidit, quadraginta vinxit, totidem vendidit, omnia cædibus, rapinis, quouis genere crudelitatis turpiſſime fœdauit,
C ac ſuadente Menelao, templi penetralia ſanctiſſima ingreſſus, impuris manibus auſus eſt ſacroſancta quæuis contrectare. Inde autem profectus, cunctis expoliatis, miſit Apollonium cum viginti duobus militum millibus, mãdans ſecreto, vt viros perfectæ ætatis interficeret, mulieres, ac iuuenes venderet. diſtulit ille rem, donec omnes die Sabbati ad ſpectaculum feriati procederent. id vbi euenit, cunctos, qui conuenerant, interemit. Poſtea vero milites in omnem partem miſit, qui ſingulos interficerent. quod vbi eſt cœptum, paſſim profugere omnes in deſerta. *2. Mach. 5.*

D Hoc peracto, tumultuque ſedato, iuſſit, euerſis impie ſacris, templum Ioui Olympio conſecrari, Menelaumque Pontificem Samariæ mandans conſidere, templum aliud, quod in ea erat, Ioui hoſpitali dedicari imperauit, aboleri omnem Iudæorum religionem, & cultum, tranſire autem quẽlibet ad impietatem gentium, qui recuſaret occidi: ac tunc ſeptem fratres, qui Machabæi dicti ſunt, quod Machabæorum temporibus excelluerint, occiſi cum plurimis alijs, ita, vt nunquam magis oppugnata fuerit, & ad internecionem petita natio Iudæorum cum vera religione in Palæſtina, (innumera namque eorum millia in

Aa uarijs

uarijs regionibus erant diſperſa) atque hoc tempore: vt merito A
Epiphanes Antichriſti cuiuſdam ſimilitudinem gerere dicatur.

Referuntur octo gradus, quos vnà cum religione Iudæi fecerunt ad recipiendam maiorem temporalium bonorum copiam, quoad amplitudinem regionum ipſis ſubiectarum, & æquam gentium nobiliſſimarum Societatem. Cap. VIII.

PRogrediamur adhuc, inquirentes, qui fuerit exitus tot, ac tantarum rerum, & quomodo proceſſerint Religio, & bona temporalia. Cũ B contigiſſent igitur, quę diximus, anno centeſimo trigeſimo ſeptimo, ac nono Regni Græcorũ, ex quo Alexander imperare cœpit: Mathathias poſt hęc, cum quinque filijs, Ioanne, Simone, Iuda, qui dictus eſt Machabæus, Eleazaro, Ionatha, cœpit, cõfluẽtibus ad eũ multis, prœliari aduerſus Antiochi Duces aras ab ipſo conſtitutas euertit, immolanteſq. aliquot Idolis occidit, & ſacras res in antiquũ, ſuumq; ſtatum reſtituere contendens, præfuit veræ religionis cultoribus, ac ſtudioſis in Iudæa annum vnum. Decedens autẽ, Simonem ſibi in omnibus ſuffecit. Iu C dam vero, belli ducem conſtituit aduerſus impios omnes. Recẽ-
1. Mach. 2 ſeamus autem gradus, quibus Iudas pro religione decertans eſt diuinitus cum ſuis ad maiora ſemper euectus.

Primus eſt, Cũ nobiliſſimas victorias referẽs ſuperato Apol-
1. Mach. lonio, dein Gerone, mox Gorgiã, & Nicanore, ac deniq; Lyſia, re-
3. & 4. cepit Hieroſolymã, ac finitimas terras, templumq. & ſacrificia reparauit, multis hoſtium ſpoliis onuſtus, ac ditatus, ita, vt Nicanor paſſim prædicaret Iudæis eſſe Deũ protectorem, non poſſe illos vulnerari, quod eius leges obſeruarent. Nam reuera Iudas non aliud ſuis proponebat, quam Deum, neque alii fidebat pie- D
2. Mach. tate, ac religione innixus, atque iccirco, quæ ad illam ſpecta-
8. bant, vt templum, ſacrificiaque inſtaurans.

Secundus eſt, Cùm vicit Idumæos, Ammonitas, & alienigenas, qui conſederant in Galaad, opulentiſſimas prædas vndique reportans, vrbeſq. multas expugnãs, quibus auditis, Antiochus Epiphanes, iram Dei in multis præſentiens, adeo conſternatus eſt animo, vt incidens in morbum palam iactaret, ac polliceretur, ſe Iudæos Athenienſibus æquales facturum, templum, quod expoliauerat, optimis donis ornaturum, ſãcta vaſa multi-

plica-

A plicaturum, pertinentes ad ſacrificia ſumptus de reditibus ſuis præſtaturum, inſuper Iudæum ſe futurum; & omnia terræ loca peragraturum, Deiq. poteſtatem prædicaturum. Quæ tamen cū non ex animo ob Dei honorem præcipue diceret, miſerabiliter interijt: illiq. filius Antiochus ſucceſſit, cuius Dux Timotheus, ingenti exercitu coacto, pergens aduerſus Iudam, fuſus eſt mirabiliter. Nam Machabæus, ac milites ipſius, caput terra aſpergentes, ciliciiſq. ſe induentes, ad altaris crepidinem prouoluti, Deum precati, ſumptis armis, in hoſtes perrexerunt, pugnaq. *2. Mach.* vehementi commiſſa, apparuerūt e cælo demiſſi quinque equi- 10.
B tes frenis aureis decori, aciem Iudæorum præeuntes, & ex iis duo Iudam medium circumdantes protegebant, telaque, & fulmina in hoſtes Iudæorum iaciebant: ac tunc Iudæi peditum vicies mille quingentos, equitum ſexcentos, Timotheumque, & fratres eius, Chæream, & Apolloniū, peremerūt, diuinitus impetrantes, ac perficiētes hæc omnia actibus, vt apparet, religioſis.

Tertius eſt, Cum Lyſias, coactis militū octuaginta millibus, *2. Mach.* & equitatu præterea plurimo, pugnam commiſit cum Iuda, ac 11. fuſus eſt ille, amiſſis vndecim millibus peditum, milleq. ac ſexcentis equitibus. Nam Iudæ exercitum præcedebat eques in ve
C ſte candida, aureis armis haſtam vibrans, & inimicas acies profligans. Antea namq. Iudas cum fletu, & lacrymis Deum precatus eſt cum ſuis, vt Angelum ſalutarem mitteret, atq; ita præcipuos actus religionis edidit. Quocirca, cognitis rebus hiſce, Antiochus pacem ſtatuit cum Iudæis, quam tamen nonnulli eius miniſtri interturbabant.

Quartus eſt igitur, Cum Iudas, coactus iniuriis multis, ac ma *2. Mach.* leficiis hoſtiū manifeſtis, multas eorū ciuitates cepit, inuocato 12. ſemper auxilio Diuino, ac pro ſacris pugnans. Inter alia, non habens niſi armatorum ſex millia; prœliumq. conferens aduer-
D ſus Timotheum, qui ſub ſignis habebat peditum millia centum viginti, equites bis mille ſexcentos, victor Iudas exſtitit, ac proſtrauit hoſtium millia triginta, duobuſq. aliis prœliis quinquaginta millia. In his autem contigit illud admirabile ad illuſtrandam religionis cauſam. Nam, cum multi Iudæorum fuiſſent interempti, ac ſpoliarentur eorum corpora, vt ſepulturæ mandari poſſent, inuenta ſunt eorum tunicis occultata donaria multa Idolorum: quod videtur in cauſa fuiſſe, vt occiderentur ob impietatem. *2. Mach.*

Quintus eſt, Cum Antiochus Eupator præcipitauit ex altiſſi 13.

ma turri impium Pontificatus inuaſorem Menelaum, quod ipſe primus huiuſmodi diſſidia ſeruiſſet inter Iudæos, ac Reges, & nihilominus, haud ferens tot, ac tam præclaras Iudæorum victorias, peditum millia centum viginti, equitum quinque, elephantos viginti duos, currus falcatos trecẽtos coegit aduerſus eos. Quamobrem Iudas, cum triduum Iudæos in precibus ante Deum proſtratos ſtare imperaſſet, paucis ſuorum delectis, noctu aggreſſus caſtra Regis, hoſtium quatuor millia cecidit, & omnia tumultu, & terrore repleuit, ita, vt Rex fruſtra obſidens loca Iudæorum munita, cum nihil proficeret, audita ſuorũ quadam defectione, coactus temporũ neceſſitate, pacem ſtatuerit, Iudãq. a Ptolemaide vſq; ad Gerrenos ducẽ, & Principẽ fecerit. A B

2. *Mach.* 14. & 15 Sextus eſt, Cum Demetrius Seleuci filius, adiunctis Iudæorũ plurimis, qui non bene cum Iuda ſentiebant, hominibus parum religioſis, Nicanorem miſit, qui, non armis, ſed aſtu, rem gerendam iudicans, pacem fecit, Hieroſolymam venit, ibiq. commoratus, perfecit, vt Alcimus Pontifex fieret. Verum, cum Iudæ mortem machinaretur, atque ob id Iudas aufugiſſet, ventum eſt denique ad pugnam, in qua Iudas, implorato multis precibus auxilio diuino, prœlium commiſit, & cum ſuorum paucis inimicorum millia triginta quinque occidit, Nicanorem peremit, ac rurſus Hieroſolymas recepit. Cum vero in precibus eſſet totus Iudas cum ſuis, ac ſomno deinde ſe dediſſet, vidit Oniam Pontificem, qui pro Iudæis Deum orabat, & Ieremiam, qui Iudæ dextrà extenta aureum gladium porrigens, aiebat, Accipe ſanctum gladium munus a Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei. C

1. *Mac.* 8. Poſt hæc Iudas iniit ſocietatem cum Romanis: cumq. Demetrius miſiſſet Bachidem, & Alcimum, cum maximo exercitu, in Iudæam, Iudas idem, contra omnium ſuorum conſiliũ pauciſsimos habens, prœliumq́. cõmittens, eſt ſuperatus, & occiſus ſub annum centeſimum quinquageſimum ſecundum. Ex illo, inquit Diuina Scriptura, emerſerunt iniqui in omnibus finibus Iſrael, & facta eſt fames magna valde, & tradidit ſe Bachidi omnis regio, omneſque amici Iudæ necabantur. Quamobrem conuenientes multi elegerunt Ionatham, Iudæ fratrem, Ducem, qui, cum frater ipſius Ioannes dolo fuiſſet a nonnullis interfectus, vità eius morte, ac Bachide profligato, Hieroſolymam recepit. nec multo poſt obiit Alcimus, paralyſi oppreſſus, ac multis tormentis excruciatus, anno centeſimo quinquageſimo tertio. D

Septimus

A Septimus eſt, Cum Religionis aſſertor apertus Ionathas factus eſt ſummus Sacerdos, certantibus eum trahere in ſuas partes, ac dona multa mittentibus, pluraque pollicentibus Alexandro, & Demetrio Regibus inter ſe de Syriæ, & Aſiæ Regno pugnantibus. Hinc ſublatis alijs tributis, quæ Regibus pendebantur, trecenta tantum talenta Iudæi ſoluere cœperunt, attributæque ipſis tres Samariæ Ciuitates, quo leuius eſſet tributum. quin Simon, Ionathæ frater, conſtitutus eſt ab Antiocho, Alexandri Regis filio, qui Demetrium Duce Tryphone deuicerat, Dux à terminis Tyri vſque ad Aegyptum. omnes autem, qui B deſciuerant à religione, nec bene de illa ſentiebant, expulſi ſunt a Ionatha, qui fœdus cum Spartiatis, ac Romanis antiquum renouauit. *1. Mach. 10. 11.*

Octauus eſt, Cum Simon, occiſo Ionatha, per dolum Tryphonis, in Ptolemaide, conſtitutus eſt Pontifex Maximus, ac magnificentiſſimum ſepulcrum Patri, ac fratribus peremptis ædificauit; patrociniumque religionis aſſumpſit. Atque ex hoc facti ſunt omnino immunes Iudæi ab omni tributo, quod prope ſemper, ab ætate Nabuchodonoſori, Regibus Chaldæis, Perſis, Macedoniiſque præſtiterunt, anno centeſimo, ac ſeptuageſimo C ab Alexandri imperio: ac populus cœpit ſcribere in tabulis publicis anno primo, ſub Simone ſummo Sacerdote, magno Duce, & Principe Iudęorum. per eum capta eſt arx Hieroſolymæ, quæ detinebatur ab alienigenis, Gaza item Ciuitas, & Ioppe: renouataque eſt amicitia cum Romanis, & Spartiatis: maximaque per annos ſeptem felicitate vſi ſunt Iudæi. Septimo autem Simon eſt interemptus, amicitiæ ſimulatione, à Ptolemæo, filio Abobi. Atque hucuſque nobis ſeruierunt ad veritatem tradendam libri Machabæorum, qui Latine habentur. *1. Mach. 13.*

Nonus eſt, Cum Ioannes, dictus Hyrcanus, Simonis filius factus D eſt Pontifex maximus, atque ad reſtaurandam religionem conuerſus, Samaria capta, diruit templum, quod Manaſſes Iaddi frater ante annos centum octuaginta plus minus ædificarat ad æmulationē templi Hieroſolymitani, omnes, qui offerebant extra templum ſummouit, Idumæos ad Iudæorū ritus compulit, multas Syriæ ciuitates in ſuam poteſtatem adduxit, ſocietatem cum Romanis renouauit, &, quãdo vſque ad ætatem prope ſupremam veræ pietatis cultor extitit, tale meruit à Ioſepho elogiū: Hyrcanus poſt ſeditionem ſedatam feliciter vixit, & principatum optime rexit annis triginta, & vno, defunctuſque relinquit

quit filios quinque, qui maxime his tribus rebus dignus à Deo iudicatus eſt, magiſtratu populi, principatu Sacerdotii, & prædictione prophetiæ. Nam Deus cum eo erat, & futurorum præſcientiam ei donauit. Ita enim cognoſcebat, & prædicebat, vt etiam de duobus filijs prædiceret, rerum dominos non diutius permanſuros. A

Igitur per annos circiter triginta Machabæi filii Mathathiæ bella geſſerunt aduerſus Macedonici ſanguinis Reges, Epiphanis impii ſucceſſores, Epiphanemque ipſum, ab anno nimirum centeſimo, ac trigeſimo nono vſque ad centeſimum ſeptuageſimum, quo tempore ſunt interfecti quatuor Mathathiæ filii, Iudas, Ioannes, Ionathas, Simon. Sed tamen plures Epiphanis filij, in quibus quinque ſucceſſores, Antiochus Eupator, Demetrius Soter, Alexander, Demetrius alter, Antiochus Sedetes. B

Ad magnam porro felicitatem, ſi reſpiciamus antiqua, Iudæi redierunt hoc tempore, non alia via, quam religionis aſſertione. In primis enim vindicauerunt ſe in ampliſſimam, priſtinamque libertatem, quicumque in Iudæa commorabantur, cum poſt Nabuchodonoſor ætatem ſemper alienigenis tributum præſtiterint.

Deinde, Cum pareret olim poſt obitum Salomonis vni Regi ſolus ille regionum tractus, qui incolebatur à tribu Iuda, & Beniamin, Nam reliqua loca obediebant alteri Regi, qui dicebatur Iſrael, ſiue Samariæ, nunc omnia ſubiecta ſunt vni tantum. C

Amplius, Idumæorum regio nunquam ſic adducta eſt in Dauidis, ac Salomonis poteſtatem, vt neque proprium Regem habuerit, ſed Regi Iudæorum prorſus addicta fuerit, vel tranſierit omnino in eorundem Iudæorum religionem, quorum vtrumque nunc euenit.

Ioſeph. lib. 13. c. 19. Præterea, maritimę ciuitates nullæ in ora Mediterranei maris imperio Iudæorum paruerunt ante hoc tempus, vti hoc parere cœperunt, infra illæ enumerabuntur. D

Denique, cum varias in oras diſperſi fuerint poſt Theglatphalaſar Aſſyriaci Regis ætatem Iudæi, tum poſt Cyrum, tum maxime ex quo Machabæi ſumpſerunt arma pro religione, recepti ſunt à variis Regibus, ac gentibus in amicitiam, ſocietatemque ciuilitatis, & honorum: quod habemus in Ioſepho lib. xii. cap. iii. v. & libri Machabæorum primi cap. xiv. & xv. Atque hic ſcilicet eſt fructus religionis, quem non modo

A Iudæi perceperunt, quoad bona temporalia, ſed etiam poſteritas Mathathiæ, quandiu perſtitit in ſinceræ pietatis cultu.

Explicantur cauſæ, ob quas Iudæi, familiaque Aſſamonæorum decidit ab omni felicitate, recedens à recto cultu religionis; &, quos gradus impietatis fecit, eoſdem fecit infelicitatis.

Cap. IX.

SExaginta annis, & amplius, vt apparet, Mathathias, liberique eius vſque ad Ioannis Hyrcani mortem, Iudæis imperarunt. Per-
B manſit adhuc poſteritas illius plurimos, vt aperiemus, annos. Nam poſt Hyrcanum regnauit, ac Pontificatum geſſit Ariſtobulus anno vno, & Itureos ditionibus paternis adiecit. Quo defuncto, frater ipſius Iamnæus, dictus Alexander, dominatus eſt annis viginti ſeptem, tenebantque Iudæi iuxta mare Stratonis turrim, Apolloniam, Ioppem, Tamniam, Azotum, Gazam, Anthedonem, Paphiam, Rhinocoluram, in continenti autem Idumæam, Aboram, Mariſiam, Samariam, Car- *Ioſeph.lib*
melum, Thabor, Scythopolim, Gadarã, Gaulanitidẽ, Seleuciã, *13.c.21.*
C Gabalam, Moabitidem, Hebron, Medabam, Lembaoronem, Mo *& lib.14.*
gam, Onzoram, Cilicum, Aulonam, Pellentẽ, vti legimus apud *c.3.*
Ioſephum: inter has autem fuere, & Arabum ciuitates decem.

Poſt Alexandri mortem, Sacerdotium ſummum iniuit Hyrcanus Alexandri filius, Regnum tamen adminiſtrauit per Phariſæos Alexandra, Alexandri vxor, ac Mater Hyrcani, annis nouem, felicitate admirabili. Verum, defuncta Alexandra, ruere omnino cœpit felicitas temporalis Iudæorum, gentiſque Aſſamoneæ, à Machabæis deductæ, labemque primam fecit poſtrema ętate Ioannis Hyrcani, qui ob iniuriam ſibi illatam à quo-
D dam Phariſęo nimium procace, Phariſæos omnes, qui rectius de *Ioſeph.lib*
religione ſentiebant, expulit à gubernatione publica, & in- *13.c.17.*
truſit hæreticos Sadducęos. Hinc exorditur Aſſamoneæ familiæ ruina.

In primis enim, Ioãne Hyrcano mortuo, Ariſtobulus eius filius, ac Mathathię Nepos, Antigonum fratrem ſumma impietate trucidauit: quo facto, ſic illum dolor, admiſſique ſceleris pęnitentia cepit, vt deſperationẽ, & angore oppreſſus, non multo poſt interierit. Alexanderque ei frater eſt ſuffectus, qui ſimiliter alterum fratrem trucidauit, ac Phariſæis infeſtus, hæreti-

cos

coſ Sadduceoſ fouit, Ioſepho teſte, cladem que inter alias maximam retulit, victus à Ptolemæo Latyro, qui Iudæorum millia triginta interemit, aut etiam, quod vult Timagenes, quinquaginta. Iudæi præterea, ſumentes arma ſæpius contra eundem Alexandrum, diſcordijs inteſtinis eum fatigarunt, ipſique atrociſſime dilaniati ſunt, occiſis millibus quinquaginta in prœlio. Dein vero innumeri ab ipſo, vna cum liberis, & vxoribus, partim crucifigi iuſsi ſunt, & in his octingenti Phariſæi, partim vero ſunt acti in exilium. Sic igitur, dum fauet hæreticis, omnia conturbauit, & tandem, tribus annis morbo conflictatus, agnoſcens propria delicta, vxorem aduocans, hortatus eſt, vt poſt obitum ſuum cuncta permitteret adminiſtranda Phariſæis, qui, cum bene de rebus diuinis ſtatuerent, gratia populari valebant, ac propterea incurrerat ipſe in odium Iudæorum, quod inimicus ipſis fuiſſet, quin ſineret eos ſuum corpus inſepultum relinquere. Quæ cum feciſſet illa, annis nouem rebus ſecundiſſimis eſt vſa, & in maxima tranquillitate regnauit, Hyrcanum filium Pontificem ſummum conſtituens, ac Phariſæis cuncta adminiſtranda relinquens, qui, quamuis alioquin mites, vt ait Ioſephus, ab vſitata tamen manſuetudine deſciſcentes, in eos, quorum conſilio fuerant octingenti ipſorum necati, poteſtatem, quam nacti fuerant, exercuerunt, ipſa vero Regina nihil iuſti attendebat, modo principatum ſibi conſeruaret. Ob hæc ad finem vitæ ſuæ ſeditionibus omnia repleta ſunt.

Lib. 13. *c.* 17. 22.

Lib. 14. *c.* 7.

Ariſtobulus enim, minor natu, Hyrcanũ Pontificatu deiecit. Hyrcanus autem, cum nihil moueret à principio, mox tamen, impulſus ab Antipatro, ſiue Antipa primi Herodis patre, contendit aduerſus fratrem, fretus auxilijs Arabum, deinde Romanorum; mox, intercedente Pompeio Magno, cauſamque cognoſcente, cum ſæpius datam fidem fregiſſet Ariſtobulus, & in templo ſe communiſſet Pompeius hoc expugnauit, eumque Romam vinctum miſit anno eodem, quo Cicero conſulatum geſſit. Ex illo Iudæa Romanis paruit, ac variis bellis inter Romanos, Hyrcano, & Herodi fauentes, ac Parthos, Ariſtobulo, qui Roma profugit, filijſque ipſius Alexandro, & Antigono auxiliantes, eſt miſerrime conflictata, & diſcerpta. Pompeius enim Pontificatum reſtituit Hyrcano, procurationem vero Iudææ Antipatro Idumæo patri Herodis commiſit, donec poſt annos triginta plus minus, funeſtiſſimo prœlio perempto Ariſtobulo, Alexandroque, & Antigono ipſius filiis, Romani Regnum

Iudææ

A Iudææ contulerunt Herodi, qui Hyrcanum Pontificem ſocerum ſuum, cui ſtuduerat ipſe, ac pater Antipas, ſiue Antipater, & cuius filiam Mariamnem duxerat vxorem, per ſummum ſcelus occidit. Quocirca ſic Ioſephus: Ita quidem finem vitę inuenit Hyrcanus, diuerſas, & varias calamitates expertus. Nam principio, vt mater eius Alexandra regnauit, principatus ſacerdotij gentis Iudæorum nouem annis honorem obtinuit, matreque defuncta, cum imperium ſuſcepiſſet, & hoc tribus menſibus gubernaſſet, depellitur ab Ariſtobolo fratre. reſtituitur autem à Pompeio, & quadraginta annis honore vſus, iterum Regnum Antigoni opera, (hic Ariſtobuli filius erat) amiB ſit, & corporis ſeruitutem paſſus, à Parthis captiuus eſt adductus. Inde reuerſus, & ingentibus ab Herode promiſsis eluſus, interficitur anno, quo victus eſt ab Octauiano Antonius ad Actium promontorium. Sic igitur in Hyrcano defecit Aſſamoneorum, ſiue Machabæorum nobilis agnatio. Numeratque Euſebius à Iuda Machabæo ad Hyrcani mortem centum triginta duos annos, quibus addere poſſumus, quos Mathathias vixit. *Ioſeph. lib. 15. c. 7.*

Ex iis, quæ dicta ſunt, habemus agnationem Machabæorum C concidiſſe à temporalium bonorum felicitate, prorſuſque deletam, poſtquam fauit hæreticis, & eos amplexata eſt, reiectis Orthodoxis, & ſimul ac Ioannes Hyrcanus hos expulit, illos extulit, protinus eſt vna cum liberis à Deo deſtitutus, atque hi mutuis ſe cædibus ad internecionem conſumpſerunt, finemque præclariſsimæ familiæ dederunt.

Iudęi præterea cum propriis diſſidiis conciſi ſunt, tum vero Arabum, Romanorum, Parthorumque bellis appetiti maximis ſunt cladibus oppreſſi; propriumque Regem Herodem, ſed non propriæ gentis, nempe Idumæum, perferre, Romanis tributum D dare, leges ab iis accipere quoad temporalia compulſi, grauiſſimis vectigalibus onerari, & innumeris calamitatibus conteri cœperunt. quod aperiemus. ita, vt præcipites in illam, quam modo conſpicimus, miſeriam dati fuerint, eamque iam tot ſæcula infeliciſsime patiantur.

Quod autē diximus, Sadducæos, quibus adhærere cœpit Ioannes Hyrcanus, hæreticos fuiſſe, id clariſſime conſtat, non modo ex Ioſephi teſtimonio, ſed etiam è noui Teſtamenti libris, in quibus habemus, ab eis negatam reſurrectionem mortuorum. addit Ioſephus, animas ab illis creditas mortales, aſſertumque, *Mat. c. 22. Ioſ. lib. 17. c. 2. antiqui. & lib. 2. c. 7 de bello Iudai.*

quid mali fiat, non inſpici à Deo, feros autem fuiſſe ipſos, atque inhumanos. A

Quod adiicimus, Phariſæos rectè de rebus religionis ſenſiſſe, id Chriſtus teſtatur, cum iubebat, vt fieret, quod iuſſiſſent, ac dixiſſent Phariſæi, qui ſuper cathedram Moyſis ſediſſent, Pauluſque gloriatur, ſe è ſecta Phariſæorum fuiſſe, & ad pedes Gamalielis enutritum. Neque arguuntur in Euangelio niſi nimiæ ſeueritatis, qua ceteris alligarent onera grauiſſima, & nimium ſcrupuloſæ ſuperſtitionis, auaritiæ, ſuperbiæ, hypocriſis. Quod ſi hæretici fuiſſent, id Chriſtus neq; tacuiſſet, neq; iis obediendũ præcepiſſet. Quamobrẽ, quod Ioſephus ait, ab illis quædã decreta, quæ ſine dubio hæretica erãt, veluti animarum è corporibus aliis in alia cõmigrationem, & quidquid eſt huiuſmodi, id dicẽdum, vel non ad omnes Phariſæos pertinuiſſe, vel non Chriſti ætate, ſed Ioſephi, qui poſt obitum Chriſti vixit, accidiſſe, cum iã Deus, & Chriſtus reliquos eorum deſtituiſſet omnino, multos autem ad maxima veluti Paulum delegiſſet. Ac, licet conſpirauerint in mortem Chriſti, tamen id vniuerſi nõ egerunt, & Pontifices erant, vt oſtendemus, è Sadduceis. Confuſio namque iam quædam fuerat inducta in Rep. Iudæorum, vt, ſiue Sadduceus aliquis foret, atque hæreticus, ſiue ſinceræ religionis cultor, omnes eodem loco forent. Ac veluti vltimis annis Ioannes Hyrcanus expulit Phariſæos, & euexit hæreticos Sadducæos, ſic egit Ariſtobulus Alexander, & alter Ariſtobolus, Alexandra Phariſæos quidem reſtituit, ſed Hyrcanus, licet his adhæreret, tamen præ quadam tarditate morum, & ingenii, quæ pertinerent ad puritatem religionis, nihil admodum curauit, & eius fratrem, æmulumque Ariſtobolum Phariſæis obſtitiſſe, ac Sadducæos extuliſſe, colligimus è multis Ioſephi locis. B C

Quamobrem non eſt illud à nobis omittẽdum, poſteritatem Ariſtoboli citius extinctam, quam Hyrcani, e quibus ille magis hęreticis fauit, hic Orthodoxis. Nam C. Antonius Antigonum Ariſtoboli filium necauit, & mox Herodes Ariſtobolum filium Alexandri, qui ſoboles erat Ariſtoboli. atque ita in his defecit Ariſtoboli genus, ſuperſtite adhuc Hyrcano, cuius progenies perſtitit, quod Mariamne ipſius filia nupta eſſet Herodi Regi, e qua prognati Alexander, Ariſtobolus, quos Romam miſit Herodes erudiendos in domo Pollionis. D

Ioſeph. li. 15. c. 1. & 2. ant. Idem c. 12.

Poſteritas autem Machabæorum, poſtquam ſe ſe hæreticis adiunxit, temporalium bonorum iacturam gradibus his

fecit,

A fecit, vſque ad ſupremam ruinam.

Primus eſt, quod bella, & cædes paſſa eſt à ſubiectis, & ipſis intimis agnatis, vt conſtat in Ariſtobolo, Alexandro, Hyrcano.

Secundus eſt, quod bella exercuit, cladeſque maximas accepit ab exteris. id liquet in Alexandro, Ariſtobolo, Hyrcano.

Tertius eſt, quod multæ ab his ciuitates deſciuerunt, multæ per alios Reges ablatæ ſunt.

Quartus eſt, quod totius poteſtatis diminutionem perpeſſi ſunt Ariſtobolus, & Hyrcanus, Parthis, ac Romanis facti vectigales,
B ac denique omni Regia poteſtate mulctati

Quinctus eſt, quod agnatio radicitus eſt extincta.

Explicantur gradus felicitatis, ac religionis, aut contra, quos Herodes, ipſius genus, ac Iudæi fecerunt, extincta agnatione Macbabæorum, cum tamen adhuc cognatio ſupereſſet.
Cap. X.

EXtincta agnatione Machabæorum, cum tamen adhuc eorum poſteritas duraret, quod
C Herodes haberet in matrimonio Mariamnem filiam Hyrcani, & ex illa liberos ſuſcepiſſet, videamus, quid ipſi contigerit Herodi, ac liberis eius. & illum quidem peſſime meritum de ſacra poteſtate conſtat. nam pro libito deiecit, atque extulit ſummo Pontificatu Sacerdotes Ariſtobolum, Ananelem, Ieſum, Simonem, Mathiam, Ioſephum, Iozarum, Eleazarum, Hyrcanumque ſocerum nefando ſcelere interfecit, qui licet ob Regni conſeruationem nihil de iuſtitia cogitaret. tamen alioquin Phariſæos, qui de diuinis dicun-
D tur bene ſenſiſſe, principio coluit, atque in honore ſemper habuit: quod Ioſephus teſtatur. Amplius autem, templum magnificentiſſime conſtruxit, atque reparauit, in antiquum ſplendorem reſtituens, anno decimo, vt quidam numerant, ante Chriſtum natum. quem deinde ortum ſceleſtiſſime ad necem quærens, innumeros infantes in Bethleem occidit, ac poſt annos ſeptem miſerabiliter obiit. *Lib. 15. c. 13 & 14.*

Operæ pretium porro eſt, inſpicere, quomodo Herodis vita varijs fuerit infelicitatis, atque adumbratæ felicitatis caſibus variata, ſicut ipſe modo aliquid in ſpeciem religioſum, modo

aduerſus ipſam religionem, viroſque illi dedicatos aliquid mo- A
liretur aut perficeret. Quæ vt certius dignoſcamus, bene erit, vt iſta ſigillatim recenſeamus.

Primo igitur loco eſt animaduertendum, Antipatro Idumæo, ſiue Antipæ, filioque Herodi, fuiſſe illud pium, quod aduerſus Ariſtobolum hæreticis adhærentem pugnauit ſemper pro Hyrcano, qui Orthodoxis fauebat, ita, vt non immerito fuerit aſſecutus à Pompeio, Cæſareque, Syriæ totius procurationem.

Secundo, cum Parthi adducti ab Antigono Ariſtoboli filio, Hyrcanum, contra fidem captiuum feciſſent, occupatis, bello B
ciuili, poſt Cæſaris obitum, Romanis, Antigonus vero, antequàm Parthi abſcederent, Hyrcano patruo, Pontificique ſummo dentibus auriculas amputaſſet, ne ſcilicet amplius Pontificis ſummi muneribus fungi poſſet, quod membris truncatis nemo obire ſacra munia valeat. Herodes Romam profugiens, à ſenatu Iudææ Rex conſtituitur, adiuuantibus Octauiano, & Antonio triumuiris, mox, Iudæam repetens, capto Antigono, Hieroſolymaque adducta in poteſtatem, Regno potitur, quamuis aliqua ex parte mutilato. Pietatem vero præſetulit, quod Vrbem ſanctam diripi vetuit, quam fœdiſsime Par- C
thi ſpoliarant, & Orthodoxos religioſos eſt veneratus.

Ioſ. li. 1. c. 13 de bello. iu. l. 15. c.

Tertio, illud impie tamen eſt machinatus. nam, ſimulatione pietatis, Hyrcanum redemit à Parthis, vt eum tolleret è medio, Ananelumque ignobiliſſimæ ſortis virum, Babylone accerſitum, Pontificatu ſummo ornauit, præteritis meritiſsimis, vt ſcilicet ſacram poteſtatem faceret omnino ſuam. Atque iccirco Ariſtobolum, Ariſtobuli Regis filium, nepotemque Hyrcani ex filia, crudeli artificio ſuffocari mandans, interfecit, quamuis immerentem, & affinem, cum eum prius euexiſſet ad ſummum Pontificatum, deiecto Ananelo, quē D
proinde ſubito reſtituit. Quibus impietatum gradibus factis, vexari cœpit Arabum perpetuis incurſationibus, ac bellis, & in vitæ diſcrimen ſæpius adduci. qnin ſeptimo anno Regni ſub hæc ipſa patrata, doloſis Cleopatræ molitionibus, ad mortem petitus, alias eſt calamitates expertus. Iudæa namqne tanto eſt terræmotu concuſſa, vt hominum triginta millia peremerit, pecorum vero infinita. Cumque partes Antonij ſecutus eſſet aduerſus Octauianum bello ciuili, atque ille victus eſſet, in periculum Regni amittendi venit: quod ne committeretur

Ioſ. lib. 1. bel lo. Iud. c. 13.

Hyrca-

A Hyrcano, qui ſolus è ſanguine Aſſamoneorum Regio ſupererat, ipſum necauit, & ab Octauiano confirmatus eſt in Regno, auctus aliquot Vrbibus, quæ fuerant priſtinis Aſſamoneorum ditionibus abiunctæ.

Quarto, in ſuſpicionem veniens, à Mariamne vxore, filiaque Hyrcani mortem ſibi parari, eam iuſsit interfici, deinde etiam matrem ipſius Alexandram, cum, propter dolorem coniugis interemptæ, grauiſſimo morbo vexatus in deſperationem ſanitatis veniſſet, ac per multum tempus mente quaſi alienata conſternatus, iacens, ſpem faceret inimicis, fore, vt B breui moreretur, ac proinde Alexandra ſocrus inſimulata eſſet, quod nouis rebus ſtuduiſſet. circa quod tempus multa per omnem Iudæam templa Auguſto condidit, ſtatuam erexit, atque conſecrauit, theatra inſuper, aliaque huiuſmodi, quæ impietatis erant incitamenta, conſtruxit.

Quinto, & nihilominus templū magnificentiſſimū reſtaurauit octo annorum ſpatio, quod amplitudine in multis erat multo præſtantius illo, quod Salomon ædificauit. Non defuere tamen, eo regnante, peſtis, fames, latronumque prædationes, ipſe vectigalibus, ac tributis immenſis opes omnium diſperdidit, C in cunctos nimia crudelitate ſæuijt, vt eorum bona fiſco adiudicaret. domeſticis porrò diſſidijs, atque inteſtinis filiorum, fratrum, ſororum, neceſſariorumque omnium fœdiſſime cuncta ardebant: nouem namque vxores, & ex iis filios habebat, donec tandem falſis accuſationibus impulſus poſt diutinas criminationes, Alexandrum, Ariſtobolumque filios laqueo ſuffocari præcepit, & tamen magis adhuc aſſiduis aliorum diſcordijs, intimorumque odijs, exagitatus, ab Antipatro filio venenum ſibi parari deprehendit. ob quam cauſam Phariſæos innumeros, ipſumque interimi mandauit, ſicut etiam Iudæorum plu D rimos, quod abſtuliſſent è templo auream aquilam, quam poſuerat ſupra ianuam: vt Bethleemiticos pueros omittamus.

Tandem vero, correptus atrociſſimo morbo, eiuſque longitudine excruciatus, mortem ſibi conſciſcere ſæpius contendit: ignis quippe lentus, inquit Ioſephus, inerat, qui non tantum conflagrationem in ſuperficiem corporis agentem prodebat, quãtum intime creſcens excitabat incendium. Auiditas quoque inexplebilis cibi ſemper inerat, neque tamen ſatietas vnquam incitatam rabidis faucibus ingluuiẽ valebat implere. Inteſtina internis vlceribus tabida putreſcebant, doloribus quoque coli ſæuiſ-

li ſæuiſſimis cruciabatur,humor liquidus,ac luridus erga pedes tumidos oberrabat. ſimilis illi quoque circa pubem erat afflictio,ſed & verenda ipſa putredine corrupta vermibus ſcatebant, ſpiritus erat incredibilis erecta tentigo, quæ aderat ſatis obſcena diritate fetoris,& anhelitus reſpiratione creberrima, contractio quoque per cuncta membra conſiſtens vim noxiam ſpargebat. Quibus ille doloribus confectus, nobiliſſimos quoque Iudæorum ſub obitus ſui diem concludi iuſſit in theatro ,& interfici. Sic igitur obiit Herodes, ſuper omnes,ait Ioſephus, homines infeliciſsimus, anno ſeptimo poſt ortum Christi. A

Lib.17.c.10.antiq.

Poſt Herodis mortem, certantibus de Regno filiis eius,Cæſar ita regiones diuiſit, vt nemini Regium nomen attribuerit, & Archelao quidem dedit Idumæam, Iudæam, Samariamque adminiſtrandam, Herodi Antipæ Galileam, Philippo Bathaneam Traconitidem, & Auranitidem, Salomæ ſorori Herodis Iamniam, Azotum,Phaſelidem. B

Sed Archelaus, poſt annum Regni decimum, crudeliſsime dominatus,Iudæis accuſantibus,à Cæſare Viennam Galliæ dignitate omni priuatus ablegatur, ac Cyrenius mittitur, qui ditiones illas moderetur, cui deinde Coponius ſucceſsit,Copo nio Gratus. Atque ex hoc tempore Romani pro libito Pontifices ſummos euehebant. Nam,cum deieciſſet Archelaus Iozarum,ac ſubſtituiſſet Eleazarum,& paulo poſt,hoc ſubmoto, Ieſum, Cyrenius,ſiue Cyrinus expulit rurſus Iozarum,Annanumque ſuffecit, Gratus autem,remoto Annano,Iſmaelem,deinde Eleazarum,mox hunc etiam pellit, Simonemque euehit,at denique hoc eiecto Ioſephum cognomento Caipham, qui Sadducæus hæreticus erat. Sed,cum per annos undecim Iudæam gubernaſſet, Pontius Pilatus mittitur, quo Iudæam adminiſtrante Chriſtus eſt cruci affixus. Nec multo poſt Herodes iunior Lugdunum miſſus eſt in exilium. C D

Ex illo quot,& quantæ clades ſingulis prope annis afflixerint Iudęos omnes, eorumque regiones, nemo paulo peritior eſt, qui ignoret. Nam trigeſimo octauo poſt mortuũ Chriſtum funditus eſt exciſa Hieroſolyma, ſubuerſæ omnes prope vrbes, ac vici, Iudæorum vero gens vniuerſa miſerrime exterminata, ita,vt bello ſupremo fuerint occiſa illorum vndecies centum millia, captaque nonaginta ſeptem. Poſteritas Herodis miſerrime exſtincta. Quę latiſsime proſequitur Ioſephus vltimis

A mis Antiquitatm uIudaicarum, ac proprijs de bello Iudaico libris.

Ex his liquet, à religione ac virtutibus pendere temporalium bonorum felicitatem.

Primo enim loco, poſtquam creatus Rex Herodes cœpit ſacra inuadere, incidit vna cum tota familia in magnas calamitates.

Secundo, miſerabiliſsima omnium morte eſt abſumptus.

Tertio, poſteritas eius inuicem ſeſe diſcerpſit.

Quarto, breui illa tempore interiit vna cum dignitate omni, multo ſcilicet breuius, quam vel Dauidis, vel Machabæorum, quæ duæ regnarunt inter Iudæos.

B

Quinto, tunc maximæ clades accidere cœperunt, cum Chriſtum natum perſequi Herodes cœpit, multo autem maxime, cum fuit hic occiſus.

Sexto, cunctas ſuperarunt iſtæ, quod ſacrorum poteſtas redacta eſſet ad Romanos, ac per hos ad hæreticos, qualis videtur fuiſſe Caiphas è numero Sadduceorum: vt proinde Chriſtus recte dixerit, Obediendum Cathedræ Moyſis, ſuper quam Pharisæi non amplius iam ſederent, verum ſediſſent, ita, vt tunc aduenerit extremus interitus Iudaicæ gentis, cum poteſtas Eccleſiaſtica eſt maxime oppreſſa, ac magis certe, quam fuerit vnquam prius.

C

Septimo, ad extremas omnium miſerias adducti ſunt Hebrei poſt annum ſeptuageſimum Chriſti nati, quadrageſimum vero poſtquam cœpit doctrinam cæleſtem prædicare. quorum vterque numerus, aut pænitentiæ, remiſsionique criminum ſolet aſſignari, aut niſi, mortales reſcipiſcant, extremis gentium ruinis.

Poſtremo, conſtat, gentium, regnorumque extremam ruinam naſci ab hæreſibus, atque hæreticorum ſocietate, quoties ad idem Reip. adminiſtrandæ conſortium recipiuntur: vt accidit admiſsis Sadduceis per Ioannem Hyrcani, ac per alios ſimiliter aſcitis, aut toleratis.

D

Reſe-

Referuntur euenta fœlicia liberorum Abrahami, quos ē Cethura ſuſcepit. Cap. XI. A

BEne habet. Vidimus de Iudæis. Inſpiciamus de
Gen.c.2. cæteris Abrahami poſteris: omittamuſque in
terim Iſmaelem filium ancillæ Agar, & examinemus euenta eorum, quos ē Cethura ſuſcepit.
Hi ſunt Zimram, & Ieſcan, & Madan, & Madiā, & Ieſboch. & Sue. Ieſcan quoque genuit Saba, &
Dadan: filij Dadan fuerunt Aſſurim, & Latuſſim, & Iaomim: At
Ioſep. 1. antiq.cap. 27. vero ex Madian ortus eſt Epha, & Epher, & Henoch, & Abida,
& Eldan. Ab his vult Ioſephus ex hiſtorijs Hebræorum natos B
Troglodijtas Aethiopas, & Arabas felices, qui mare rubrū pertingunt. Epher, ſiue, vt verti poteſt, Apher, Africæ terræ, quam
cum filiis occupauit, nomen dedit. Adducit ad hæc comprobanda teſtimonium Alexandri Polyhiſtoris ita ſcribētis: Cleodemus autem Propheta qui & Malchus, ſcribens hiſtoriam Iudæorū, ſicut etiam Moſes legislator eorum retulit, quia de Cethura
Araba multi filii fuerunt, dicit autem eorum etiam nomina
tria, Apheram, Sarim, & Iaphram: & de Sarim quidem Syriam
nuncupatam, ex duobus autem reliquis; Iaphram, & Apheram,
ciuitatem Abran, & Africam prouinciam nominatam. His etiā C
auxilium præbuiſſe Herculem in Libya, & duxiſſe vxorem filiā
Iaphram, nomine Heceam, & genuiſſe ex ea Dodarim filium, cuius filius fuit Sophor, & quo barbari Sophaei dicuntur. Hæc Polyhiſtor. Videamus, quæ ſcriptores profani conſona his dicant:
certiſsimaque afferamus. Cornelius Tacitus libro. V. hiſtoriarū
vult Iudæos Iouis tēpore nouiſsimis Lybiæ terris inſediſſe, Dio
Diod.li.3. c. 3. Her. 2. dorus Siculus, Trogloditas Aethiopas circūcidi ſolitos, Hebrçorū more. Idē tradit de Aethiopib⁹ vniuerſis, Aegyptiis, Colchis,
Macronibus, qui Thermodoōntē Ponti fluuiū, Partheniumque
Paphlagoniæ incolunt, Herodotus, qui Xerxe regnante vixit, D
afferens, id eſſe aliquibus antiquum, neque extare memoriam,
an Aethiopes ab Aegyptijs, Aegyptiiue ab Aethiopibus legem
circūciſionis acceperint. Hæc iſti. E quibus conſtat, ſuprà nominatos populos ab Abrahamo prognatos, diſtinctione tamen aliqua à nobis adhibita, quam mox adducemus. Inter Arabiæ Felicis populos, omnium numeroſiſſimos, teſtatur Plinius, eſſe Ho
Plin. l. 6. c.28. meritas; quos adnumerat Sabæis. Hos Hebræorum ritibus addictos, ex antiquiſsimo tempore, ſcribit Procopius. Addit in
vita S. Arethæ Metaphraſtes, his eſſe ab Abraham, & Cethura
origi-

A originem, eratque illis imperante Iuſtiniano Rex adhuc pro- *Pl.lib.6. ca.*
prius eiuſdem gentis, ac legis. Adnumerat Plinius Arabibus *28.*
Zamarenos, Eſcam, Suchem, & Madiam, quæ nomina iure poſſu *Gen.25.*
mus affirmare deriuata à primis Abrahæ filiis, Zimran, Ieſcan, *Iſa.60.*
Suem, & Madian, cum ſint quam ſimillima. Quin illa Iſaiæ ver-
ba, Dromedarii Madian, & Epha, omnes de Saba venient, au-
rum, & thus deferentes, pertinent ad loca Arabiæ, quæ, vt ap-
paret, appellata ſunt à tribus hiſce liberis Abrahami, & Cæ-
thuræ, Madian, Epha, & Saba. Strabo quidem meminit Madia- *Str. lib. 16.*
bæ, Sabæorum Metropolis, quam Plinius refert in circuitu *Pl.l.6.c.28.*
B paſſuum millia ſex habuiſſe. Quamobrem non à Saba Chami ne
pote filio Chus, dicti ſunt omnes Sabæi, ſed, qui dominabantur
Sabæi, dicti ſunt à Cethuræ filio. Liquet hoc ex Iſaiæ loco ad-
ducto, metropoli ipſorum, legeque circumciſionis. ad maiorem
vero probationem, ſciendum, geminam eſſe Hebræis. S. lite-
ram: prima eſt Samech, ſecunda Scin. Atque hęc præponitur vo
ci Sabæ, Abrahæ nepotis, & Sabæorum: ac, licet duo ſint etiam è
nepotibus Cham dicti Sabæ, quorum alterius nomini præponi-
tur litera Scin, nihilominus neuter Sabæis omnibus Arabiæ Fe
licis nomen dedit. Sabæos enim, qui cæteris præerant, non
C modo Ioſephus ab Abrahamo vult deductos, ſed Iſaias coniun-
git cum Nepote Abrahami Epha, filio Madian, & ab hoc Metro
polis eorum nuncupata eſt, ac Regia Sabæorum, quæ & Saba,
quam Ptolemæus Homeritis circumciſionem, vt oſtendimus,
obſeruantibus adiungit: vt ſciamus, Principes Sabæorum po-
pulos, quibus numeroſiſſimos Homeritas Plinius adſcribit, &
Hebræorum ritus oberuaſſe è Procopio, & aliis ſcriptoribus li-
quet, ab Abrahamo profectos. eſt & alia Saba, vel Sabath, ex
aduerſo Arabiæ in Æthiopia, cuius meminit Ptolemæus, illic
regnaſſe vult Ioſephus, atque illinc adueniſſe Reginam Sabam
D ad viſendum Salomonem. quin adhuc exſtat illa vrbs, ac ſubeſt
imperio PretIannis, vt vocant. ac tradunt Aethiopes, quaſi à
maioribus acceptum per manus, ac memoriæ proditum, eam
fuiſſe Regiam Reginæ Sabæ. Amplius audacter iactant, cogna-
tionem PretIannis ab illo deductam, quaſi è Salomone filios ſu-
ſceperit, e quibus deinde longiſsima ſerie ſint illi Reges orti.
Hæc omnia conſtant à ſcriptis Aluareſii Luſitani. Illud præte-
rea certum, cunctos illi imperio, quod Africæ totius quar
tam plus minus partem tenet, quamuis Chriſtum colant, ad-
huc circumcidi, retinerique aſſerunt hunc ab ipſis ritum,

non quaſi ad æternam ſalutem conſequendam neceſſarium, ſed quod illo ſit vſus Chriſtus, illiq. hac parte velint adhuc adſimilari, Cum vero Herodotus, ac Strabo teſtentur, Aethiopas, qui ſedes habent in Africa, ſolitos circumcidi, hinc apparet, vt vult Ioſephus, ex Abrahami poſteris ortos Principes Aethiopũ populos, qui reliquis imperarent à Chamo, & Chuſo prognatis, legemq. circumciſionis deinde omnibus è regia quadam poteſtate impoſuerint. aliqui namq. a Moyſe acceperũt, vt aperietur. Tantæ autẽ potẽtiæ fuerunt olim Reges Aethiopiæ, vt cum Regiam ſedẽ haberent in Vrbe Meroe, ex hac ſola producerent armatorum ducenta millia, haberentq. ibi artificum quadringenta millia, quod Plinius refert, & e Regum libris habemus, à Zara Aethiopum Rege ducta aduerſus Aſam Iudæ Regem militum decies centena millia. Iam vero, licet in multis, ad veritatem Diuinorum ſpectantibus, plurimi ex Aethiopibus poſtea lapſi ſint, ritũ tamen circũciſionis tuebãtur, vnumq; immortalem Deũ, qui ſit omniũ rerum cauſa, ait Strabo, colebant. Illud autẽ nobis nõ videtur adhuc ſatis exploratũ, vnde acceperint, Aegyptii circumciſionem, nam volunt Herodotus ac Diodorus obſeruatam tẽpore Seſoſtris. Certiſsimum porro eſt, ab Aegyptiis receptam circumciſionem temporis illo interuallo annorum quingentorum, & amplius, quod eſt ab expulſis Iudæis, ſiue à decima octaua dynaſtia, vt numerat Euſebius, vſque ad vigeſimam primam. In vigeſima quinta ſane Aegypto dominati ſunt Aethiopum Reges, Sabachus, Sebicus, Tarachus, & in vigeſima ſexta Merres. Sed & in vigeſima prima Zara Aethiopum Rex Aegyptum videtur cepiſſe, ſicut eidem Diodorus ſcribit imperaſſe Actiſanem. Ab his igitur quamuis ritum circumciſionis tenerent, quippe qui forent Æthiopes, non acceperunt primum Ægyptii hunc morem, antea quippe habebant. Quod, ſicut veriſimiliter videtur, eſt ipſis hæc lex præſcripta ab Aethiopicis Regibus, qui iura Ægyptiis darent, (nam, quis adigeret ad iſta ſeruanda tam celebrem, potentem, frequentiſsimamque nationem, niſi Rex, qui ſimiliter eandem ſeruaret, & qui Reges ante Seſoſtrim, niſi Aethiopum, vel Arabum leguntur iſti cæremoniæ fuiſſe addicti?) poſt eiectos Hebræos credibile eſt Aethiopicos Reges diutius Aegypto imperaſſe, qui poſſent non modo ſancire hanc legem circũciſionis, ſed longa etiam conſuetudine ſtabilitã dein tranſmittere ad Herodoti ætatem, qui tot

non annis

A annis diſtat à Seſoſtri. & quem vult Ariſtoteles, ac multi è ſcriptorib' profanis fuiſſe ante tẽpora Troiana, vt infra aperietur.

E dictis apparet, Abrahami filios è Cethura ſuſceptos religioni veræ adhæſiſſe, ac ſimul etiam, quoad temporalia, feliciſſimos extitiſſe. Quocirca Arabes Sabæi, quorum præcipui fuerunt Homeritæ, qui Hebræorum religionem ſeruarunt vſque ad tempora Iuſtiniani, peculiari inter omnes nationes cognomine dicti ſunt felices; quaſi cunctis gentibus hac parte præſtarent. Diodorus autem, cæterique ſcriptores teſtantur, eos in nullius exteræ nationis vnquã poteſtatẽ cõceſsiſſe: quod B maxime admirãdum videtur, vt merito Plinius dixerit, Arabas gentium nulli poſtponendos. ac Strabo teſtatur ad finem libri xvi. Alexandrum conſtituiſſe, ob opes maximas Arabiæ conſtituere in ea Regiã, & cum legatos illinc non accepiſſet, ad bellum ſe comparabat, ſed morte eſt præuentus. Iuſtiniani tamen temporibus Adad Axumitenſium Aethiopum Rex Chriſtianus, Homeritas Sabæos omnium primus adduxiſſe in ſuam poteſtatem ſcribitur à Procopio libris de bello Perſico, à Simeone Methaphraſte in vita Arethæ Martyris, & à Paulo Diacono, qui teſtantur, Homeritas iſtos fuiſſe Hebræos. Idem Diodo- C rus ſcribit, Aethiopas ſimiliter nunquam ſeruiſſe imperio alienigenarum, quamuis aliquis eorum populus interdum fuerit ad breue tempus ab aliquo Rege deuictus. Neque vero ob duas duntaxat, quas memorauimus cauſas, præcipui Arabes, & Aethiopes olim videntur fuiſſe feliciſsimi, & quod illi proprio felicitatis nomine ob temporalia bona ſint inſigniti, & quod ambo nunquam fuerint in exterorum poteſtate, ſed quod maximos etiam, celeberrimoſque Reges habuerint in his, & Tharacus vigeſimæ quintæ Dynaſtiæ Rex, quem Thearconem nominat Strabo libro decimo quinto, narrans è Megaſthene ab illo, D imperium latiſsime prolatum vſque ad Herculis columnas, Europamque ipſam. Hic eſt Tharacus, quem refert Diuina Scriptura mouiſſe aduerſus Sennacheribum Regem Aſſyriorum, cum obſidebat Hieroſolymam, atque Ezechiam, quaſi laturus opem vero religionis cultori, aſſertor & ipſe veræ religionis, & cognatione propius attingens Ezechiam. Fuerunt igitur etiam feliciſsimi, Arabes, & Aethiopes, ab Abrahamo prognati, quod potentiſsimos, ac maximos Reges haduerũt.

Sequentibus tamen temporibus in aliquibus Aethiopiæ locis, in quibus antea ſteterat, maxime concidit vera religio.

Sicut etiam legimus, innumera oppida euerſa vna cum Thebis, A
Meroes Regia, & aliis, quę Aethiopes, & Arabes tenebant, quæ
ſigillatim Plinius recenſet loco adducto. in aliquibus tamen eſt
conſeruata. Nam Candace Regina, cuius in actis Apoſtolicis,
& apud Plinium, Strabonemque fit mentio, videtur Hebræorum ritus obſeruaſſe. Ad eam refert originem ſuam, ſicut & ad Sabæ Reginam, qui nunc ampliſsime in Aethiopia regnat; & vulgo vocatur PretIannes: vt refert Aluareſius c.37.& 38.

Ex his conſtat, quantum bonorum temporalium Deus tribuerit Abrahamo, poſteritatique ipſius, non alias ob cauſas
præcipue, niſi quod ille rectæ religionis fuerit præ cunctis ho- B
minibus obſeruantiſsimus. hæc autem, præ reliquis prope gentibus, eam magis fuerit amplexata. vt nemo ſit, poſt diſſeminatum genus humanum, cui progenies contigerit tandiu florens, tam late diffuſa, potenſque, ac peculiari nomine felix.

Narrantur euenta fœlicia liberorum Abrahami, qui ab Iſmaele, Eſau, vel aliјs ſunt prognati. ***Cap. XI.***

DIctum eſt à nobis de filiis Abrahami e Ce-
thura ortis. Videamus de Iſmaele, quem C
genuit Abrahamo eidem ſerua Agar, dein de Eſau illius nepote ex Iſaac filio, Palmyrenis, Spartiatis, & aliis, qui quouis modo attingere Abrahamum cognatione aſſeruntur. Volunt igitur, ab Iſmaele ortos Agarenos. id namque indicat nomen matris. Addunt S. Hieronymus, Theodoretus, Sozomenus, & ante hos Ioſephus Hebræus, ab eodem prognatos Saracenos, qui, cum ſe nollent prodere quaſi nothos, Agar parentis nomen abiecerunt, ac Dominę Saræ aſſumpſerunt. Comprobat hoc euidenti facto, & conſuetu- D
dine notiſſima gentis illius Ioſephus. Nam circumcidebantur Saraceni anno ætatis decimo tertio, quo & Iſmael circumciſus eſt. Quod itaque Stephanus libro de Vrbibus vult, Saracenos à Saraco Arabiæ Vrbe, cuius etiam meminit, Ptolemæus nominatos, non facit, quin & ipſi, & Vrbs à Sara dicantur. Neque audiendus eſt, qui ſcribit, à Sara Saranum, non Saracenum, vocari, cum nomina exterarum gentium modo Latino haud inflectantur, ac veluti Vrbs à Sara, ſic incolæ illius, & ab Vrbe, & ab ipſa Domina Sara, quæ nomen ei dedit, appellati ſunt. Saraceni

A ceni porro, & Agareni, quamuis inopem vitam ſemper duxerint, numquam tamen adduci in aliorum poteſtatem tempore vllo potuerunt: ita, vt referat Dion, Traianum conatum regiones eorum capere, ſed fulminibus, tonitruis, ac multis huiuſmodi prodigijs cælitus immiſſis perterritum deſtitiſſe à propoſito. eorum multi deinde adhæſerunt Chriſtianæ religioni, vna cum Alamanduro ipſorum Rege, temporibus Athanaſii; ac Moyſes eſt ipſis Epiſcopus datus. quod narrant Sozomenus, Nicephorus, Metaphraſtes. Heraclio poſtea regnante, à Mahumeto ſeducti, prolapſi in impietatem nefandiſſimam, Chriſtum B quidem maximum Dei prophetam tradiderunt, ſed qui inter ſuperos locum ſecundum teneat poſt Mahumetum, paulatimque tantam potentiam nacti ſunt, vt terras illas, in quibus hæreſes inſederint, Catholicorumque vitia cultum veræ religionis contaminantia ſuperarent, occuparint imperio ſuo, quod nunc eſt inter potentiſſima orbis terrarum. Conſtat autem, coli ab ipſis vnum Deum. volunt nihilominus, Chriſtianos ad cæleſtem beatitudinem perduci, qui mandata Chriſti obſeruarint, eoſque ſecundo poſt ipſos loco eſſe, ac multos noſtrorum ſanctos venerantur, & maximis afficiunt pœnis, quicumque C iniurioſum in eos verbum protulerit, ita, vt videantur ad perdendos maxime hæreticos, atque omnino delendos, ſceleſtos autem Chriſtianorum puniendos à Deo facti. Magna tamen eis felicitas adeſt bonorum temporalium, quippe qui minus abſint à vera religione, quam ceteræ gentes, & ab Abrahamo ſinceræ religionis ſtudioſiſſimo cultore, genus deducant. Atque ita in ipſis veritas illius oraculi eluceſcit, ad Iſmaelem diuinitus dicti, Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum; & iam pendeat vniuerſus mortalium probe orbis ab vno Abrahamo, quod ſcilicet Chriſtiani doctrinam Chriſti, reliquæ D fere omnes Mahometi colant. Vterque autem natus eſt ab vno Abrahamo. Recte igitur admirationem cunctis commouere iis verbis contendebat Iſaias: Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad cauernam lacus, de qua exciſi eſtis. Attendite ad Abraham, patrem veſtrum, & Saram, quæ perperit vos, quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Hæc ille. Verum multa adhuc nobis examinanda reſtant, quando perpendimus ea, quæ pertinent ad filios Abrahæ, Iſaac e Sara genitum, aliosque è Cethura, & Iſmaelem. Inſpiciamus igitur, quæ ſpectant ad Eſau, Abrahæ nepotem ex Iſaac, quando ipſius

Gen. 16.

Iſaia c. 25

ſius progenies Hebræis non eſt annumerata, pertinet tamen A
ad Abrahæ poſteritatem. Igitur illud eſt peritis notiſſimum,
Eſau dictum eſſe Edon, ideſt rubrum, ob cauſam, quã Scriptura
tradit: hinc illi ſubiecta regio, vocata Idumæa, latiſſime olim pa
Gen. 36. tens, ac potentiſſima, quod in ea duodecim Reges dominaren-
tur; vt habetur in Geneſi. Quin imperium maris rubri, ſiue
Erythrei, tenuit. In eius enim littoribus duas habuit Vrbes
cum portubus, e quibus ampliſſimæ claſſes non modo in oppo-
ſitas Aegypti, & Aethiopiæ terras nauigabant, ſed in Indiam,
Deut. 2. cunctaſque Arabiæ, Aſiæ, & Africæ maritimas oras. Vrbes erant
Num. 11. Aila, ſiue Elath, aut Ailath, & Aſiongaber, atque ex hac ſoluebat B
3. Reg. 9. claſſis Salomonis, & Ioſaphat, vt habetur in libris Regum, &
2. Par. 8. Paralipomenon, vt ex Ophir aurum, cæteraſque merces pretio-
3. Reg. 22 ſas adueherent. ex Aila quoque (niſi ſit alia) in Indiam fuiſſe na-
Plin. l. 6. c. 38 uigatum, Plinius tradit. Quocirca Rex Eſau, ſiue Edon Ery-
thrá Græce, ac Rubrus Latine, nomen Erythreo mari dediſſe,
infra dicetur. Non enim rubrum dicitur, quod hoc ſit colore,
cum teſtentur; qui illud viderunt, ſecus eſſe, ſed ab Erythreo
Rege, ſiue Rubro, aut Edon, eſt vocatum: illiuſque Regis tumu-
Lib. 8. de ge lum fuiſſe in Tyra, inſula Erythrei maris, Strabo tradit. quamuis
ſ. Alex. Erythrũ velit Andromedes, ac Perſei filiũ fuiſſe Arianus Græ- C
cus ſcriptor, Græcis longe diſſita adiudicans. Sed, quando tota
regio dicta eſt Edon, ſic enim ſcribit Iſaias, Quis eſt iſte, qui ve-
nit de Edon, ſiue de Idumæa, ac Latine Rubra vocatur ab Edon,
quid ni mare alluẽs illam vocetur ab eadẽ, ſicut à Sicilia Siculũ,
ab Ægypto Ægyptiacũ. In Idumea præterea ſita erat Themã, à
Themã nepote Eſau dicta, in quã ſapiẽtiæ ſtudia maxime floruiſ
Ier. 49. ſe, teſtantur Ieremias, Baruch, & Abdias. Hinc liber Iob cõtinet
Bar. 3. eloquia, ſapiẽtiæ pleniſſima habita cũ Elephar Themanite Idu
Abd. 1. mæo, ex illa vrbe, in qua diximus viguiſſe ſtudia ſapiẽtiæ, Baldad
Suite ex Vrbe Sue, quæ nominata eſt ab Abrahami filio Sue è Ce D
thura ſuſcepto. atq; initio maris rubri ſita eſt, & Saphar Naama
thite è Nahamat Vrbe Palæſtinorum finitima Idumææ. Fuit in
Idumæa quoque Vrbs Amalech potentiſſima, quæ obſtitit Moy
ſi ingreſſuro Palæſtinam, cuius Rex fuit ille Agag, aduerſus quẽ
pugnauit Saul Rex & è cuius Regia ſtirpe erat ille Aman Aſſue
ro Perſarum Regi cariſſimus. Ex his colligitur, Idumæorum
magnam partem fuiſſe in Arabia. protendebatur namque vſ-
que ad Ahilam, ſiue Elath, aut Ahilath, atque ita tria prope ma
ria coniũgebat, mediterraneum, rubrum, & quod mortuum vo-

catur,

A catur, ſiue lacum Aſphaltitem, valde in longum, nō tamen in latum porrecta, fuerunt autem Eſau tres vxores, duæ è genere Palæſtinorum, tertia Iſmaelis filia. Quamobrem liberi ipſius Palæſtinis, & Agarenis admixti ſunt, quaſi cognatis. Quin, vt ſcribit Fazelus, Panormi in Sicilia fuerunt repertæ duæ vetuſtiſſimæ priſcis notis inſculptæ inſcriptiones: in quarum altera hæc erāt: *Viuente Iſaac filio Abrahæ; & regnante in Idumæa, atque in Valle Damaſcena Eſau filio Iſaac ingens Hebræorum manus, quibus adiuncti ſunt multi Damaſceni, atque Phœnices profecti in hanc triangularem inſulam, ſedes perpetuas locauerunt in hoc amœniſſimo loco, quem Panormum nominauerunt.* In altera vero hæc: *Non eſt alius Deus, præter vnum Deum. Non eſt alius potens, præter eundem Deum. Neque eſt alius victor, præter eundem, quem colimus, Deum. Huius turris præfectus eſt Saphu, filius Eliphaz, filii Eſau, fratris Iacob, filii Abraham. Et turri quidem ipſi nomen eſt Baich, ſed turri huic proximæ nomen eſt Pharath.* Hactenus inſcriptiones. Refertq. Thucydides, inſulam priſcis temporibus habitatam fuiſſe à Phœnicibus. Illa porro Hebræorum manus potuit eſſe è Nepotibus Heberi, à quo dicti ſunt Hebræi. Saphu vero non alius videtur eſſe, quam qui in Geneſi vocatur Sepho, filius Eliphaz. Sicut autem liberi Eſau coniuncti Phœnicibus, ſeu Philiſtim, vel Palæſtinis, ob affinitatem contractam dicuntur in Siciliam nauigaſſe, Panormumq. cōdidiſſe, eodem modo Sidonii, Tyrii, & Aradii, Palæſtini, ſeu Phœnices nomen dederunt tribus inſulis, Tyro, Sidoni, Arado in mari rubro poſitis, vt infra dicemus. Amplius, cū dixerimus, Erythram Regē, ſiue Edon, fuiſſe in Tyra Inſula ſepultum, penſanda nobis verba ſunt Plinii, qui ſic lib. 4. c. 21. Ab eo latere, quod Hiſpaniam ſpectat, paſſibus fere centum altera Inſula eſt longa ... lata, in qua prius Oppidum Gadium fuit, vocatur ab Ephoro, & Philiſtide Erythia, à Timæo, & Sileno Aprodiſias, ab Indigenis Iunonis, maiorem Timæus Cotinuſſam apud eos vocatam ait, noſtri Tarteſſum appellant, Pœni Gadir, ita Punica lingua Sæpem ſignificant. Erythia dicta eſt, quoniam Syri, ab origine quorum orta, ab Erythreo mari ferebantur. Hæc ille. E quibus colligunt aliqui, Gadium vrbem conditam à Tyriis Erythrei maris, quos legimus ex Aſiongaber ſoluiſſe, Africam circumnauigaſſe, & in ea plurimas vrbes ad littora extruxiſſe, Tarteſſumque ſolitos peruenire, quam Tharſim nonnulli in diuinis libris

Fazel. Dec. prior. l. 8.

B

C

D

ob id

ob id vocatam putant, vnde etiam deuehi plurimam auri copiam ſcribit hæc omnia teſtificans Herodotus libro primo, & quarto. Ac Strabo vult, Turdos populos, ſiue Turdulos, in vltimis Hiſpaniæ oris poſitos, eſse antiquiſsimos omnium, litterarumque antiquiſſima ab eis monumenta conſeruata. ob eandem cognationem, vicinitatemque, Iſmaelitarum, & Idumæorum contigit, vt aliquę gentes Idumęorum tranſierint in Iſmaelitas, ſiue Saracenos, in his Themanitæ, vel Thimanei, vt Plinius teſtatur, his verbis: Nabatæis Thimaneos iunxerunt veteres, nunc ſunt Taueni, Suelleni, Saraceni. Hęc ille de Nabathæis ortis à Nataioth, filio Iſmaelis. Quamobrem conſtat veritas oraculi illius, ad Rebeccam dicti, de Iacob progenie, e qua Chriſtus, Chriſtianorum Deus, & Eſau, à quo orti cuncti Saraceni Idumei (è quibus Mahumetes, & Mahumetani ſectatores huius, inter Mahumetanos autem, Chriſtianoſque perpetua bella, ac funeſtiſſima) duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populuſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Hæc oraculum. Diximus autem ſupra, Herodemũ fuiſſe Idumæ: Regiamq. ipſius ſobolem permanſiſſe vſque ad tempora Veſpaſiani diſcimus è Ioſepho. Talis igitur ac tanta fuit felicitas, quoad bona temporalia, liberorum Eſau progeniti ab Iſaac, & Abrahamo, circuncifionem quidem ſeruantium, Deumq. vnum colentium, atque ob id rectam religionem, quamuis cæremonias Iudaicas haud ſeruarint, atque ad Idola ſimul colenda cum vero Deo nonnulli deflexerint. ſed ad huc infra aliquid. Illud nobis dicendum reſtat, Palmyram fuiſſe à Salomone conditam, atque in eam, quaſi coloniam, deductos Iudæos: ex illa fuit Zanobia cum viro ſuo Odenato, quæ, genere Iudæa, vt refert Athanaſius in Epiſtola ad ſolitarios, & Chriſtum colens, quamuis, Samoſatenum ſecuta, Orientale Imperium decennio tenuit, vſque ad annum 274. Romam deinde, cum victa eſſet, ab Aureliano ducta, familiam nobiliſſimã Zanobiorum reliquit, (quod ſcribit Vopiſcus) e qua nonnulli putant ortum S. Zanobium Epiſcopum Florentinum, S. Ambroſij æqualem. Tot autem virtutum laudibus ornatur à ſcriptoribus Zanobia, vt è gentium reginis vix illi inuenias æqualem, ac videtur ex antiquiſsimis, & præclariſsimis Hebraicæ nationis regibus nata. licet enim foret è Iudæis, tamẽ Semiramidis, Didonis, & Cleopatræ genus ad ſe pertinere iactabat. id Trebellius

Lib. 6. c. 28.

Gen. 25.

2. Par. 8.

A bellius in Herenniano tradit. quæ ſi vera ſunt, Regii generis
erat, ac nobiliſsimi, è vetuſtiſsimo tempore per affinitates illu-
ſtriſsimas propagati.

Quid autem de Spartiatis dicemus? Nam libro Machabeo-
rum habemus, litteras ab Onia, ſiue Oniare Rege Spartia-
tarum miſſas ad Ionatham ſummum Sacerdotem, in quibus
profitetur, Spartanos Iudæis eſse fratres, ac profectos ex A-
brahæ ſtirpe. Ioſephus autem refert litteras Arii Regis (A-
reum vocat in Eliacis poſterioribus Pauſanias) ad Oniam
Pontificem, ante tempora Machabeorum, quibus teſtatur
B idem. Quamobrem pertinebunt ad Abrahæ poſteritatem
quotquot Spartani colonias deduxerunt, in quibus Italorum
multæ, vt Croto, Locri, Tarentum, atque, vt aliqui volunt,
& in his Dionyſius Halycarnaſſeus, quędam in Sabinis, vt li- *Dion.l.1.*
bris de antiquo, & nouo Italię ſtatu eſt dictum. neque credi
poteſt, finxiſse Arium Regem, ſuis eſse originem ab Abraha-
mo: nam, cur fingeret? & maxime, quod Spartanis, & Iudæis
officia amicitiæ, hoſpitalitatis, ac ſocietatis mutua fuerint,
vt è Machabeorum libris conſtat. Quamquam Danaus, à quo
Danai, Argiuique & comites Cadmi, ad Abrahami liberos
C è Cethura ortos pertinere videantur: vt infra diſſere-
mus.

Ex ijs, quæ diximus, colligi poteſt, bonorum temporalium
felicitatem pendere à recta religione, quando illius conſer-
uatori progeniem tam felicem Deus dedit, vt nulla magis,
atque hæc, vel pietatem conſeruans, vel ab ea minus aber-
rans, ad omnium maximam, maximeque diuturnam felicitatem
fuerit diuinitus perducta. quod magis è ſequentibus apparebit.

Breuis Epilogus *eorum, quæ dicta ſunt.* *Cap. XIII.*

D NAm, cuius quæſo poſteritas à tempore illo,
quo late in terris eſt diſſeminatum genus
humanum, vere aſſeretur extare ante Chri-
ſtū, niſi Abrahami? Aut quæ progenies poſt il-
lud parentem ſuum certo poterat nomina-
re? Atqui nobilitati præſtantiſsimæ aſcribi-
tur, vetuſtiſsimos habere auos, eoſque
certos.

Quid autem dicemus de excellentiſsimo Patre, atque He-
Dd roe,

roe, qualis erat Abrahamus? An non talem tanquam ſuis maio- A
ribus annumerare inter ſingularia bona reputatur, niſi quis
omnino pro degenere habeatur, atque inimico ſuorum?

3 Sed enim prætermittantur à nobis Iudæi: non ne feliciſſi-
mos omnium ſe ſe Abrahami nepotes Arabes merito exiſtima-
bunt, quod, omnibus bonis circumfluentes, ideo fuerint ab om
nibus vocati felices, vt hoc ipſo videantur populis quibuslibet
præſtare?

4 Nam, ſi demas Moſaicæ legis ceremonias, vſque ad Chriſtum
ſinceram religionem ſunt amplexati, neque vnquam potue-
runt adduci in exterorum poteſtatem. B

5 Idemque contingit Aethiopibus, quicumque ab Abrahamo
originem duxerunt. quod ſane nulli celebri genti accidiſſe
eſt manifeſtum. libertas autem, qualiſcumque illa ſit, inter
ſumma temporalium bonorum reputatur. Ac ſuis quili-
bet facilius, & libentius ſe ſe ſubiicit, quam exteris, ſuo-
rumque mitius ſemper atque acceptius imperium ſolet exi-
ſtimari.

6 Quamobrem Regum ſuorum ſucceſsiones antiquiſſimas
poterant proferre, vt nulla gens aliquid tale audere poſſit ante
ortum Chriſti poſt populos late diffuſos, quod eſt ſpatium bis C
mille annorum, plus minus. Humanæ vero beatitudini ſolet
aſcribi in terris, producere in medium ſuæ gentis Regum
longiſsimam ſeriem.

7 Iam, quis tot nationibus Reges progenuit, vt Abrahamus,
è cuius ſtirpe orti ſunt Reges Iudææ, Iſraelis, Arabiæ, Æthio-
piæ, Idumææ, Ægypti, ac denique Colchorum. Nam, Col-
chos circumciſionem ſeruaſſe adhuc ſuo tempore, Hero-
dotus ſcribit; aſſerens, atro colore, & criſpo capillo eos
fuiſſe: quod indicabat, eſſe Aethiopici generis, additque,
ab ipſis iactatum, ſe à Seſoſtri illuc deductos D.

8 Aliquos ſane Aethiopum, & Aegypti Reges potentiſsi-
mos ab illo prognatos, nullo iure infitiari aliquis poteſt.
In quibus forſan reponendus alicui videbitur Seſois, ſiue
celebris ille Seſoſtris, ac Tarachus, ſiue, vt eum vocat
Strabo, Thearcon, vt iam non immerito gloriaretur illa
Zanobia Orientalis imperii moderatrix, cognationis vin-
culum ſibi fuiſſe cum Didone, Semiramide, & Cleopatra.
Et nunc etiam Pretiannes Aethiopiæ Rex ampliſſimus, ab
Abrahamo ſibi eſſe originem velit; atque è profanis ſcri-

ptori-

A ptoribus ſint, qui Africæ nomen datum ab Afro Abrahami libe-
ro tradant, vt ſupra referebamus. Sed & ipſos Spartanos,
cum variis per varias orbis regiones diſſeminatis coloniis fue-
rint illuſtres, ad Abrahami ſtirpem pertinere, Reges ipſi Spar-
tanorum ſunt profeſſi.

Illud quidem clariſſime nobis conſtat è Diuina Scriptura, 9
quæ complectitur tantum quæcunque acciderunt poſteris Ia-
cobi, ſiue Iſraelis, non quæ ceteris Abrahami liberis ex Agar,
& Cethura ſuſceptis, & Eſau nepotibus: Nimirum genitos
ex Abrahamo gubernaſſe ſecundo poſt Reges loco impe-
B ria latiſsima Aegypti, viuente Ioſepho, Chaldeorum,
Daniele, & Perſarum tum hoc, tum Mardochæo.

Quid eſt autem, quod veluti magna hæc referamus, quo- 10
rum poſſet aliquis aliqua pernegare, quod Illuſtriſſimis de-
ſtituamur monumentis, ac præſentibus teſtimoniis, quan-
do intueamur orbis prope totius nunc redigi temporalem fe-
licitatem, regnaque omnium potentiſsima, ditiſſimaq. vel ad
Chriſti cultores, vel ad Mahometis, quorum vterque ab Abraha
mo genus deducit; ac Saracenos ſciamus latiſsime domina-
tos in Aſia, Africa, & Hiſpania. tanti ſcilicet reuera eſt,
C religionem veram venerari, ab ea minus deflectere, & co-
lere ipſius cultores, qualis fuit Abrahamus, & nunc eſt om-
nium bonorum largitor Chriſtus, cui cuncta ad extremum
temporalia ſubiicientur. Hoc igitur innumeris partibus
maius, quam Reges aliquos Aegypti, Aethiopæ, Aſſy-
riæ, Perſiæ, Græciæque ad Abrahami originem redu-
xiſſe.

Et, quando temporalium felicitas non poteſt eſſe, vt fe- 11
licitas homini ſit, abſque animi bonis, quemadmodum ne-
que homo poteſt eſſe abſque animo; cognoſcamus, quid con-
D tulerit ad hanc Abrahami poſteritas. Conuenit namque
inter ſcriptores à Cadmo Phœnice Agenoris filio, & eius
comitibus, quos fuiſſe Arabas Strabo teſtatur, literas vna cum
multis doctrinis (ait Herodotus libro quinto) aduectas in
Græciam, ſcimuſque illas ab Hebraicis deriuatas: quod ip-
ſa nomina apertiſſime produnt: vt nemo id valeat inficiari.
Cumque duæ fuerint philoſophorum ſectæ, Ionica, & Ita-
lica, & ab his aliæ ſint deriuatæ, vt nos Diogenes Laertius
docet, primæ auctor fuit Thales Mileſius ex Thelidarum
familia, qui Phœnicum nobiliſſimi, à Cadmo, & Agenore

originem duxerunt, ait idem ſcriptor libro primo; ſecundæ Pythagoras diſcipulus Pherecidis Syrii, vt libro octauo refert: fuerunt autem tempore eodem Thales, ac Pherecydes, quod literæ inuicem ſcriptæ ab iis, ac relatæ ab illo, clariſſime teſtantur. Florebat autem Thales Mileſius antequam Cyrus Perſiæ Rex Cræſum viciſſet, ac Babylona expugnaſſet, vt non modo auctor ille, ſed Herodotus etiam ſcribit. Parentes autem Thaletis Miletum ſe ſe antea contulerant, ita, vt eorum commigratio è Phœnicia incidat in eadem tempora, quibus à Nabuchodonoſoro Tyrus, & Hieroſolyma eſt euerſa. Sic igitur à Phœnicibus, & Tyriis omnis Philoſophia in Græciam peruenit, à Tyriis inquam, quos Idumæorum vel Iudæorum fratres federatos vocat Amos Propheta capite primo, in quorum Vrbe Theman ſapientiæ ſtudia floruerunt, ſicut Tyri negotiationum, ita, vt Tyrij ſapientiam videntur à Themanitis aut Iudæis fratribus, ac fæderatis mutuati. Non enim legimus, Tyrios ab antiquis ob Philoſophiam, ſiue ſapientiam, in primis commendari, ſed ob mercaturam, & negotiationem. vt cætera argumenta omittamus quæ infra afferentur. Quocirca neceſſe eſt, dicamus, eos à Themanitis fratribus illam didiciſſe: hoc enim nomine præ cunctis iſti commendantur a Ieremia, Baruch, & Abdia: vt, ſicut ab Hebræis literas, parce nomina earum detorquentes, ita philoſophiam ſumpſerint reliqui Phœnices ab Idumæis, agnatis Iudæorum. Quin Nicolaus quidem Damaſcenus, & Alexander Polyhiſtor, & Artapanus profani ſcriptores, volunt, ab Abrahamo doctos Chaldæos, Aegyptios, ac Syros aſtrologiam, arithmeticam, bonaſque diſciplinas. Eupolemus præterea vult, a Moſe Phœnicibus traditas fuiſſe literas; vt Euſebius refert libro nono de præparatione euangelica, capite quarto.

Hie. c. 25. & 49.
Abd. 1.
Bar. 3.

Neque vero eſt neceſſe, vt aliquid dicamus de originibus antiquitatum. certiſſimo enim deprehendimus à Diuina Scriptura, quæ ad nos ab Hebræis peruenit, afferri lucem cunctis antiquorum obſcuritatibus, ac per eam dignoſci, quod falſum, verumque ſit, ac fabuloſum, veluti ad Lydij lapidis experimentum diſtinguitur ab adultero aurum ſincerum.

Atque hæc quidem, quantum pertinet ad rerum natura-

lium

A lium, vel humanarum ſcientiam. Quod ſi de diuinis agamus, 12.
à quibuſnam purior, clarior, eorum veritas ad homines per-
uenit, quam ab Hebræis? & quorum nam antiquorum libri
his præferendi? Ioſephus quidem certe Aegyptiis tradidit
eorum doctrinam. ſic enim Dauid de Rege Aegypti, ac Ioſepho
miſit Rex Aegypti, ac ſoluit eum (Ioſephum in vinculis de-
tentum) princeps populorum, ac dimiſit eum, conſtituit
eum Dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis
ſuæ, vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum, & ſenes eius
prudentiam doceret. Sic itaque Ioſephus Aegyptiis tradi-
B dit ſapientiam, prudentiamque rerum abditarum, qualia ſunt
cæleſtia, ob quam fuerunt in magna exiſtimatione, & ho-
nore apud omnes, vt legimus in Timeo Platonis, apud Dio-
dorum, cæteroſque ſcriptores. Quocirca non male dici po-
teſt, & ipſam rerum naturalium doctrinam manaſſe ad Aegy-
ptios à Ioſepho.

Quamobrem, quænam, quæſo, natio tot ac tantos habuit
prophetas, quot, & quantos Hebræorum? & cui fuit vllus, 13.
qualis in prædictionibus fuit Abraham, Iacob, Moyſes, Dauid,
Iſaias, Ieremias, Daniel, Ezechiel, ac cæteri, quos minores
C vocant?

Sic nulli nationi fuere tantæ ſanctimoniæ viri, aut feminæ, 14.
quibus omnium maximi honores darentur in terris per tot ſæ
cula, quantæ Hebręis. nam, qui fuere, quos enumerauimus?
qui Io. Baptiſta, Virgo ſanctiſsima, ac ſanctitatis totius fons
Chriſtus, omnes poſteri Abrahę, Hebraicæque nationis per
quos hæc commendatur, ac maximos toto orbe Catholico in
terris honores aſſequitur, niſi ſi qui ex ea ab illis deſciuerunt?

Haud igitur immerito Hebræis tot, ac tanta temporalium
rerum bona adfuerunt in exigua regione, qualis erat Iudæa, 15.
D Ezechiaque, & Ioſaphat regnante, duæ tribus armarent ho-
minum tot millia, vt incredibile videatur, quod ſupra recita-
bamus. Hieroſolyma vero à Plinio vocetur longe clariſſima
Vrbium Orientis. Hadrianuſque Imperator exciderit vicos
Iudææ celeberrimos, (vt vocant) ac nobiliſsimos nongentos
octuaginta quinque, munitiſſimas arces quinquaginta. Quin
tunc Imperia ſumma, Imperiorumque ſedes vrbes ad ampli- *Plin. lib. 5*
tudinem maximam peruenerint, cum religioni veræ fauerunt: *cap. 14.*
quod exemplo Aſſyriaci imperij, Niniueſque, Chaldaici, &
Baby-

Babylonis, Aegiptiaci, ac Thebarum, Aethiopici, atque Moeroes; Perſici, & Suſan; Romani, ac Romæ, infra oſtendemus. Contra autem, tunc orbis totus concuſſus, imperia labefactata, gentes deletæ, aut oppreſſæ, cum ſimilia ſinceræ religionis cultoribus contigerunt. Vt ſciamus, omnium bonorum temporalem felicitatem pendere à vera religione.

FINIS LIBRI TERTII.

DE RVINIS GENTIVM, ET REGNORVM ADVERSVS IMPIOS POLITICOS.

Liber Quartus.

Gradus, quibus gentes excidunt à religione, & temporalium felicitate, duo ſunt. Illudere parentibus, vbi labuntur in aliquod crimen, & gloriam propriam quærere. Semi poſteritas quænam fuerit, & quæ gentes prognatæ ab illa, magis religioſæ à principio, ac proinde magis abundauit felicitate temporalium bonorum. Cap. I.

A Diſſeruimus hucuſque de Abrahami poſteritate, quod per illam conſeruata, ac propagata ſit vera religio, & omnium feliciſsimæ gentes inde ſint ortæ. Quod illuſtrius adhuc fiet ex ſubiectis, vt cognoſcamus, temporalium felicitatem naſci à religione. Videamus de reliquis gentibus à Semo, Iapheto, Chamoque prognatis, ac poſtea late multiplicatis. Simulque diſcamus è quibus cauſis religio ruinam ducere ſoleat, atque vna cum religione tem-

ne temporalium felicitas. ſed quando in maxima antiquitatis obſcuritate, rerumque geſtarum perplexitate verſamur, probalia multa dicemus: quæ licet aliquo modo poſſint labefactari, non tamen hinc veritati damnum fiet. Stat enim certiſſime, à recto religionis cultu temporalium proſperitatem pendere, ea, quam recitauimus, ratione. quod ſi aliquibus non eſt euidens hoc ex effectis, neque cauſam proprius, & clarius intuentur, id aſcribendum eſt imperitiæ noſtræ: neque impugnada ob id eſt veritas, aut infirmanda. quocirca, ſi quid afferemus è profanis non ita dilucidum, nemo tamen deſerere certum debet. A

Satis igitur conſtat è diuinis libris, Noe fuiſſe tres liberos, Sem, Cham, & Iaphet. quamuis autem tunc Sacerdotium non eſſet alicui certó attributum, ita, vt eius functiones non poſſent, niſi ab illo obiri, nam ſingulos legimus ſacrificaſſe; Ad primos tamen in vnaquaque ſiue familia, ſiue gente, in primis pertinebant. quod ſcilicet iſti primas tenerent nobilitatis inter omnes. Atque iccirco parentes pro filiis, primogenitus pro ceteris fratribus offerre ſacrificia cõſueuerant. quod ſcilicet ii quodamodo familiæ præeſſe viderentur. Idque è plurimis antiquitatum monumentis colligi poteſt. Quocirca Semus inter fratres potiſſimum ſacerdotali munere fungebatur: vt aperietur. Accidit igitur, vt Noe forte incideret in ebrietatem: qua oppreſſus, ac ſomno demerſus, detectis pudendis, dormiret. Quod cum vidiſſet Cham, pater Chanaam, verenda patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis foras. At vero Sem, & Iaphet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retroſum, operuerunt verenda patris ſui, facieſque eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt. Euigilans autem Noe ex vino, cũ didiciſſet, quæ fecerat ei filius ſuus minor, ait, Maledictus Chanaam, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis, dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem; ſit Canaam ſeruus eius, Dilatet Deus Iaphet. & habitet in tabernaculis Sẽ. ſitque Chanaam ſeruus eius. Hæc Noe: è quibus multa habemus, atque in primis ad Semum diuina ſpectaſſe. Nam, quod Noe diceret, Benedictus Dominus Deus Sem, an non Iaphet, Deus erat? Ita ſane. Sed videntur ad Semum pertinuiſſe diuina veluti primogenitum, ac Sacerdotem. Deinde Semo primas omnino datas: Iapheto, vt late amplificaretur, eiuſque poſteritas late dilatata domos, atque vrbes à Semi liberis conſtructas habitaret. His ſeruiret Chanaam, nulla in re denique bene- B C D

pre-

A precatum Noe, vel Chamo, vel eius ſoboli venturæ.

Quamobrem prima labes, quæ facta eſt à Chamo, & ipſius progenie, qui corruerunt in maximas (vt explicabimus) omnium temporalium miſerias, fuit illa, irriſiſſe ſcilicet, atque aliis oſtentaſſe parentis proprij quantumlibet verum peccatum. quod, quicumque exemplo Chami perpetrant, in eaſdem ruinas incidunt, vt ſint aliorum ſerui.

Hanc ſequitur alia, propagandi proprij nominis, gloriæque inanis ineptum deſiderium: cum nihil aliud quæritur, niſi iactantia, non diuini cultus, in quem referri cuncta debent, ampli-

B ficatio. ſic enim locutos aſſerit diuina Scriptura filios Noe, iam magna ex parte irriſi patris imperium detrectantes, Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni, habueruntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento, & dixerunt. Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen noſtrum, antequam diuidamur in vniuerſas terras. deſcendit autem Deus, vt videret ciuitatem, & turrim, quam ædificabant filij Adam, & dixit, Ecce vnus eſt populus, & vnum eſt omnium labium. cœperuntque hæc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. *Gen. c. 11.*

C Venite igitur, deſcendamus, & confundamus linguam eorum, & non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem: & iccirco vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ, & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctorum regnorum. Hæc diuina Scriptura.

Ex his colligimus, quæ infelicitas eos ad extremum ſequatur, qui, parentibus irriſis, licet ob vera peccata, contendunt inaniter amplificare gloriam ſuam, non eam referentes ad cæ-

D leſtem. Nam, ſicut ob primum peccatum fiunt aliorum ſerui, & adducuntur in aliorum poteſtatem: ita ob ſecundum abripiuntur in longinquas terras, ignorantiamque omnium rerum miſerrime incurrunt, vt obliuiſcantur etiam propriæ linguæ, atque adeo iacturam faciant maximorum corporis, & animi bonorum. quod euenire hæreticis Orientalibus hodie lugemus.

Videamus autem, qui maxime conuenerint ad iſtam molitionem turris & ciuitatis. conſtat enim, Noe, qui tunc ſupererat, obiitque anno Abrahami iam nati ſexageſimo nono, iſti ſu-

perbiæ haud conſenſiſſe, neque Heberum ſimiliter, eiuſq. progeniem. quando antiquiſſimam, primæuamque linguam Hebraicam non ſunt obliti, ſed ab eis eſt cōſeruata; neque è Meſopotamia longius amandati ſunt, ac proinde nulla illos admiſsi delicti pœna attigit. quod ab omni crimine forent immunes: alioquin ſubiiſſent eam, quæ infligebatur perpetrato ſcelere iniquinatis. A

Quin in vniuerſum tota Semi, qui tempore iſto viuebat, ſoboles videtur ob eaſdem cauſas abfuiſſe ab hoc flagitio. In Meſopotamia namque, & finitimis locis conſedit, ac mores eoſdem, linguamque Hebraicam, aut eandem, aut quam ſimillimam retinuit, nempe Chaldaicam, & Syriacam. Ac, licet ad Idola colenda ex magna parte deflexerit, diu tamen retinuit vnius Dei cultum, neque aperte repugnantia ſummæ illius potentiæ, ſapientiæ, & bonitati admiſit: vt oſtendemus hoc libro. Conſtatque multorum teſtimonio, Nembrotum Chami nepotem, totius ædificationis auctorem, ducemque extitiſſe, hominem gigantea ſtatura, principemque. Tradit hoc Alexander Polyhiſtor ex Eupolemo, apud Euſebiū libri noni de preparatione euangelica capite vltimo. idemque ſcribit Ioſephus. ob id S. Auguſtinus, & Septuaginta interpretes Nembrotum vocant gigantem. Quocirca neceſſe eſt dicamus ipſum cum primis ſuis vel occiſum, ruinaque molis diuinitus deiectæ oppreſſum, quod ab Abydeno, & Sibylla proditum referunt, ac ſequuntur Ioſephus, & Euſebius. Nam, quod aiunt, Moyſem non facere mentionem ruinæ, nihil facit ad rem, cum ſint innumera, quorum non meminit Moyſes. quod vero adiiciunt, eam turrim remanſiſſe, quod teſtentur id aliqui ſcriptores, admitti poteſt, quia remanſerint veſtigia altitudinis illius, ſicut etiam ciuitatis; vel dicendum eſt, Nembrotum iſtum longiſſime relegatum, confuſamque ipſius linguam præ cunctis, alioquin Deus eos qui peccarant haud puniſſet & innocentes caſtigaſſet. quod eſt contra Diuinam Scripturam, & omnem veritatem neceſſe eſt item dicamus Babylona non fuiſſe conditam, niſi poſt multos annos à diſperſione gentium, cum Deus eas diſperſerit, vt impediret eius conſtructionem. quod ſi paulo poſt, aut centum poſt hęc annis ædificata eſt, irritus fuit tantus Dei conatus, quod nullo modo eſt dicendum. Hinc in Diuina Scriptura non fit mentiò Babylonis, niſi temporibus Regum, ac Rex Senaar nominatur, qui deinde condita Babylone non amplius

Aug. l. 16. de Ciuit. Dei c. 3.

Ioſ. l. 1. antiq.

Euſ. l. 9. de prep. Euang. c. vlt.

B C D

Sennaar,

A Sennaar, ſed Babylonis Rex appellatur, quaſi nulla antea fore Babylon, quæ digne nominaretur. Diodorus certe libro ſecundo antiquarum rerum, cap. 1. vult Nino imperante non extitiſſe Babylona, quamuis deinde veluti fabuloſum tradit conſtructam à Semiramide ipſius vxore: quod nullo modo eſt admittendum: Beroſuſque apud Ioſephum priore libro aduerſus Apionem refellit id, tanquam mendacium, & Semiramis, quæ Babylona condidit multis ſæculis, diſtat ab hac ætate, vt liquet ex Herodoto, & aliis. Verum fuſius loco ſuo dicetur, ac tetigimus libro de Robore bellico. Nembrotus itaque Gigas, &
B gigantum Dux regnauit Babylone exigua vrbecula, ante gentium, vt è Geneſi colligitur, diſperſionem: quam cum deinde conaretur amplificare, atque attollere, diſturbata ſunt omnia diuino conſilio: &, qui hæc contendebant, procul expulſi, & linguæ eorum confuſæ.

Quamobrem, cum Semo forent hi filij Aelan, Aſſur, Arphaxad, Lud, Aram; Arphaxado autem Sale, è quo Heber, cuius filii fuerunt Phaleg, & Iectan, liquet è Diuina Scriptura, quinque illos Semi filios contiguas regiones habitaſſe, & Arphaxadum quidem Chaldæis nomen dediſſe, in quorum terra Babylon
C fuit, quod Ioſephus probat; atque è ſacris libris habemus Arphaxadi poſteritatem permanſiſſe in Babylonis terra vſque ad decimam generationem, ſi connumeremus omnium parentem Noe. ſin eximamus illum nonam, quarum prima eſt Arphaxadi, ſecunda Sale, tertia Heber, quarta Phaleg, quinta Reu, ſexta Sarug, ſeptima Nachor, octaua Thare, nona Abraham qui ab Arphaxado genus trahit, atque eſt decimus à Noe, ac ſexto anno poſt ipſius mortem diuino monitu diſceſſit è Chaldæa. atque ita conſtat clariſſime Arphaxadi gentem non vllam aliam ex illis familiis, quæ in omnes terræ partes diſſeminatæ erant
D perſtitiſſe in Chaldæa quarta generatione ſiue Phaleg nato, vt e Geneſi liquet. Sic igitur omnino falluntur, qui Nembrotum volunt poſt diſperſas gentes in Chaldæa commoratum contra apertiſſima Geneſeos teſtimonia Deique propoſitum. vt alia mittamus, quæ attulimus, & ſuis locis planius explicabuntur.

Aelan autem, Semi primogenitus, Chaldeæ finitimam Perſiam tenuit. iccirco Daniel inquit de Suſan Regia Perſiæ, vt omnes norunt, cum eſſem in Suſan caſtro, quod eſt in Aelan regione. Hinc ſinus Perſici maris excurrentis inter Arabiam, & Pli. l. 6. c. 28
Perſiam vocatur à Strabone, ac Plinio Ælaniticus, quin hic Æla

mitas adnumerat Arabibus, quod ſcilicet mari anguſto tranſmiſſo tenuerint illi Arabiæ maritima propinqua. Quod ſi Aelymei ſunt iidem, qui Aelamitæ, quod placet Ioſepho, ſcimus e Strabone Aelymeorum montes eſſe ſupra Babylonios, ſic ille libro vndecimo, & decimoquinto ait eos pugnare cum Vxiis, at decimo ſexto Suſianis, qui è Perſis ſunt, adiungit. Videtur vero Aelam & eius, quaſi primogeniti, poſteritas late dominata primis temporibus. Nam Regi Aelan parebant, & tributa pendebant quinque Palæſtinorum primi Reges, eidemq. quaſi Principi inter ipſos, opem tulerunt Reges Sennaar, ſiue Meſopotamiæ, & qui Ponti, ac gentium vocatur. A

S. Aug. l. 16. de Ciuit. c. 3 S. Hier. lib. de locis Hebraicis & de traditio.

Aſſur, filius ſecundus [redacted] quod conſtat è Geneſi, Niniuem condidit, ſiue, vt vocant ſcriptores profani, Ninum prope Tigrim. quod Geneſeos aſſertionem ſecuti tradidere etiam Ioſephus libro primo Antiquitatum, ſanctique Auguſtinus, & Hieronymus. B

Lud, quartus Semi filius, (de Arphaxado namque tertio diximus) Syriæ, Ciliciçq. partem, & Lydiam, quam de ſuo nomine appellauit, incoluit. Teſtis namque eſt Strabo libro decimo tertio, Lydos olim fuiſſe eoſdem cum Syris, ac Cilicibus. Quamobrem Lud habitauit & ipſe continentem Chaldææ regionem, neque à Lydo Herculis progenie dicta Lydia, vt Herodotus, atque alii crediderunt: ſed tum ille, tum hæc à Ludo Semi filio. C

Aram denique filius vltimus Armeniam, & ipſam continentem Meſopotamię tenuit, ac de ſuo nomine vocauit. Aramęa namque Armenia, & Aramea; Arimi, & Erembi olim vocabantur Armeni, vt è Strabone aperiemus. Quin, cum filius Arami fuerit Hus, Hic Arabiæ partem tenuit Idumeæ adnexam, vt è quarto capite Lamentationum Ieremiæ colligitur; atque è terra Hus fuit Iob, vt diſcimus è capite e ipſius primo: &, quando Chaldæi, & Sabei bona ipſius depredati ſunt, docemur etiam fuiſſe illius patriam mediam inter Chaldæam, & Arabiam Sabæorum. D

Illuſtrantur hæc omnia ex eo, quod Strabo refert libro primo, Armenis ſcilicet Aſſyrijs, & Arabibus magnam fuiſſe linguæ, morum, generis, corporumque ſimilitudinem, dictoſque omnes Aramæos. Atque ex his tribus populis Meſopotamiam conſtare; adiicit libro 16. ad finem ex auctoritate Poſidonij vocatos à Græcis & Homero, Armenos, Arabas, Syros, Arimæos,

A mæos, & Erembos. Atque ita poſteri horum trium fratrum,
Arphaxad, Aram, & Aſſur, maxime inter ſe permixti ſunt,&
& cõmuni ſæpius nomine appellati. Sed, quando Aramo legi-
tur fuiſſe ingens progenies,ſic enim diuina Scriptura ait filii *Plin. li.6.c.*
Aram, Hus, & Hul, & Gether, & Mes. Hinc Arameorum *17.*
nomen late protendebatur, ita, vt Plinius tradat Aſiaticos
Scythas olim vocatos Arameos. Clariora fiunt, quæ diximus, *lib.5.c.12.*
ex alio Plinij dicto, aſſerentis, Olim Syriam, ſiue Aſſiriam
fuiſſe terrarum maximam. Quin Strabo notat, ab Herodoto *Strab. lib.*
Cappadocas vocariSyros,atq; adhuc ætate ſua dictos Leucoſy- *12.*
B ros, quod Ludis finitimi erant;his autem Lycii,ſeu quod Stra-
bo docet Solymi à Sale filio Arphaxad, cui Salem Regiam
Melchiſedech, & Hieruſalem quoque attribuunt nonnul-
li, hanc namque à Solymis dictam populis ab Homero
celebratis, non diſplicet Cornelio Tacito libro hiſtoriarum
quinto, & Ioſepho.

Patet ex iis quæ diximus,inter filios Noè illius progeniem
maiori bonorum copia priſcis temporibus poſt gentes diſper-
ſas abundaſſe, quæ minus à recta religione receſſit, & qui ve-
luti primogenitus in primis ipſa ſacra curabat, & cuius po-
C ſteritas veram religionem conſeruauit. Nam Semus eſt is, cu-
ius Deus eſt à Noè benedictus, quique, vt primogenitus in-
ter alios præerat ſacris, & à quo prognatus Abrahamus ve-
ram religionem ſartam tectam tutatus eſt, atque eius proge-
nies, vt oſtendemus, poſt Abrahami familiam, minus adhuc
abfuit à ſincero Dei cultu. Quocirca, cum Semo fuerint quin-
que liberi, retinuerunt ex parte hi,nepoteſq. horũ propriã lin-
guam,non ſunt ablegati à proprio ſolo, quin omnium maxima
imperia, ac diuturniora inter gentes vſque ad Chriſtum te-
nuerunt, nempe Aſſyriorum, & Perſarum, quod palam facit
D à religione recte culta, minuſve contempta temporalium fe-
licitatem pendere, eo,quo diximus, modo. Quin Arphaxado,
cuius gens per Abrahamum veram religionem conſeruauit,
celeberrima omniũ poſteritas fuit. Eius enim nepos lectam ex
Hebero filio tredecim liberos ſuſcepit, à quibus Indiarum lo-
ca latiſſima cuncti volunt habitata, & exculta. Quod ſi He-
ber genuit Iberos Aſiaticos, Armenis cognatis finitimos, vt
Strabo teſtatur vndecimo libro; atque ab iis orti ſunt Euro-
pei, deinde dicti Hiſpani, vt plerique ſcribunt, omnium fe-
liciſſima extitit Arphaxadi familia,non modo pietate, ſed bo-

nis

nis etiam temporalibus longo omnes tunc interuallo antece- A
dens. quod abhuc magis infra aperietur.

Referuntur loca, in quibus conſederent liberi Iapheti, & euenta quædam generalia. è quibus concluditur, illos fuiſſe feliciores in temporalibus, quam poſteros Chami, veluti etiam magis religioſos. Cap. II.

ALter Noe filius è tribus fuit Iaphet, cuius ſeptem filii recenſentur, Gomer, Magog, Madan, Iauan, Thubal, Moſoch, Thiras, qui conſederunt in lo- B
cis ad Aquilonem, & occidentem ſitis reſpectu liberorum Semi primogeniti.

Gomer, primus Iapheti filius, nomen dedit Comaris, quorum meminit Ptolemæus tabula VII. Aſię de Sacis verba faciens, Cimeriiſue, aut Cimbris, qui Mæotidem paludem ex vtraque parte Aſiæ, & Europę circumſteterunt.
Strab. l. 12. 13. 14. eoſdem namque eſſe iſtos, & in ijs locis olim ſedes habuiſse, teſtis eſt locuples Strabo.

Quocirca priſcis temporibus in Aſiam ſæpius iſti ſe ſe effuderunt, quaſi iuxta oraculum Noè habitaturi in taberna- C
Strab. l. 12. 13. culis Sem, quod Herodotus refert, atque idem Strabo, citans illud antiqui poetę.

Νῦν δ' ἐπὶ κυμερίων στρατὸς ἔρχεται ὀμβριμῶν.

Gens bello aduentat fortiſſima Cimeriorum.

Hinc ipſum cicumſteter à dextra, & læua quaſi parentem tres filii Aſcenez, Riphat, & Theogorma. ab Aſcenez deriuati ſunt Aſiatici populi infra Mæotim paludem ſiti; in Aſia, ad Mare Ponticum, quorum ſæpius meminit Strabo, & Homerus: ex alia vero parte in Europa Riphat ſecundus montes Riphæos incoluit Cimerio Boſphoro, ac regioni finitimos: deniquetertius Thogorma genuit Thogormos, quorum mentionem facit D
Ptolemæus Aſiæ tabula ſeptima, de Sacis ſcribens, & Thogoros, quorum Plinius meminit. Confirmantur hęc Ezechielis verbis illis, Gomer, & vniuerſa agmina eius, domus Thogorma, & latera Aquilonis. E quibus apparet, Gomerum cum
Ezech. ca. 28. ſua progenie ad Aquilonem conſediſſe. Quamobrem non male coniiciunt aliqui, Cumanam Ponti, & Cappadociæ ab his
Strab. l. 12. populis dictam, de quibus Strabo, ac reliqui Scriptores.

Magog ſecundus Iapheti filius, domicilium videtur fixiſſe

in illa

A in illa Mediæ parte, quam Magis adſcribit Herodotus, nam fuere, qui Magi dicerentur, non modo profeſsione ſtudii, ſed etiam genere. Iccirco ab Ezechiele vocatur ſæpius Magog princeps, & caput Moſech, & Thubal, quod hi duo populi, vt oſtendemus, vicini eſſent Medis, ac ſubiecti, omneſque Borcales è progenie Iapheti.

Tertius Iapheti filius Madai Mediæ nomen dedit, non Medea, quod fabulati ſunt Græci, cum potius hæc à Media potuerit nomen accepiſſe, quod Colchi, e quibus illa, propinqui ſint Medi, quam contra. Eſt autem Media vicina memoratis

B nationibus, quæ à ſuperioribus Madai fratribus productæ fuerint.

Quartus Iapheti filius eſt Iauan, à quo nominata Ionia, genitique Iones Aſiaticorum potentiſſimi, quorum Metropolis Miletus, vt Plinius tradit, octuaginta Colonias deduxit. Quocirca Hecatæus apud Strabonem libro nono ait, Ionas, ex Aſia profectos, Athenienſibus originem dediſſe. idem tradit Plutarchus in Theſeo. Neque quemquam moueat, quod Pauſanias in Achaicis, & Strabo libro octauo dicant, Deucalionis filium Xuthum, cum fugeret è Theſſalia fratres, Athenas venientem,

C receptumque ab Erictheo, ex eius filia ſuſcepiſſe Ionem, qui miſſis in Aſiam colonis, Ioniæ nomen dedit. potuit enim fieri, vt Ion hic à prioribus genus duxerit, Aſiaticorumque Ionum nomen magis amplificarit, niſi dicamus dedignatos Athenienſes fateri ab Aſianis ſe ortos, originemque mentitos. Nam præter diuinam Scripturam ij, quos citauimus, id teſtantur ex Aſia commigraſſe Athenienſium gentem.

Quocirca obſeruandum maxime, Iauan fuiſſe quattuor filios Eliſa, Tharſis, Cethim, Dodanim. Ac primogenitus quidem tranſmiſſo anguſto freto, quod Ioniam diuidit à Græcia,

D Elidi in Grecia nomen dedit, vnde Græcia dicta Elis. Quanta vero quondam fuerit Elidis celebritas, docet nos Pauſanias in Eliacis prioribus ac poſterioribus. In Elide porro fluuius erat Eliſa, cuius meminit Strabo libro octauo. Ezechiel autem manifeſte vocat inſulas Elis inſulas Græciæ. Atque hic Iauan filius in Europa ex vno latere Peloponneſi, Græciæque partem tenuit. Secundus autem filius Tharſis, ex alio parentis latere, Ciliciæ partem occupans, Tharſum de ſe nominauit: quod ſi dicamus ab eodem dictum Phrygiæ fluuium Tharſum, Ioniæ propinquum, non recedemus à veriſimilitudine, ob nominis *Ezech. c. 17.*

minis

minis affinitatem, maiorumque viciniam. meminit illius A
Strabo libro xiii. Tertius filius Iapheti eſt Cethim, qui tum reliquæ Græciæ, in qua ſedes haud collocauit Eliſa, & eius poſteri antiquiores, tum multis inſulis adiacentibus, maritimiſq. locis Ioniæ finitimis, nomen dedit. in Cypro namque Ciuitas antiquiſſima erat Cittium vocata, e qua fuit Zeno Cittieus, vt Diogenes habet libro ſeptimo, ſed & Citij populi, qui Cilicibus ſunt aſcripti, vel quia conceſſere illò, vel quia finitimi, & antiquum nomen retinentes in eamdem nationem coaluerunt à duobus fratribus deductam. Meminit Cittiorum Strabo libro viii. citans Homerum, Cilicibus illos adnumerantem. B
quin xv. vult eoſdem commigraſſe in Cherſoneſum Thraciam, & Græciam. Pauſanias in Boeoticis narrat vetuſtiſſimũ Græciæ Regem fuiſſe, cui nomen Cytheron, quem niſi velimus eſſe eundem cum Cittim primo, ab eo nomen aſſumptiſſe, aliquis merito dicet. Hebræi namque diuini ſcriptores Græciam Cittin vocant, ſicuti etiam cunctas illius Inſulas, quod Græciæ ſcilicet omnium primus è Iapheti liberis inſederit Cittin,
Hier. c. 2. Iones autem poſtea, & Ieremias quidem propheta Inſulas Cit
Iſa. c. 23. tim nominat inſulas Greciæ. quaſi nominis id ſimilitudo ſua-
Num. ca. 24. deat. Eodem modo Iſaias, & quando primi Italiæ coloni vi- C
dentur è Græcia nauigaſſe, ob id, cum ſit in vaticinio Balaam,
Dan c. 11. vt legimus Latine, venient in trieribus de Italia, Hebraicè
Ezechi. c. 27. eſt Cethim, quam vocem Chaldæus vertit, Romanus, & apud Danielem, venient ſuper eum trieres, & Romani, Hebraicè eſt Cethim, denique apud Ezechielem de Inſulis Italiæ eſt, Cethim in Hebræo, in Chaldæo de Apulia. Quamobrem, ſiquis dicat hinc dictam Cretam non à Crete, vt aliqui tradunt, ſed paucis immutatis literis à Cethim, non erit omnino exploden
dus. Vltimus Iauan filius Dodanim ponitur, qui fratrem ſuum D
Cittim veluti maiorem minimus eſt ſecutus, Dodanim namque Dodonæ in Epiro vetuſtiſsimi nominis regioni, vt habet Herodotus libro ſecundo, & Strabo, nomen dedit.

Quintus Iapheti filius eſt Thubal, à quo Tibareni populi in Aſia, quos prope Trapezuntem in Ponto, ſiue Cappadocia, collocat Strabo libro duodecimo: Pliniuſque in Themiſcyra re-
Plin. l. 6. c. gione ponit, eoſque in exercitu Xerxis numerat Herodotus libro ſeptimo.

Sextus Iapheti filius eſt Moſoch, à quo Moſchi populi, non longe à Tibarenis, vt habemus libro vndecimo Strabonis,

qui

A qui duodecimo inquit eorum montes vltra colchidem pertinuiſſe. Moſchenos Armenis finitimos facit Plinius, & à latere Colchorum. Quamobrem pars maris Caſpij Moſchia vocatur apud eundem. Herodotuſque libro tertio refert, eos vna cum Tibarenis tributa ſoluiſſe Perſicis Regibus: & ſeptimo narrat, Xerxi eoſdem militaſſe, vna cum ijſdem Tibarenis. Atque hinc magis illuſtrãtur Ezechielis loca cap. 23. 32. 38. 39. in quibus ſemper coniungit Moſoch, & Tubal, eoſque bellatores acerrimos facit ex Aquilone aduenientes. Plin. l. 6. c. 9. 10. l. 5. c. 31.

Septimus Iapheti filius eſt Tyras, à quo Tyritæ, & Tyræ, ac-
B colæ Tyræ fluuii, prope Cimerios, & Riphæos. Eius meminit Herodotus libro tertio. Plinius recenſet non modo fluuium, ſed oppidum præterea, inſulamque nominis, ac populi eiuſdẽ in eodem tractu, ſicuti & Strabo. Ab his videntur orti Thraces magis propinqui, quaſi Tyraces. Ac mirum, quid venerit in mentem Ioſepho dicere, Tyrum Vrbem dictam ab hoc Tyra. cum Tyrus Hebraicè vocetur Tſor, quod nihil habet affinitatis cum Tyro, apparetque ex omnibus liberos cuiuslibet è tribus fratribus in vicinis locis conſediſſe. Tyrus vero longe abeſt a ſedibus liberorum Iapheti: ſecus autem Tyra & cuncti
C ſcriptores teſtantur, veterem Tyrum conditam à Sidoniis. Plin. l. 4. ca. 12. Strab. l. 1. & 4.

Ex his apparet, Iapheti liberos Aquilonis, & Occidentis terras occupaſſe in Aſia, & Europa, nimirum Cumanas, Cimerias, Mediam, Magorum, Ioniam, Græciam cum ſuis Inſulis, & Italiam, regiones Tibarenorum, Moſchorum, Tyritarum, Aſcaniorum, Riphæorum, à quibus omnibus innumeræ gentes ptognatæ Europam repleuerunt, potiſſimum verò Cimerii, ſiue Cymbri oras magis ad Boream vergentes.

His porro nationibus inter alias duæ linguæ celeberrimæ fuerunt, duoque imperia, ex quo Aſſyriacum, & Perſicum con-
D cidere, omnium maxima, & diuturniora. linguæ ſunt, Græca, & Latina. Imperia ſunt eorundem populorum, Græcorum ſcilicet, ac Romanorum, perinde ac ſi poſteritas Iapheti certet in his rebus cum poſteritate Semi. Huic enim duæ linguæ, ac duo ſimiliter Imperia contigerunt, omnium maxime inſignia, linguę quidem Caldaica, & Hebraica. Imperia, Aſſyriacum, & Perſicum. At illi fuerunt, ac ſunt, Græca, & Latina, cum paribus imperiis. Regiones autem ſunt, quæ hucuſque optimæ omniũ celebrentur. Quibus in rebus Chami poſteritas im menſũ in modũ ſuperatur à ſuperioribus: cuius felicitas omnis

deducta eſt à progenie Semi, & Iapheti, illiſque in primis A
ſeruiuit, veluti à pietate in parentem Noe magis abfuit: ſequentibus autem temporibus magis à pura religionis doctrina ſinceroque cultu, vt oſtendemus, aperientes, à religione omnem temporalium felicitatem exiſtere ac pendere.

Poſteritas Chami minus religioſa Semi, & Iapheti poſteritate, & minus felices terras eſt ſortita, & breui venit in borum poteſtatem. Cap. III.

INſpiciamus, quid contigerit poſteris Chami, cui nihil bene precatus à Deo ſpeciatim ſcribitur Noe parens, neque benedixit. quatuor illi filii fuerunt Chus, Meſraim, Phut, Chanaam: & conueniunt cuncti Scriptores, à Chuſo prognatos Aethiopas, demptis ſcilicet illis, qui ab Abrahamo genus duxerũt: quod ſupra dicebamus. Quocirca Aethiopes Hebraice in vniuerſum Chuſii vocantur, nullo habito diſcrimine à quo prognati fuerint, Aethiopiaque Chuſis appellatur, ſiue quæ ad Orientem cis mare rubrum in Arabia, & India, ſiue quæ ad C
Occidentem in Africa, & vltra eam pertinet. Quamobrem Chuſi progenies loca parenti vicina occupauit: vt oſtendemus.

Secundus chami filius eſt Meſraim, à quo dicta eſt Hebraicè Aegypti regio Meſraim. Aegypti enim nomen poſt Hebræos expulſos eſt illa ſortita ab Aegypto Danai fratre: vt alibi fuſius explicabitur. Cum vero huic filius inter alios fuerit Ludim, & Capthorim, quidam putarunt ab illo Lydos appellatos: verum falluntur: quoniam cuiuſlibet è tribus Noe filiis poſteritas diſtinctas omnino terras occupauit: ac manifeſte Hieremias, & Ezechiel ſeparant, Lydos Aegyptiacos ab D
Aſiaticis, cum dicant, illos aduenire ex Aegypto. & quoniam Capthorim, Latinus interpres, vertit cappadoces, exiſtimarunt nonnulli, hos eſſe eoſdem cum iis, qui Armenis coniuncti Pontum Euxinum contingunt. Sed his eadem ratio diſtinctionis refragatur. præterea, & illud, quod Hieremias ſedem Capthorim, quos latinus, & Græcus vertit Cappadocum, dicit eſſe Inſulam prope Paleſtinos, ſcimus autem Cappadociam Ponti non eſſe Inſulam: videntur itaque Capthorim maritimi eſſe. quod, niſi aliqua obeſſent, Carpathus inſula, vel, vt vocat Home-

Ier. c. 46. Ezech. c. 30.

Hiere. ca. 47.

A Homerus, Crapathus, quæ eſt inter Rhodum, & Cretam, vergens in Aegyptum, nomenque dedit mari Carpathio, Capthorim domicilium poterat videri. Adde, ab Amos propheta aſſeri, Philiſteos egreſſos è Cappadocia, ſiue Capthorim: at nuſquam legimus, neque probabiliter affirmari queat, è Ponti Cappadocia Philiſteos profectos. cum ſciamus, Philiſteos, ex iſto Miſraim natos, Abrahami ipſius ætate, in Paleſtina fuiſſe, eique nomen impertitos. Quid plura? Si velimus Cappadoces Ponti eſſe Capthorim, certe illinc diſceſſere, & in Palæſtinæ partem commigrarunt, deletiſque inde Hæuæis, ibi habitarunt B ab Haſerim vſque Gazam., vt habetur in Deuteronomio. quamobrem Cappadoces Ponti non ſunt à Capthorim nati. *Amos. c. 9.* *Gen c.21* *Deut.c.2.*

Tertius Chami filius eſt Phut, à quo Phut in Africa fluuius dictus, antiquum nomen apud Plinium retinet, ac meminit eius Ptolemæus in prima Africæ tabula. Quamobrem, cum Phutæorum mentio fiat apud Ezechielem, & Hieremiam, coniugāturque cum Lydis, ſiue Ludim, ſemper interpes reddidit Libyes. Sic igitur Africæ regiones occupauit Phut.

Quartus eſt Chanaam, cui ſpeciatim Noe maledixit. Atque hic vna cum filiis vndecim Paleſtinam, quæ dicta eſt, Phœniciamque incoluit: vt habetur in Geneſi: & hoc non habet ob- C ſcuritatem.

Inſpiciamus autē, quando Chami filiis, & Chamō Noe parēs, & ſummus Sacerdos, ſpeciatim non ſcribitur benedixiſſe. atq; à Deo bona precatus: ac minus fuiſſe religioſos, oſtēdemus; nunquid generatim temporaliū bonorū felicitate illius poſteritas magis abundauit, quam Semi, & Iapheti. Conſtat autem, Europam contigiſſe potiſſimum liberis Iapheti. Aſiam Semi, Africam Chami. Nemo eſt autem, qui ignoret, Africam, plenam ſolitudinum, locis deſertis horrere, atque, vt aliqua loca tole- D rabilia aut etiam felicia, veluti Ægyptum, Libyamque contineat, non eſſe æquandam tamen vel Europæ vel Aſiæ.

Quin liquet è Geneſi, quando nonnulli è Nepotibus Chami occuparunt optimas in Aſia Syriæ, ſeu Palæſtinæ regiones, atque hi fuerūt Chananei, hos Regi Aelamitarum, ſiue Perſarum ſeruiſſe, antequam Abraham diſcederet è Chaldæa circa ſupremum tempus Noe. Neque multo poſt ignis cælitus demiſſus abſorbuit infamem Pentapolim, & quinque Regum ciuitates, & loca. *Gen.c.14*

Quantum ad Africā reliquam: Iam ſupra oſtendimus ex Ale-

xandro Polyhiſtore, Cleodemo, & Ioſepho, eam fuiſſe adductam A
in poteſtatem ab Ephero, ſiue Aphero filio Abrahami, ex
Gen. 43. Cethura; Herculemque Lybicum illi auxilium præbuiſſe. Quin
hunc matrimonio ſibi iunxiſſe Abrahami eiuſdem neptim, do-
minatumque Aegypto conſtat ex Herodoto, & Diodoro, poſt
cuius mortem tamen Ægyptij tam longe receſſerunt à vero re-
ligionis cultu, vt viuente Ioſepho Abrahami pronepote, ne-
fas putarent, comedere cum Hebræis, ſinceræ religionis con-
ſeruatoribus, ac nulla gens eo tempore legatur abhorruiſſe ita
ab his, vt Aegyptiaca.

Sic igitur breui poſteritas Chami ſeruire cœpit poſteritati B
Semi, minus religioſa magis religioſæ, longiſſimeque à vera
pietate abſcedere, veluti etiam nacta eſt terras multo minus
felices, ſi in vniuerſum cum terris Europæ, & Aſiæ compa-
rentur.

Gentilibus non erat ad æternam ſalutem circuncisio neceſſaria, modo recte alioquin de rebus diuinis ſentirent: ob id multi e gentilibus illam ſunt adepti, ac celebrioribus gentibus maior veritatis lux effulſit. *Cap. IIII.*

ADmonendi vero ſumus, antequam procedamus, C
non fuiſſe olim gentibus vllis, Abrahami gene-
re excepto, circuncisionem neceſſariam, qua ſi-
bi gratiam Dei mortalibus irati ob Adami pec-
catum conciliarent. Verum ſatis fuiſſe, quod
Theologi concludunt, vt recens natos infantes
omnipotenti Deo offerrent, aut etiam ſacrum quoquo modo
pro ipſis facerent, ac rectam naturę legem ſeruarent creden-
tes Deum eſſe, ac diligentibus ſe præmia perſoluere, impiis ve-
ro, & iniquis pœnas. Sic enim S. Paulus decernit: Non enim D
auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtifi-
cabuntur. Cum enim gentes, quæ legem (ſcripturam) non ha-
bent naturaliter (ideſt in ſtatu naturæ) ea quæ legis ſunt (ideſt
præcepta moralia legis naturæ, in quibus etiam includuntur
præcepta fidei, ſpei & charitatis) faciunt, eiuſmodi legem
Rom. 3. non habentes (Iudaicam) ipſi ſibi ſunt lex. & mox. Si igitur pre-
putium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in cir-
cumciſionem reputabitur? Et alibi credere enim oportet ac-
Heb. 11. cedentem ad Deū, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

Quocir-

A Quocirca veri Dei cognitio per multis ſæculis poſt Abrahamum durauit inter celeberrimas gentes. Ac Deus dedit illis, per quos vero fidei lumine diuinitus infuſo illuſtrarentur. Hinc S. Dionyſius, quem venerabilem, & antiquũ patrẽ vocat S. Gregorius, ita ſcriptũ reliquit. cum aliis gẽtibus, prӕter Hebraicã, ex quibus nos quoque ad immẽſum, copioſumq. diuinæ lucis profundum, quod omnibus vltro ſe cõmunicandũ offert, emerſimus, nõ alieni Dii præfuerint, ſed vnũ principium omniũ, & ad illud Angeli, qui vnicuique nationi præfecti erant, deducerẽt illos, qui ſequebantur. Conſiderandus eſt Melchiſedech, qui Sacer B dos Deo cariſſimus, non eorum qui non ſunt, ſed altiſsimi Dei, qui vere eſt Deus, etenim non ſimpliciter, atque omnino Theologi vocauerunt Melchiſedech Deo carum, ſed Sacerdotem quoque, vt ſapientibus plane ſignificaret, non ipſum duntaxat ad Deum fuiſſe conuerſum, verum etiam aliis prӕterea fuiſſe vt Pontificem, Ducemque perueniendi ad verum, ſolumque Deum. Hoc etiam Pontificiæ tuæ ſapientiæ commemorabo, vt Pharaoni ab Angelo, qui Aegypti præpoſitus erat, & Babyloniorum Principi à ſuo miſſam eſſe prouiſam prouidentiam, & poteſtatem prouidentis, & dominantis omnibus, & ad finem C nos, inquit aperte, planeque docet, diuina Scriptura, vnam eſſe ad omnia pertinentem prouidentiam, Dei vnius, quæ infinitis partibus præſtet omnibus virtutibus, & quӕ obtutum oculorum percipiuntur. Omnes autem Angelos, qui ſingulis gentibus præſint, deducere eos, qui vltro, ac ſponte ſequuntur ad illud ipſum principium, qui eſt Deus, vt proprium. Hæc Sanctus. Quӕ expendens S. Thomas, ita ſcripſit: Multi gentilium adepti ſunt ſalutem per miniſterium, vt Dionyſius dicit nono capite cæleſtis Hierarchiæ: & mox: dicendum, quod multis gentilium facta fuit reuelatio de Chriſto, vt patet per ea, quæ præ- D dixerunt. Nam Iob c. 19. dicitur, Scio, quod redemptor meus viuit. Sibylla etiam prænuntiauit quædam de Chriſto, vt Auguſtinus dicit. Inuenitur etiam in Hiſtoriis Romanorum, quod tempore Conſtantini, & Helenæ matris eius, inuentum fuit quoddam ſepulchrum, in quo iacebat homo, auream laminam habens in pectore, in qua ſcriptum erat: Chriſtus naſcetur ex Virgine, & ego credo in eum. O Sol, ſub Helena, & Conſtantini temporibus iterum me videbis. Si qui tamen ſaluati fuerunt, quibus reuelatio de Chriſto non fuit facta, non fuerunt ſaluati abſque fide Mediatoris, quia, & ſi non habuerunt fidem explici-

Greg. hom. 24. in Ezechiel.

S. Thom. 2. 2 q. 2. ar. 7.

explicitam, habuerunt tamen fidem implicitam in diuina prouidentia credētes Deum eſſe liberatorem hominum, ſecundum modos ſibi placitos, & ſecundum quod aliquibus veritatem cognoſcentibus ſpiritus reuelaſſet. Secundum illud Iob. c. 35. qui docet nos ſuper iumēta terræ. Sic Sanctus apertiſſime hæc conſignans exemplo Iob. Hic enim floruit ætate Moyſis, anno poſt gentium diſperſionem ſexcenteſimo plus minus, neque erat aut ſtirpe Abrahami, aut Hebræorum, à quo volunt Hebræos dictos, ſed genus ducebat ab Hus, filio Aram: nec tamen eſt, qui dubitare poſſit, illum Deo gratiſsimum. Rurſus cum Iobo colloquuntur Eliphaz Themanites, Baldad Suites, & Saphar Naamathites, quorum nemo obſeruabat adhuc cerimonias Moſaicas, quod nondum ſancitæ eſſent. E Iacobi certe nepotibus non erant. Placuiſſe tamen Deo in omnibus, præterquam in eo ſermone, quem habuerant cum Iobo, ſcimus ex eo, quod ipſis à Deo mandatum fuit, vt ſacrificiis, & precibus Iobi, crimen, quod admiſerant in illo colloquio, expiarent. A B

Enimuero benigniſsimus Deus nullo modo permiſit omnino intermori veram doctrinam diuinitatis inter alias gentes, quamuis ab Abrahamo, vt apparet, originem non haberēt. Inter Græcos enim fuit Sibylla Erithræa, cuius recitat plurima carmina Lactantius Firmianus, tū multis in locis, tum maxime li. 11. de vera ſapientia tam dilucide, quæcunque ad Deum, ſinceram religionem, Chriſti aduentum, facta ipſius, & quodlibet inſigne euentum pertinent explicantia, vt neque prophetæ Hebræorum tam clare prædicant. ne quis autem poſſit falſa ſuſpicari, habemus Virgilium, qui in Ecloga ſua, quidquid eſt mirabilius, enarrat, ac Iuſtinus in exhortatione ad gentes, & Apologetico eorundem multa referens ita ſcribit: Inſtinctu malorum Dæmonum capitalis pœna decreta eſt Sibyllinorum carminum, & Hyſtaſpis prophetarumque lectoribus, vt periculo deterrerentur à cognitione rerum bonarum, & in ſeruitute retinerentur. Quod tamen illi non potuerunt efficere: nam intrepide non ſolum verſamus ea volumina, ſed & vobis, vt videtis, cōſiderauda præbemus. Hæc Sanctus Iuſtinus. Verum porro, eſſe huiuſmodi interdictum, liquet è Vopiſco, qui refert epiſtolam Imperatoris Aureliani ad Senatores, redarguētis eos his verbis, miror vos, Patres Sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, perinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia, non in templo Deorum omnium tractaretis. Hucuſque Imperator. Deus C D

A itaque Græcis, ac mox etiam Romanis, & Italis carmina Sibyllarum dedit; quæ cum decătarentur, litterarum namque vſus poſt annos prope ſexcentos à gentium diſperſione eſt in Græciam inductus à Cadmo Phœnice, vt cūcti ſcriptores teſtantur; ad veritatem tamen contaminandam malus Dæmon multas fœminas fanatico ſpiritu afflauit, a quibus impia multa traderentur. Atque hæ Sibyllarum nomine ſunt à poſteris inſignitæ. Clemens Alexandrinus Stromatum libro ſexto recitat Pauli verba, ita Græcos alloquentis: libros quoque Græcos ſumite, agnoſcite Sibyllă, quomodo vnum Deum ſignificet, &
B ea, quæ ſunt futura, & Hyſtaſpem ſumite, & legite, & inuenietis Dei filium multo clarius, & apertius eſſe ſcriptum, & quemadmodum aduerſus Chriſtum multi Reges inſtruent aciem; qui eum habent odio, & eos, qui nomen eius geſtant, & eius fideles, & ipſius tolerantiam, & aduentum. Hactenus Pauli dicta; Sic igitur non modo Græcis, ſed Perſis etiam tradita eſt per manus à maioribus veritas diuinarum rerum, quam multi ſequerentur, ac ſecuti ſunt æternæ ſalutis haud expertes.

Apud Perſas præterea fuit Hoſtanes, ac Magi, de quibus ita Arnobius: Eorum magorum, & eloquio, & negotio primus
C Hoſtanes, & verum Deum merita maieſtate proſequitur, & Angelos miniſtros, & nuntios Dei, ſed veræ eius venerationi nouit adſiſtere, vt è nutu ipſo, & Domini vultu territi contremiſcant. Idem & Dæmones prodit vagos terrenos humanitatis inimicos.

Apud Aſſyrios fuit Balaam, cuius oracula ad Chriſtum ſpectantia à poſteris fuiſſe conſeruata vult Origenes, & iccirco Magos ab Oriente profectos, qui Chriſtum natum adorarent. Baſilius certe, & Hieronymus hos volunt Chaldæos fuiſſe, atque ex oraculis Sibyllæ Erythreæ percepiſſe, quæ Chriſtum prænuntiabant:
D Clemens tamen Alexandrinus, Ioannes Chryſoſtomus, Cyrillus, Theodoretus, Leo Papa, volunt, Magos illos fuiſſe Perſas. Nil prohibet tamen, quin dici poſſit & aliquo modo Perſas extitiſſe, qui tamen habitarent in Chaldæa, quam ſane diu tenuerunt imperio. Vel quando plures erant, atque è diuerſis locis: vt fit, inter doctos, ac ſapiĕtes amicitiam longe antea iunxiſſe, & in idem conuenientes iter ſuſcepiſſe: quod afferri poſſet etiam, ſi vellemus Arabas fuiſſe, cum ſciamus, Arabiă, Meſopotamiam, Perſiamque finibus inter ſe coniunctas fuiſſe, ac populos quàmſimillimos, vt ſupra è Strabone referabamus.

Orig. hom. 13. in Num. & Con. Cel. l. 1. Baſil. orat. de Hier. in Iſa. c. 19. 47. Cle. Stro. l. 1. Chryſoſt. in Matth. ho. 6. Cyril. in Iſa. c. 49 Theod. l. 5. hiſt. c. 39. Leo. ſerm. in Iſaiam.

Deni-

Denique apud Ægyptios, quamuis hi magis abfuerint à vera religione, niſi quatenus obedierunt poſteris Abrahami, fuit Mercurius Triſmegiſtus, cuius adhuc multa extant ſcripta, & eorum quæ perierunt, multa fragmenta leguntur apud S. Auguſtinum libris de Ciuitate Dei, S. Iuſtinum, Clementéque Alexandrinum. in quibus, (licet admixta ſint falſo multa), non modo plurima ſunt ad ſinceram religionem ſpectantia paſſim ſparſa, & nunc adhuc aliqua circumferuntur, in quibus hæc legi poſſunt. Ab illo vnus Deus prædicatur, ipſa Trinitas qualitercunque adumbratur, iuſtitia, & prouidentia Dei, reſurrectio mortuorum, mundi conſummatio. A

Apparet e dictis, apud ſingulas quaſque gentes celebriores viguiſſe notitiam ſinceræ pietatis. At; inquiet aliquis, plurimi ſimul etiam colebant Idola, viuenteque ipſo Abrahamo, vt legimus in libro Ioſue, ac ſupra recitauimus, Chaldæi venerabantur illa, ac multo magis Agyptii, qui auerſabantur Hebræos, & conſtat è Mercurii Trimegiſti libris. Verum id quidem in multis, ac poſt aliquod tempus, at tamen haud etiam deerãt ſapientiores, qui mortales auerterent ab eorum cultu, aut hunc fugiendnm prædicarent. Quocirca Balaam, qui tempore Moyſis erat in maximo apud Orientales honore, & auctoritate; ita, vt putarent homines, ab illius precibus pendere victorias, & regna, palam deteſtatus eſt Idola, quamuis Chaldæus videatur B C

Num. 23. fuiſſe, nam Meſopotamiæ certe quidem fuit. ſic vero ille publice ad Regem Moabitarum dixit. Non eſt Idolum in Iacob, nec videtur ſimulachrum in Iſrael. Dominus Deus eius cum eo eſt, & clangor victoriæ Regis in illo. Quin Perſæ nunquam voluerunt admittere imagines, & ſimulacra. Quod Strabo teſtatur. Quid autem dicemus de Græcis, qui vſque ad Homerum, & Heſiodum, neque multos Deus, neque eorum nomina, ſimulacra, & fabulas vllas admiſerunt: quod Herodotus teſtatur: ac Diogenes refert in vita Pythagoræ libro octauo, dixiſſe illũ à ſe apud inferos viſum, qui lueret pœnas, vna cum Heſiodo, propter ea, quæ in Diis finxerant, atque Heſiodi quidem animam columnæ æreæ vinculis adſtrictam, ſtridentemque, at Homeri ex arbore pendentem, ſerpenteſque illam circumdantes. D

Quamobrem Græci per annos mille, ac ducentos à diſperſione gentium à fabulis, ac mendaciis huiuſmodi abſtinuerunt, neque vlli mortalium Diuinos honores attribuerunt, cum putarent Heroas ipſos, quibus niſtil præſtãtius credebant, ad Cã-

pos

A pos Elyſios deferri,& infera loca. quod neque Homerus initio poematis ſui negauit, illud canens.

> Πολλοὺς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
> Ἡρώων.
> *Multaſque illuſtres animas loca ad infera miſit*
> *Heroum:*

Ac, licet inter huiuſmodi gentes forent, qui Deum ſummum ſtatuerent, cælum, Solemue aut aliquid ſimile, antiquorum tamen ſapientum ſcriptis, ac prudentiorum monitis ab iſtis ſaltem certo credendis abſterrebantur, ita, vt ipſorum mens ad veB ritatem ſæpius reuolueretur: vt ob hoc ipſum dicant, Socratem morti datum, quod iſta reprehenderet, Ariſtotelem vero ſeceſſiſſe Athenis, ne idem ſubiret; quod Diogenes Laertius in ipſius vita ſcribit. Iam Romani exploſerunt omnes Græcorum fabulas in diuinitatem confictas; ac diu vel poſt Numæ ætatem fuerunt ſine imaginibus: quod Plutarchus in Numa docet. Quamobrem non dubitauit S. Iuſtinus in Apologia prima aſſerens Socratem capitali ſententia multatum, quod ſtatueret vnum ſummum Deum; cætera autem figmenta refelleret, hæc pronuntiare in Apologia ſecunda, qui cum ratione ait vixeC runt (inter gentiles) Chriſtiani ſunt, etiamſi non nouiſſe Deum exiſtimati ſint, quales apud Græcos Socrates, Heraclitus, aliique ſimiles. Hæc Sanctus. Quamuis autem ſæpius in flagitia prolaberentur; quin ad Idola colenda, ad mentem tamen redibant aliqui, & maxime ſapientiores, exſtimulante ipſos conſcientia, atque Angelis eorum mentes ad vera excitantibus, quando neque obligati eſſent callere omnia ad Deum pertinentia, veluti neque ipſi Chriſtiani. Atque hoc eſt, quod S. Paulus *Rom. 2.* aiebat de Gẽtilibus loquens, ipſi ſibi inquit, ſunt (Gentiles) lex, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuiD cem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium. Sic ille. Hoc eſt etiam, quod referebamus è S. Dionyſio, gentilium multos Angelorum miniſterio ad Deum perductos, non quod ipſis humano corpore aſſumpto apparerent (quamuis & hoc fieri poſſit) ſed quod ad amplectendam veritatem, iuſtitiamque illapſu diuinæ gratiæ, afflatuque ſancto miſeros ſubleuante reducerent, auerſatos mendacia, & præteritam nequitiam, quod accidebat etiam Iudæis in vitia, cultumque Idolorum recentibus. Enimuero, inquit S. Thomas, hæc tractans, Gentiles *S. Tho. in 2. q. 98. ar. 5.* perfectius, & ſecurius ſalutem conſequebantur ſub obſeruan-

tia legis Iudaicæ, quam ſub ſola lege naturali, & ideo ad A
eas admittebantur, ſicuti etiam nunc Laici tranſeunt ad Clericatum, & ſeculares ad religionem quamuis abſque hoc poſſint ſaluari. Hæc Sancti verba. Ex his iam minus alicui mirum videbitur, cur omnium gentilium Primus Cornelius Romanus, centurio Cohortis Italicæ, vnum Deum colens, cum ſuis Chriſti religionem ſit amplexatus, Angeli diuinitus miſſi
Act. 10. monitis obtemperans, quod habetur in actis apoſtolicis: Cicero enim refert, prolatum ſuo tempore, diuulgatumque Sibyllæ oraculum nemini ſalutem futuram, qui non vnum Regem iam
Cic. li. 2. *de diuin.* tum venturum coleret, quo prætextu Lentulus ſibi aſciſcere B
Hor. lib. 4. *odes.* 1. regnum in coniuratione Catilinæ: & Marcus Antonius in lupercalibus Cæſari coronam publice quaſi Regi conatus eſt im-
Cic. Phil. 2. ponere: ac Tacitus refert, conſtantem fuiſſe rumorē ex anti-
Plut. in vit. Ant. quis ſacerdotum libris ſuo tempore, vt Iudæa profecti rerum
Tacit li. 22. potirentur: quod & Suetonius tradit.
Ant. Suet. in Veſp. c. 4. Ex his, quæ diximus, colligere iam poſſumus hiſce nationibus, vt apparet è libris de Robore bellico, & nemo non ſcit, omnium maxima, diuturnioraque imperia conuenientiſſime diuinitus data ex antiquo tempore, Aſſyriacæ, Perſicæ, Aegyptiacæ, Græcæ, ac Romanæ; quibus etiā maiorē Deus rerum cæ- C
leſtium notitiā largiri dignatus eſt, quam gentibus aliis, vt ſcilicet veritatis ſummæ inter eas cultus non omnino intercideret, ſed aliquo modo ſemper extaret. Nam, & cum perditiſſima forent tempora quoad religionem; tamen certiſſimo ſcimus è Romanis Cornelium Centurionem cum ſuis diuinorum veritatem coluiſſe. Ex Aſſyriis autem, Chaldæis, aut etiam Perſis extitiſſe Magos, quæ ſane omnia conſtant ex Euangelio, vt fateri cogamur, fuiſſe & alios huiuſmodi plurimos, hos tamen præcipuos, longeq. maiorem fuiſſe eorum multitudinem cum religionis ſinceritas non erat adeo contaminata, & vt ſciamus D
à religione temporalium felicitatem pendere. Nam, cur aliis gentibus, quæ præter has innumeræ erant, non tam magna, ac diuturna Imperia, ne dicamus tam felicia, cælitus contigerunt? Sed hæc & ſequentibus adhuc illuſtriora fient.

Poſte-

A *Poſteritas Iapheti latiſſime dominata eſt, cum nondum receſſiſ-*
ſet a vero Dei cultu prolapſis iam magna ex parte poſte-
ris Semi, ac maiori poſteris Chami, quos orti à Se-
mo, & Iapheto ſubiecerunt imperio
ſuo. Cap. V.

EX his etiam, quæ diſſeruimus conſtat, nõnulla
quæ de Saturno, Ioue, Hercule, iſtorũque co-
gnatis traduntur, eſſe ineptiſſimas fabulas,
ab Aegyptiis acceptas, & in Græciã poſt an-
B nos mille ac ducentos, ab Heſiodo maxime,
atque Homero aduectas. Nam fuiſſe iſtos re
vera, atque eorũ nomẽ memorabile, & facta
valde inſignia, nemo eſt, qui dubitare poſſit: ac fuerunt eodem
ſæculo, quo Abrahamus, & Iſaacus. Diximus enim, iam fuiſſe
Abrahami liberis aduerſus progeniem Chami in Africa bel-
lantibus ab Hercule, ſiue Libyco, ſiue Aegyptio, opem la-
tam, teſtemq. adduximus ex Ioſepho Alexandrum Polyhiſtorẽ,
& Cleodemum. Nunc alia videamus, ad argumentum propo- Lib. 1. ca. 14
ſitum ſpectantia. Lactantius Firmianus libro primo de vera
C religione aſſeueranter affirmat, ac multis teſtibus probat, fuiſ-
ſe tres fratres aliquando in terris, Vranum, Saturnum, Tita-
nem. Audiamus, eum loquentem. Nunc quando, inquit ille,
ab ijs, quæ retulimus, aliquantulum ſacra hiſtoria diſſentit, ape-
riemus ea, quæ veris (nota hæc Lactantii verba) litteris conti-
nentur, ne poetarum ineptias in accuſandis religionibus ſe-
qui videamus. Hæc Ennij verba ſunt. Exin Saturnus vxorem
duxit Opem. Titan qui maior natu erat, poſtulat, vt ipſe regna
ret, ibi Veſta, mater eorum, & ſorores Ceres, atque omnes
ſuadent Saturno, vt de Regno non concedat fratri. Ibi Titan,
D qui facie deterior eſſet, quàm Saturnus, iccirco, & quod vi-
debat matrem, atque ſorores ſuas operam dare, vt Saturnus
regnaret, conceſſit ei, vt is regnaret. Itaque pactus eſt cum
Saturno, vt, ſiquid liberorum virilis ſexus ei natum eſſet, ne
educaret. Id eius rei cauſſa fuit, vti ad ſuos gnatos regnum re-
diret. Tum Saturno filius, qui primus natus eſt, eum necaue-
runt. Deinde poſterius nati ſunt gemini, Iuppiter, atque Iuno.
Tum Iunonem Saturno in conſpectum dedere, atque Iouem
clam abſconderunt, dantque eum Veſtæ educandum, celantes
Saturnum. Item Neptunum clam Saturno Ops parit, eumque

clanculo abſcondit. Ad eundem modum tertio partu Ops parit A gemin᷑os, Plutonem, & Glaucam. Pluto Latine eſt Dieſpiter, alii Orcum dicunt. Ibi Glaucam filiam Saturno oſtendunt, ac filium Plutonem celant, atque abſcondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Hæc (vti ſupra ſunt) Iouis, fratrumque eius ſtirps, atque cognatio in hunc modum nobis ex Sacra ſcriptione tradita eſt. Item paulo poſt refert: Deinde Titan, poſtquam reſciuit, Saturno filios procreatos, atque educatos eſſe clam, ſeducit ſecum filios ſuos, qui Titani vocantur, fratremque ſuum Saturnum, atque Opim comprehendit, eoſque muro circumegit, & cuſtodiam his apponit. Hæc hiſtoria quam vera ſit docet Sibylla Erythrea, eadem fere dicens, niſi quod in paucis, quæ ad rem non pertinent, diſcrepat. Iuppiter ergo B liberatur ſummi ſceleris crimine, quod patrem vinxiſſe compedibus perhibetur. Id enim patruus fecit, quod ille, contra pactionis iuiuſrandum, mares liberos ſuſtuliſſet. Reliqua hiſtoria ſic contexitur, Iouem adultum, cum audiſſet patrem, ac matrem cuſtodijs circumſeptos, atque in vincula coniectos, veniſſe, cum magna Cretenſium multitudine, Titanumque, ac filios eius expugnaſſe, parentes vinculis exemiſſe, patri regnum reddidiſſe, atque ita in Cretam remeaſſe. Poſt hæc deinde Saturno ſortem datam, vt caueret, ne filius eum regno ex- C pelleret, illu eleuandæ ſortis, atque effugiendi periculi gratia inſidiatum Ioui, vt eum necaret. Iouem cognitis inſidiis, regnum ſibi denuo vendicaſſe, ac fugaſſe Saturnum, qui, cum iactatus eſſet per omnes terras, perſequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum, vel necandum Iuppiter miſerat, vix in Italia locum, in quo lateret, inuenit. Hæc Lactantius Firmianus, vera contendens. Videamus, quid Erythræa Sibylla, quam citat verſibus ſuis, cecinerit. Extant namque illi:

Extitit in terris decimum mortalibus æuum, D
Poſtquam diluuijs homines periere priores.
Porro Saturnus, & Titan, Iapetuſque
Regnarunt, cælo quos, & Tellure creatos
Dixerunt homines, terræ cæliqué vocantes
Nomine, quod cunctos homines virtute præirent,
Tres terræ partes, vt ſors cuiuſque ferebat,
Quiſque ſuam regnabat habens certamine nullo,
Obteſtatus erat pater, & diuiſerat æquas

Partes

A *Partes, ſed poſtquam ſenio confectus obiuit*
Mortem, tum natis (violata religione
Iureque iurando) contentio nata, quis omnes
Inter mortales Regis dominetur honore.
Pugnaruntque inter ſe ſe Saturnus & ipſe
Titan; ac Iuno, Telluſque, Venuſque coronis
Gaudens cum Veſtaque Ceres, & pulchra Dione
Inter eos litem ſedarunt, cumque vocarent
Reges, & fratres omnes, conſanguineoſque,
Et reliquos eius quoque ſanguinis, atque parentum
B *Horum Saturno tribuit ſenteutia regnum.*
Vt pote qui reliquis forma præſtaret, & æuo,
Verum Saturnum Titan iurare coegit,
Ne marium natum ſobolem nutriret, & ipſe
Regnaret, poſtquam Saturnum fata vocaſſent
Præ Senio. Quod ſi quando Rhea parturiebat,
Titanes aderant, & maſcula dilaniabunt
Pignora cuncta feri, matrem nutrire ſinentes
Femineos partus. Sed quando tertius ille
Adfuit enixus, Iuno fuit edita prima.
C *Hic, vbi femineam prolem videre feroces*
Titanes illa ad ſe diſceſſere relicta.
Inde marem peperit puerum Rhea, continuoque
In Phrygiam per tres furtim dimiſit alendum
Iuriſiurandi conſtrictos religione
Cretenſes, ideoque Iouem dixere, quod eſſet
Miſſus; item furtim Neptunum miſit eodem.
Tertius editus eſt Pluto, illi prætereuntes
Dodonam, vnde liquens Eurotæ defluit amnis.
Fluminis inque maris ſalſas prouoluitur vndas,
D *Mixtus Peneo, Stygium quem nomine dicunt.*
Poſtquam Titanes autem didicere creatos
Saturno pueros, atque eius coniuge furtim
Titan collectis ſexaginta vndique natis,
Saturnum vinclis eius cum coniuge vinctum
Abdidit in terram, cuſtodiuitque tenebris.
Hos vbi Saturni nati didicere, duello
Magno inuaſeruut illum, turbaſque cierunt,
Hinc eſt principium belli mortalibus ortum.
Omnibus, hac belli mortalibus extat origo.

Tum Deus exitio Titanas miſit, & omne
Titanum periit genus, & Saturnia proles.
Poſt hæc ſurrexit tandem voluentibus annis
Aegypti Regnum.

Hactenus Erythræa Sibylla, quæ Noe Nurus dicitur pluribus poſt diluium ſæculis vixiſſe. E quibus habemus, in primis Saturnum, Iouemque fuiſſe antequam floreret Aegypti Regnum, quod accidit Ioſepho viuente, cum primas in Aegypto poſt Pharaonem teneret. Deinde, extitiſſe illos longe poſt diſperſas per orbem gentes, & conſtitutos multis in locis Reges, quorum nonnulli Saturno obedierunt, ac mox eius nato Ioui. B Amplius, Titana Saturnum, Iaphetumque fuiſſe è poſteris primi Iapheti, cuius quaſi auitum quoddam nomen renouatum eſt in Iapheto iſto. Nam Saturnus Regiam ſedem tenuit in Creta, atque illinc amandatus eſt Iuppiter in Phrygiam alendus à Cretenſibus, quos dixere Curetas. quin Euſebius vult in Chronico, ex aliquorum ſententia, anno Abrahami quinquageſimo tertio, Creta nomen Cretæ dediſſe, eumque fuiſſe vnum è Curetibus, à quibus Iuppiter fuerit occultatus anno ante obitum Semi centeſimo ſeptuageſimo quarto; Iſaac viuētis centeſimo ac decimo. Præterea vero, diſcimus ex iiſdem carminibus, Titana, Saturnum, Iaphetumque præcelluiſſe virtutum præſtantia cunctis mortalibus, vt ea quidem tempora ferebant, plena ſtuporis, ignorantiæ, ac ſtolidæ nequitiæ. Ob id cæli, ac terræ filios dictos. Verum, Titana ab honeſto deſciuiſſe, conſtat ex eo, quod ad impium iuſiurandum adegit Saturnum. Sed illius ſobolem deletam, bello à Ioue in eum commoto. Rurſus, obſeruandum, ab Ennio, cæteriſque ſcriptoribus, quos idem Lactantius eodem libro capite decimoquarto refert, hos tres appellari fratres Vranum, ſiue cælum, Saturnum, Titanem, cum tamen Sibylla Erythræa Vranum vocet Iaphetum, Diodorus autem Siculus libro Antiquarū rerū tertio, Atlantem, quem volunt omnes Mauritaniæ, Libyæque in primis dominatum; quo tempore Hercules Libycus, aut Aegyptius vixit, & Ioui aduerſus Titanas, vt multi ſcribunt, auxiliū tulit, Apheroq; Abrami filio, vt ſupra ex Alexandro Polyhiſtore, Cleodemo, & Ioſepho, referebamus, aduerſus poſteros Chami, & in extrema Mauritaniæ ora ad Atlanticum fretum columnam poſuit, alius à Tyrio, & Græco, quod notant Diodorus, Cicero de natura Deorum libro tertio, ac ceteri omnes, qui tempora, & nomina

haud

A haud confundunt. Imperauit autem, Saturnus: illoque eiecto, Iuppiter filius in Creta, Phrygia, quo miſſus eſt alendus, Aegypti, Phœnicis, Libyæque, & Aſiæ multis locis, quod harum regionum Reges ipſi parerent, quod etiam ſcribit Diodorus, ac Dionyſius Halycarnaſſeus libro primo, affirmantes iccirco editiora quęuis loca in illis regionibus vocata Saturnia, veluti & Romæ Capitolium. hinc vates *Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen*. Neque vero aut ipſe ſibi, aut ſuis decreuit honores diuinos, quantum conſtat ex antiquorum monumentis, quamuis multa fuerint inſtituta in ipſius laudem, & gloriam. Re

B vera enim, ſi fides eſt adhibenda Enchemero apud Lactantium lib. 1. c. xxii. Iuppiter adhuc viuens, & iam potitus omnibus rebus inſolentior factus, ſibi fana quædam, & ſacra, rituſque ſollemnis inſtituit, ad propagandam nominis celebritatem, non tamen aras, aut ſacrificia, vt conſtat ex Euſebio & Herodoto. Quamobrem Plinius refert, ab Hyperbio filio Martis primum animal occiſum, atque à Prometheo bouem. Pauſanias autem libro octauo ſcribit in Arcadicis, Ioui tantum patria liba oblata à Cecrope, non animalia. Quocirca, quod in Chronico Euſebius notat, primus omnium Cecrops in Attica Moyſis æta-

C te aram ſtatuens, ſimulacra inducens, bouemque immolans, Iouem appellauit, non hunc (vt colligimus è multis) terrenum, ſed Regem cæli, terræ, ac totius vniuerſitatis, quem ſimiliter hoc eodem nomine appellarunt, vt Cicero libris de Natura Deorum poſt alios ſcribit. Teſtis eſt Herodotus libro ſecundo, ſolitos Græcos non immolare, ſed parentare, ſeu iuſta perſoluere, aut feſta quædam peragere per ſingulos annos Heroibus. Idemq; quinto teſtatur à Spartanis alio loco habitum Iouem cæleſtem, & alio Iouem Spartanum. Et ſecundo ſcri-

D bit idem; Pythagoraſque aſſerit apud Diogenem libro octauo nomina, genealogias, fabulaſque Deorum fuiſſe ab Heſiodo, & Homero in Græciam aduecta: igitur antea non habebantur hi loco cęlitum ſupremorum à Græcis, & alijs, ſed in Heroum numero, quos dicebant in campis Elyſiis morari, atque infra ſuperos orbes vagari, quod aſſerimus enim nos de ſanctis priſcis, cum nondum fuiſſet cælum patefactum, neque humana natura diuinæ coniuncta per Chriſtum, licet in Scriptura diuina Dij vocentur & aliquando iſti, vt cum dicitur. Ego Dij eſtis, & filii excelſi omnes, &, Deus ſtetit in ſinagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat, eodem modo Pythoniſſa il-

la Sa-

1.Reg.28 la Samuelem de Terræ inferis locis aſcendentem Deum vocauit. argumento eſt clariſſimo, eorum, quæ diximus, quod Romani, & Latini fabulas Græcorum non admiſerunt, quod ſcilicet à maioribus ipſorum, quamuis Saturnum coluerint, ac Iouem, non fuerint tradita homini deliramenta, neque forent aliqua. Iccirco Diodorus antiquarum rerum libri tertij, cap.v. Ex Saturno inquit, Iuppiter ortus, quoniam diuerſa à patre vitæ inſtitutione, erga ſingulos manſuetudine, atque humanitate vſus eſt, à populo Pater eſt nominatus. Regnum is deinde cepit vel concedente patre, vel, vt quidem volunt, populis à patre per odium deſciſcentibus. aduerſus quem cum Saturnus, Titanum præſidio ſiſus pugnaſſet, acre victus eſt. Iuppiter ſuperior, imperium aſſecutus, viribus corporis, virtutibuſque excellens, breui totius orbis imperio potitus eſt. omne eius ſtudium in puniendis impiis, facinoroſiſque hominibus, atque in bonorum præmijs, cumque bonorum vtilitate, verſabatur. Quibus rebus, poſt vitæ finem, à viuendo zoa, hoc eſt Iouem, dixere, eo quod viuendi cauſa hominibus extitiſſet. Creditus vero Deus in orbe & ab iis, de quibus eſt bene meritus, ſponte illum omnibus, & Deum, & Dominum ſempiternum vniuerſi orbis colentibus. Hæc ille aperte ſignans, viuentem non habitum Deum, verum poſt mortem, quaſi Heroum principem, licet poſtea ſupra cęlum collocarent. Poſteri namque deinde affinxerunt iſti Ioui adulteria, furta, homicidia, & mille huiuſmodi infanda, atque, vt propriũ ſcelus magis augerent, eundem cum ſummo Deo ſtatuerunt. quod tamen ſapientiores omnino reſpuebant: ac Stoici, quando aliud non poterant, ad ſignificationem rerum naturalium, confictas de Deis fabulas texuerunt, quod eſt apud Ciceronem libro ſecundo de natura Deorum. Quamobrem Iuſtinus, in Apologia ſecunda, Abſit, inquit, ab anima ſobria talis de Diis cogitatio, vt & ipſum rectorem, ſicut putant, genitoremque omnium Iouem, parricidam, & è tali patre prognatum fuiſſe, impotentique libidine in ſtuprum Gannymedis, (qui fuit quadringentis poſt hæc annis, & amplius) & multarum feminarum adulteria prouectum, quemadmodum & ipſius filios, credatur. Hæc ille.

Vt igitur fuerit Iuppiter Græcus flagitioſus, alioquin & impius poſt adepta regna, certe neque tam ſceleſtus, atque impius, vt Titan cum ſuis, qui ſpreta, inquit Sibilla religione, ac

iureiu-

A iureiurando bella excitarunt, atrociſſimamque à Saturno promiſſionem exegerunt, vt mares filios trucidaret.

Neque ſimiliter vitioſus fuit, vt pater Saturnus, quem Diodorus inquit fuiſſe auarum, ſæuum, ſuperbum, quod neceſſe eſt affirmemus, qui regnandi cauſa tam dirum ſcelus promiſerit, cui Faunus, ex filio Pico nepos, in Latio illa nefaria ſacra inſtituit (quod Lactantius libro primo de falſa religione ſcribit) vt homines ſibi immolarentur. quem morem deinde ſuſtulit Hercules Græcus, vt notauimus libro primo de Italiæ Statu.

Iam vero, bellum fuiſſe huic Ioui cum Gygantea Nembro- B ti cognatione infandiſsima, flagitioſiſsima, & maxime impia nemo non antiquorum decantauit. Nam & Antheus ille, aduerſus quem pugnauit Hercules Aegyptius, Iouis huius proles, vna cum liberis Abrahami, vt ſupra ex Alexandro Polyhoſtore, Cleodemo, ac Ioſepho referebamus, ex iſtis fuit. Hinc ille vates, eumdem faciens, abſurdiſsime Iouem cum Deo omnipotenti ita cecinit.

Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis.
Clari Giganteo triumpho,
C *Cuncta ſupercilio mouentis.*

Ac refert Solinus, in Theſſalia detecta ſæpius oſſa incredibili magnitudine, in illis ſcilicet locis, in quibus aſſeruere antiqui contendiſſe gigantas Titanas extruere immenſæ molis ædificia aduerſus ipſum Deum, perinde, ac ſi Chami poſteritas late diſperſa non vno in loco Babylonis idem fecerit, vel ſæpius conata, repugnante ipſo Deo. Hinc ille:

—tum partu terra nefando
Cæumque, Iaphetumque creat, ſæuumque Typhœa,
Et coniuratos cælum reſcindere fratres.
D *Ter ſunt conati imponere Pelion oſſæ,*
Scilicet atque oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.
Ter pater exſtructos diſiecit fulmine montes.

Ex his Cyclopes illi, quorum cadauera vaſtiſſima narrat Fazelus in multis locis Siciliæ reperta, ſicut etiam Læſtrigonum in Campania, vt ſcripſimus libro primo de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu. Quibus omnibus fuiſſe aduerſus hunc Saturni filium pugnam, priſci ſcriptores tradunt. Ac, de Gigantibus iſtis, Nembroti Sociis, Chamique impii poſteris, locutus eſt Baruch, inquiens, ibi fuerunt Gigantes nominati illi, qui, ab initio

 (cum

(cum diſperſæ iam gentes tum recens forent) fuerunt ſtatura magna,ſcientes bellum. Hæc ille. Quæ de Gigantibus diluuio vniuerſali abſorptis intelligi haud poſſunt: cum nulla ab illis bella illata ſcribantur. A

Hoc igitur tempore,cum Chaldæi iam deflexiſſent ad colenda idola, licet id ſapientiores improbarent, vt ſupra oſtendimus, ex oraculo Balaami, & Ægyptus iam propenderet in odium Hebræorum, neque fas ducerent aſſidere cum ipſis ad eandem menſam,veluti impiis,Deoque inuiſis, Græci neque idola, neque multitudinem Deorum, neque aliquid impium, quod ſciatur, ab initio admiſerant. viuebat enim iam tunc Sibylla Erythræa, ac per Græciam vaticinabatur, vt e libro tertio,ac ſeptimo Oraculorum ipſius conſtat, Sed erant felicia tempora Hero um,de quibus mentionem facit Ariſtoteles Politici tertii capite decimo,per quę floruerunt maxime Græcorum res, propter expeditiones illas Argonautarum,Thebæi Herculis (à quo Galli, & Hiſpani vt ſe in ipſorum monumentis legiſſe teſtatur Ammianus libro xv. Principes ipſorum natos volunt)& eorum,qui Troiam ſubuerterunt,donec magis,ac magis creuere impietates,ſuperſtitio, aſſentatioque inimica veritati, atque ex Ægypto per Orpheum, Homerum, Heſiodumque aduecta mendacia nihil non obſcurarunt, Græcoſque omnino impulerunt antea ſenſim ruentes ad credenda, & colenda impia plurima aduerſus Deum ſummum, cæliteſque ipſos, in quibus tunc Angeli ſoli erant, nondum cælo hominibus per Chriſtum patefacto.atque ex iſto tempore conciderunt ita Græcorum res, vt non modo in plurimas ærumnas corruerint Tyrannis exortis, & variis bellis; ſed in ſumma caligine ignorantiæ,ac perplexitate hiſtoriarum ſint illæ, niſi quantum lumine diuinæ Scripturæ propius admoto nonnihil illuſtrari poſſunt,eruique e tenebris in aliquam lucem,vt ſciamus,à vera religione,vel recte culta, vel minus contempta, temporalium bonorum felicitatem pendere. Nam Græci hoc Saturni,& Iouis viuentium tempore videntur,& minus Aſianis à Semo ortis excepta Abrahami ſtirpe, & minus Ægyptiis in religionem peccaſſe,ac latius dominati in Africa,Europa,& Aſia. B C D

A *Græci, à Iapheto oriundi, Aegypto olim priſcis temporibus dominati ſunt. ſimiliter & nepotes Abrahami terras Africæ imperio tenuerunt, cum Aegyptus, & Africa a poſteris Chami inhabitaretur, hique a vero Dei cultu abſceſſiſſent.*

Cap. VI.

ATqui Græci non modo floruerunt hoc tempore ob imperium Ionis Græci latiſſimum. nondum profligata religionis veritate, & puritate; ſed ob illud etiam, quod eorum Principes Ægyptum te-
B nuerunt, ac poſteris Chami imperarunt. In Chronico namq. Euſebius narrat, anno centeſimo plus minus, antequam Iacob in Aegyptum ſe conferret, Apim, è Græco Ioue, & Niobe Phoronei Argiuorum Regis ſiue matre, ſiue filia natum, ac proinde Saturni nepotem, veniſſe in Aegyptum, atque habitum loco Dei, vocatumque Serapim. Eadem tradit Clemens Stromatum libro primo afferens Ariſtippi, & Ariſtæi teſtimonium. Addit Euſebius, Inachi primi Argiuorum Regis filiam Io Phoronei ſororem, ac proinde vel amitam, vel ſororem Apis, ab Aegyptiis Iſidem dictam, & cultam.
C Vult autem Cornelius Tacitus libro hiſtoriarum quinto, ex Aegyptiorum ſententia eundem eſſe Apim, & Oſirim, conſentitque Plutarchus libro de Iſi, & Oſiride, Diodorus Siculus, & Martialis eo verſu.

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Oſirim.

Oſiridiſque talem recitat inſcriptionem, in columna Niſæ Arabici montis inciſam, Diodorus Siculus.

Mihi pater Saturnus Deorum omnium vltimus. Sum vero Oſiris rex,
Qui vniuerſum peragraui orbem vſque ad deſertos Indorum fines,
D *Ad eos quoque profectus ſum, qui Arcto ſubiacent vſque ad Iſtri fontes,*
Et iterum alias quoque orbis adij partes vſque ad Oceanum.
Sum autem Saturni filius grandiſſimus germen ex pulchro, & generoſo ortum.
Cui non ſemen genus fuit. Neque vllus in orbe, ad quem non acceſſerim, locus; docens omnes ea, quorum inuentor fui.

Hæc iſte afferens ortum ſe à Saturno, quod ſcilicet à Niobe, ac Ioue natus eſſet. At Herodotus libro ſecundo narrat Oſirim, Dionyſium, Liberumq. in Nyſa educatum eſſe eundem, Ny-

ſamque eſſe ſupra Aegyptum in Aethiopia, nam regio eis Nilū, vt oſtendemus, ab Arabibus incolebatur, vt & aliquando ſcriptoribus, & Geographis Arabia vocatur. Idem tamen Euſebius, quaſi varias proponens ſententias, nonnihil aut reuera, aut veriſimiliter diſſentientes, in eodem Chronico refert, anno Iacobi centeſimo ac decimo, quo venditus eſt Ioſephus, ac ductus in Aegyptum, tertium Argiuorum Regem fuiſſe Apim ſupra memoratum, Phoronei filium, nepotemque Inachi. Atque hunc Apim ſiue fratrem, ſiue Nepotem Ius in Aegyptum cum populo nauigaſſe, Achaiæque Agialeum fratrē præfeciſſe, Argiuorum quartum Regem à quo dicta Agialea regio, quæ deinde à Pelope Phryge dicta eſt Peloponeſus. quin & ipſa Ionia Agialea ab eodem eſt vocata: quod notat Strabo libro octauo. Quocirca Oſiris, ſiue Apis, Græci ſanguinis homo, à Iapheto primo ortum trahens, fuit ille Rex Aegypti, quo regnante Ioſephus Aegyptum gubernauit, & aſſeruatæ annonæ prouidentia clariſſimam cunctis prouinciis reddidit, ita, vt vere potuerit ille, quod iactat inſcriptio, terras peragrare, ac plurima mortales docere. Hinc Mercurius Triſmegiſtus, qui circa tempora Moyſis fuit, apud Lactantium libri primi de falſa religione capite vndecimo, ſcribens admodum paucos extitiſſe, in quibus eſſet perfecta doctrina, inter hos nominat Saturnū, Mercuriumque cognatos ſuos, atque ita conſtat, Iapheti liberos his temporibus dominatos ob Saturnum, Iouem, Herculem, Mercurium, Apimque, at Semi nepotes cum iis ſenſiſſe eodem tempore, & leges Aegyptiis dediſſe propter Ioſephum Iacobi filium, pro nepotemque Abrahami à Semo oriundi. Ad hæc tempora reſpexit Plato in Timæo, cum dicit à Solone habitum Sermonem cum Sacerdotibus Aegypti de primis eius temporibus, Phoroneique, & Niobes, quod horum ſcilicet filij tenuiſſent eius imperium. Pertinere eodem poſſunt, quæ Cornelius Tacitus refert hiſtoriarum libro vii. Iudæos (ſic ille Hebræos vocat) Lybiæ nouiſſima inſediſſe, quo tempore Saturnus, à Ioue pulſus, regnis ceſſit. Nam reuera his temporibus Cethuræ filii, vt ſupra narrabamus, vna cum Hercule militarunt aduerſus poſteros Chami, & mox Iacobus cum filiis eſt in Aegyptum profectus. Cum iam gens Hebraica ab Abrahamo deducta latiſſime diſperſa eſſet, ac plurimum poſſet. Iccirco haud mirandum, non fuiſſe agnitum Ioſephum à fratribus, quamuis vulgatiſſimum foret, ipſum eſſe Hebraicæ gentis. adeo namque diffuſa erant, vt poſſent ii

A B C D

A ſent ii ſuſpicari, potius eſſe quamuis alium, quam fratrem ſuum,

Alioquin facillime conieciſſent eſſe eum, quem vendiderant, ac facillime ſimul agnouiſſent, ac de illo percunctati eſſent. Quin argementamur, Hebræorum gentibus magnam potentiam fuiſſe, atque ob eam cauſam Ioſephum quaſi veriſimile quiddam dixiſſe fratribus ſuis, eos eſſe exploratores, qui veniſſent, vt infirmiora regni inſpicerent, illudque inuaderent, cum iam pateret omnibus, ipſos eſſe Hebræos, quibus iam multi multis in locis Reges eſſent. Hoc igitur tempore orbis totus

B videtur paruiſſe poſteris Semi, & Iapheti, nepoteſque ipſius Chami ſimiliter illis obediſſe. Atlas enim quem fuiſſe eundem cum Iapheto, & Vrano Saturni fratre ſupra oſtendimus, dominabatur multis Africæ regionibus, Mare Mediterraneum reſpicientibus, ceteris autem terris, quæ complectuntur Aethiopiam, filii Cethuræ, Aegypto autem Iouis Græci, quem volunt in Olympo ſedes habuiſſe, progenies. Palæſtini duntaxat, Chanănæique non leguntur paruiſſe vlli è cognatione Semi, aut Iapheti. Et cum Chananæis quidem contraxerat affinitatem Iacobi filius Eſau, vt eſt in Geneſi. At Palæſtini, qui & Caphtorim, *Gen. c. 27.*

C fœdus ſocietatis inierant cum Iſaac: quod eodem libro habetur. Numquid igitur habebit aliquid emolumenti ad temporalia vel conſequenda, vel conſeruanda bonorum confœderatio? Ita ſane videtur. Sed tamen illud eſt notandum, Chananæos, & Palæſtinos non apparere his temporibus abſceſſiſſe à vero Dei cultu, quin illum maxime retinuiſſe. Id clariſſime colligitur ex eo, quod, cum Rex Palæſtinorum Abimelech abſtuliſſet Abrahamo Saram vxorem, putaretque eſſe ipſius ſororem, Venit Deus, inquit, Diuina Scriptura, ab Abimelech per ſomnium nocte; & ait illi: En morieris propter mulierem, quam

D tuliſti, habet enim virum; Abimelech vero non tetigerat eam, & ait, Domine, num gentem ignorantem, & iuſtam interficies? nonne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt, & ipſa ait: Frater meus eſt? in ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc: dixitque ad eum Deus, Et ego ſcio, quod ſimplici corde feceris, & ideo cuſtodiui te, ne peccares in me, & non dimiſi, vt tangeres eam: nunc ergo redde viro ſuo vxorem. & orabit pro te, quia propheta eſt, & viues: ſi autem nolueris reddere, ſcito, quod morte morieris tu, & omnia, quæ tua ſunt. Statimque de nocte conſurgens Abimelech, vocauit omnes ſer-

nos ſuos,

uos ſuos,& locutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorum:ti- A
Gen. 20. mueruntque omnes viri valde. Rurſus idem Iſaac, coniugem
26. credens eſse ipſius ſororem,quod ita is dixiſſet, vbi ſecus eſſe cognouit, ſic affatus eſt illum: quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiam de populo cum vxore ſua, & induxeras ſuper nos grande peccatū, præcepitque omni populo,dicens, Qui te tigerit hominis huius vxorem, morte morietur. Mox autem cum eodem fœdus percuſſit,ſic allocutus Iſaacum: Vidimus tecum eſſe dominum, & idcirco nos diximus,Sit iuramentum inter nos,& ineamus fœdus, vt non facias nobis quidquam mali, ſicut & nos nihil tuorum attigimus,nec fecimus,quod te læderet, ſed dimiſimus auctum benedictione Domini. Hæc Palæſtinorum Rex. Illud etiam maxime hanc veritatem, quam præ manibus habemus,illuſtrat. Rex enim Melchiſedech, quiſquis ille fuerit, videtur fuiſſe ſummus totius Palæſtinæ, omniumque Chananæorum Sacerdos, & ſine dubio veriſſimam religionem tuebatur. Gratulatus namque eſt Abrahamo, quod Chananæorum quinque Reges,eorumque populos, ac res tutatus eſſet aduerſus Regem Aelam,fœderatoſque, ac ſocios eius, & Abrahamus non eſt veritus decimas eidem totius prædæ militaris offerre,quod ſacerdos eſſet,inquit Diuina Scriptura, altiſſimi. Hinc eius verba: Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creauit cælum,& terram, & benedictus Deus excelſus, quo protegente,hoſtes in manibus tuis ſunt. Sic ille. Atque ita, quemadmodum deſciſcentes Aegyptios à vera religione,& qui illius veros cultores auerſabantur, Deus exteris ſubiecit, quin iis ipſis,quos ducebant profanos, ſic Palæſtinos, & Chananæos ſuæ poteſtati,ac libertati reliquit, quod colerent verum Dei cultum, ac veri Dei cultoribus adhærerent,quamuis aliquot eorum ſceleſtiſſimos grauiſſime vltus igne cælitus demiſſo, vt appareat ſcilicet, à religione aut recte culta aut minus contempta, temporalium felicitatem pendere.

Exumo-

A *Enumerantur ſex euenta antiquiſſimorum temporum, e quibus aperitur, felicitatem temporalium bonorum pendere a recto veræ religionis cultu. Cap. VII.*

COgnoſcimus ex ijs, quæ ſunt à nobis memorata, maximam religioni ruinam per Aegyptios, Chaldæos, & Iouem ſupremis vitæ ſuę temporibus flagitioſiſſime ſtructam fuiſſe, ita, vt Iuppiter patre Saturno flagitioſior foret. Ille namque aditum latiſſimum aper-
B uit ad impietatem, & arrogantiam ſummam, procurans erigi ſibi fana, inſtitui ritus honorificos, feſta, heroumque Præfectos, veluti ſacerdotes quaſi Heroum ſummo, aut etiam cuidam Deo, qui foret in cęlum receptus. Non enim bene conſtat è ſcriptoribus, neque veriſimile eſt, protinus in tantam impietatis voraginem præcipitatum genus humanum. Illud autem longe certius, ſupremi Dei locum ſibi non vindicaſſe, neque illi attributum, niſi à ſtolidioribus, poſt longum tempus nomen ipſius cum ſummo Deo confundentibus. Quocirca Oſiris, vt apparet ex inſcriptione recitata, neque
C Dei vllius loco illum duxit, cum Saturnum dicat vltimum Deorum, neque ſemetipſum talem faciat, quamuis poſtea fuerit habitus ab Aegyptijs omnium propenſiſſimis ad quamlibet impietatem ſed & Mercurius Triſmegiſtus, cum Vranum, Saturnum, Mercuriumque cognatos ſuos afferat, Iouem tamen nominare dedignatur, licet cognatus omnino illi eſſet: Siquidem Saturno erat, vti ſe iactat. Quamobrem, tam lato impietatis aditu aperto, tot, ac tãtis ex illo calamitatibus affligi cœpit humanum genus, tot vndique, ac tantis vaſtitatibus tellus repleri, vt
D ante Iouis ſupremos annos, regnante Saturno, aliiſque ſuperioribus, aurea ſæcula canantur extitiſſe. Ac variſimile eſt, reſipuiſſe Saturnum, regniš deiectum, latitantemque in Latio, cum poſt hanc fugam laudetur à ſcriptoribus, vt infra apparebit. Nam, quæ ſacrificia immolandorum hominum poſtea fuerunt inſtituta manarunt illa à Fauno, Latii Rege, qui ſe à Saturno auo genus ducere contendebat, vt Lactantius refert libro primo de falſa religione. An vero Faunus hic, Aboriginum Latinorum Rex, fuerit Latini Regis pater, vt hiſtoriarum libro primo ſcribit Dionyſius, an alius, cuius hic nomen poſt aliquot ſæcula renouarit, non eſt loci præſentis diſcutere. Illud ore

omninm

omnium decantatur, ante Saturnum fuiſſe tempora longe feliciora, priuſquam ſcilicet tantam labem religio faceret. quippe A

Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni:
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant, ipſaque tellus
Omnia liberius, nullo poſcente, ferebat.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris;
Prædarique lupos iuſſit, pontumque moueri;
Mellaque decuſſit folijs, ignemque remouit.

Quocirca, vt idem vates Auguſto adularetur, ſic Saturnum laudans, qui in intima Latij ſe ſe occuluerat, ſedemque in Capitolio è regione Ianiculi collocarat, inquit: B

— aurea condet
Sæcula qui rurſus latio, regnata per arua
Saturno quodam.

Et rurſus, explicans fugam Saturni è monte Olympo, quo nomine deinde appellatum cælum, ſublimiſſimo omnium, in quo Regiam conſtituerat; altiſſimis enim locis gaudebat, vt refert Dionyſius libro primo hiſtoriarum, ſic inquit:

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis. C
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aureaque, vt perhibent, illo ſub Rege fuere
Sæcula. ſic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paullatim, ac decolor ætas,
Et belli rabis, & amor ſucceſſit habendi.

Poſt huiuſmodi namque tempora fames illa vniuerſalis extitit, qua ſunt omnes coacti in Aegyptum proficiſci ad emēdas fruges, ac reliqua mala maxima, & innumera, de quibus capite ſequenti agemus, exorta ſunt, Interim colligimus è ſuperioribus, veræ religionis cultores longe feliciores eſſe impiis; atque à religione recte culta, aut minus contempta temporalium bonorum felicitatem fructumque pendere. Primo enim loco; cum Chamus ipſe in ſummum tunc Pontificem, parentemque ſuum, & ominum Noe fuiſſet iniurioſus paternam benedictionem non meruit. D

Secundo, eius poſteritas infeliciores ex omnibus terras eſt

ſorti-

A ſortita, nempe Africam; quæ reſpectu Europæ, à Iapheti liberis poſſeſſæ, aut Aſiæ, quæ obtigit Semi familiæ, longe eſt deterior ſolitudinibus horrens, ac beſtiis diriſſimis

Tertio, gentes Chami prope omnes breui ſunt adductæ in poteſtatem nepotum Semi, ac Iapheti. Semi quidem in Arabia, & Africa intima, vt ſupra oſtendimus. Iapheti autem in Mauritania, Lybia, & Aegypto. Sola ſupererat Palæſtina, ſuo tempore diuinitus punienda.

Quarto, conſiderandum nobis eſt, Palæſtinæ gentes, vt ſuper oſtendimus, ſatis fuiſſe religioſas, ac Melchiſedecho veræ B religionis Pontifici, obedientes: quin federatas cum Abrahamo, ac poſteris eius, ſinceræ religionis cuſtodibus. atque ob id non modo, dempta Pentapoli, felices, verum etiam ſui iuris, ac libertatis, Regique proprii generis ſubiectas.

Quinto, poſtoritas Chami fuit in cauſa, vt gentes diſpergerentur, cum Nembrotus fuerit eorum dux, qui Turrim, Babylonaque ædificare cœperunt. liberi vero Semi, qui maxime veram religionem tutabantur, ac tutati ſunt, & quorum parens Semus inter alios erat ſummus Sacerdos, patrium ſolum, linguamque retinuerunt, illi autem longe ſecus.

C Sexto, illud hic adiiciamus, Semum cum poſteris ſuis fuiſſe omnium maxime longæuum: &, quamuis Deus dixerit, poſt diluuium non victuros mortales ſupra annos centum viginti, ſecundum terminum quendam comunem, intra quem plerique morerentur, (Sic enim multi interpretantur) Semus tamen cum ſuis diutius vixit. Sed, ſiue is fuerit terminus comunis, ſiue nun fuerit, diutius certe quidem vixere iſti, quam reliqui mortales. Nam Semus vixit annis ſexcentis, poſt diluuium quingentis duobus.

Arphaxadus, Semi filius, trecentis ſexaginta octo.
D *Sale, proles Arphaxadi, quadringentis triginta tribus.*
Heber, Sale progenies, quadringentis ſexaginta.
Phaleg, Heberi grauis, ducentis triginta nouem.
Reu e Phalego ortus, ducentis triginta nouem.
Sarug, è ſuperiore natus, ducentis triginta.
Nachor, ab hoc genitus, centum quadraginta octo.
Thare, Nachori filius, ducentis quinque.
Abraham, e Thare liberis, centum ſeptuaginta quinque.
Iſaac, Abrahami ſoboles centum octuaginta,
Iacob, Abrahami proles, centum quadraginta ſeptem.

Cum vero Iacob interrogaretur à Pharaone , quot annos eſ- **A**
ſet natus , reſpondit , centum triginta : quos tamen paucos dixit, ac malos . En igitur , vt magis religioſi in vniuerſum diutius viuant.

Septimo , oſtendimus iam ſupra ſatis diffuſè; Abrahami poſteritatem longe felicisſimam , ſicut etiam Semi cunctas alias vſque ad Chriſtum videtur ſuperaſſe.

Poſtremo, cum iam Chami poſteritas magis, quam reliquæ duæ, deſciuiſſet à religione , ſed & hæ magna ex parte , tunc dictum ſæcula aurea defeciſſe ſuccedentibus argenteis, ac ferreis ob innumera, & maxima mala , de quibus dicturi ſumus , **B**
donec Chriſtus naſceretur, de quo cecinit vates ex oraculis Sibyllinis.

> —— *tunc ferrea primum*
> *Deſinet , ac toto ſurget gens aurea mundo .*
> *Iam redit & virgo , redeunt Saturnia regna*

Enumerantur octo tempora , quibus veræ Religionis cultores male habiti , aut exagitati , & ad interitum vocati ſunt, ſimulque totum genus humanum videtur ad interitum ferè perductum . vt appareat , ab illis Orbem pendere. *Cap. VIII.* **C**

Eccle. ca. 24.

Expendenda valde nobis ſunt illa verba , quæ in diuinis libris de ſe ipſa prædicat Sapientia: In omni loco , & in omni gente , primatum habui . Nam , ſi primas habet in omni populo ſapientia , neceſſe eſt, vt ſit quaſi inter orbes celleſtes primum mobile, à quo non modo illi, ſed reliqua omnia mouentur, aut, veluti Sol inter ſidera , cunctis præſtans , lucemque com- **D**
municans , vel perinde atque ipſum caput inter membra, imperans aliis , atque , vt bene , maleue ſint affecta , efficiens . Hinc autem fieri dicet aliquis, vt omnium gentiũ ſtatus reſpondeat eorum , qui rectam religionem tuentur , ſtatui, atque hunc neceſſario ſequatur , quaſi ab eo pendens . neque vero eſt neceſſe, vt protinus id contingat , quemadmodum non continuo circumferuntur aeris , aquæ , ac telluris partes ad primi mobilis impulſum, ſed poſt aliquod temporis interuallum maius, minuſue; vti maior , minorue eſt motio , & interſtitium moti,

A moti, ac mouentis. Videamus, an ita ſit: ac tempora, & euenta ex ordine recenſeamus.

Primum tempus eſt igitur, ex quo contumelioſe eſt habitus à filio Chamo ſummus Pontifex illorum temporum, parenſque tunc viuentium Noe, & mox contra ipſius voluntatem Chami proles Nemrodus, auctor, ac Dux extitit extollendæ ambitioſæ turris, & amplificandæ Babylonis. Tunc enim late diſperſi ſunt homines, coſuſæ ipſorum linguæ, & plurimorum mentes alienatæ a bonis artibus, ac diſciplinis inciderunt in ſtuporem, & ignorantiam ſummam.

B Secundum tempus eſt, cum iam Chaldæi colere idola cœperunt. ob quam cauſam Deus Abrahamum ſeuocauit è Chaldæa. Tita neſqne ſpreta iuriſiurandi religione, à Saturno diſſenrientes impiam pollicitationem extorſerunt, Abrahamuſque ſinceræ religionis patronus factus eſt extorris à ſuis, à patrioſolo. Tunc enim bellum mouerunt Orientis Reges quattuor aduerſus alios quinque Palæſtinæ, & mox Pentapolis infamis eſt exuſta, atque ita, male habito veræ pietatis cultore, ob exilium, & deinde eius nepote Loth, clades illæ contigerunt.

Tertium. Cum iam mortales colere ſimulacra cœperunt; C Græcique Heroibus, quos exiſtimabant, parentare, aut etiam loco Deorum reputare; Aegyptii vero auerſari omnino Hebræos veræ religionis cuſtodes; tunc adeo in deterius prolapſa ſunt omnia, vt prętérita tempora dicta ſint aurea, ſed, quæ ſecuta ſunt, ob malitiam creſcentem, miſeriaſque inualeſcentes, argentea, & ferrea, ſilentioque, & obliuione, quæ contigerunt, videntur inuoluta, ac ſepulta. In hoc tamen tempus incidere videntur, quæ de terræmotu illo horribili narrat Plato in Timæo, ac bello à Rege Atlantidis in Græciam commoto. Ac de Terręmotu quidem ſic ille, Aegyptium Sacerdotem D cum Solone loquentem inducens. Traditur enim veſtra, inquit, Ciuitas reſtitiſſe olim innumerorum hoſtium copijs, quę ex Atlantico mari profectæ, prope iam cunctam Europam, Aſiãq; obſederant. Tunc enim fretum illud nauigabile, habens in ore, & quaſi veſtibulo eius inſulam, quas Herculis columnas cognominatis. Ferturque inſula illa, Libya ſimul & Aſia maior fuiſſe, per quam ad alias proximas inſulas patebat aditus, atque ex inſulis ad omnem continentem è conſpectu iacentem vero mari uicinam, ſed intra os ipſum portus anguſto ſinu fuiſſe traditur. Pelagus illud verum mare, terra quoque illa vera

erat continens. In hac Atlantide inſula maxima, & admirabilis A
potentia extitit Regum, qui toti Inſulæ illi, multiſque alijs, &
maximæ terræ continentis parti, præterea & his, quæ penes
nos ſunt, dominabantur. Siquidem tertiæ mundi parti, quæ
Libya dicitur, vſque ad Aegyptum imperauerunt. Europæ vero
vſque ad Tyrhenum mare. Horum vis omnis vna collecta
noſtram (Aegyptiacam) ò Solon, veſtramque (Atticam) regionem,
& quidquid intra columnas Herculis continebatur, inuaſit.
Tunc veſtæ ciuitatis virtus in omnes gentes enituit. Quæ
cum omnes magninimitate, bellicisque artibus, antecelleret,
partim vna aliis Græcis, partim ſola, cæteris deſerentibus, extrema
diſcrimina ſubiit, hoſteſque expugnauit, amicis ſeruata, B
vel reddita libertate. poſt hæc, ingenti terræmotu magna diei
vnius, & noctis illuuione factum eſt, vt terra dehiſceret, veſtros
illos vna omnes bellicoſos homines abſorberet, & Atlantis inſula
vaſto gurgite megeretur. Quam ob cauſam innauigabile
pelagus illud propter abſorptæ inſulæ limum, relictum fuit.
Hæc Plato. Quæ neceſſe eſt contigerint poſt Saturni, & Iouis
imperium: & è verſibus etiam Sibyllinis ſcimns, nullum fuiſſe
bellum, quod tam multas gentes, ac Reges complecteretur
ante illud, quod Saturnus cum Titanibus, & mox Iuppiter cum C
Saturno geſſit. Deinde, poſt obitum Saturni, videntur maxima
extitiſſe bella, in Latio potiſſimum: ſicut ex Virgilio referebamus
illud carmen.

Tum belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.

Amplius, poſt hoc in Italiam venere ex Hiſpania Sicani, vt
Thucydides lib. 6. Dionyſins primo, Plin. 3. cap. 5. & Auſones,
ſiue ex Hiſpania, ſiue aliunde ante Deucalionis diluuium, quod
extitit poſt huiuſmodi terræmotum, vt infra aperiemus: atque
idcirco poſt illud nihil de euentu huiuſmodi mentio fit apud
ſcriptores. Fauet his, quæ diximus, quod, Ioſepho Aegyptum D
gubernante, metus fuiſſe videtur à bellis. iccirco enim tempori
conuenientia loquens ipſe, vti ſapientem decebat, atque
è recentibus ocaſionem captans, obiecit fratribus ſuis, quaſi
exploratores eſſent, qui venirent inſpecturi, qua parte facilius
occupari armis Aegpti Regnum poſſet. Adiuuat has coniecturas,
quod ſterilitas illa annorum ſeptem contigiſſe videtur
è nimia ſiccitate, quando præſignificata eſt in ſomnio Pharaonis,
è ſpicis vredine percuſſis; ac terræmotus ſimiliter euenire
ſolent ob nimiam ſiccitatem.

Quar-

A Quartum tempus eſt, cum Ioſephus Aegypto leges dedit, ac tanta erat poteſtate, vt ad eum Pharao dixerit, Num inuenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? Dixit ergo ad Ioſeph: Quia oſtendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, numquid ſapientiorem, & conſimilem tui inuenire potero? Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Vno tamen Regni Solio te præcedam. Dixitque rurſus Pharao ad Ioſephum: Ecce, conſtitui te ſuper vniuerſam terram Aegypti, tulitque anulum de manu ſua, & dedit eum in manibus eius, veſtiuitque eum Stola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit, fecitque eum aſcendere ſuper B currum ſuum ſecundum clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent, & prepoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Aegypti. Dixitquoque Rex Aegypti ad Ioſeph: Ego ſum Pharao: abſque tuo Imperio non mouebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti. Hæc Pharao. Deinde cœperunt, inquit Diuina Scriptura, venire ſeptem anni inopiæ, quos prædixerat Ioſeph, & in vniuerſo orbe fames præualuit in cuncta autem terra Aegypti panis erat, omneſque Prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent eſcas, & malum inopiæ temperarent. E quibus habemus, poſt ærumnas, à Ioſepho, C ac patre ipſius Iacobo exantlatas, ex quo venditus eſt ille à fratribus, & in ſeruitutem miſerrimam abreptus in Aegyptum neque à cultu veræ religionis deſtitit, quod eum reputarent Aegypti iprofanum, & impium, & poſtquam ſimul infami calumnia criminis oppreſſus in carcere biennium fuit, ac pater eius ipſum à beſtiis dilaniatum credens, in acerbiſſimo luctu erat, cũ tamen vterque ſinceræ pietatis inter omnes mortales eſſet ſtudioſiſsimus, orbem totum calamitate maxima perculſum non per alios fuiſſe ſubleuatum, quam conſiliis, opera, meritiſque Ioſephi, & Iacobi, quaſi mundus tunc totus, omniſque D temporalium bonorum felicitas ab his duobus penderet, vti omnium rerum motus à primo mouente, lux Stellarum à Sole, ac ſanitas cuiuſlibet membri à capite exiſtit.

Quintum tempus eſt cum defuncto Ioſepho, ac Rege Aegypti memorato, ſucceſsit is, qui ſibi propoſuerat exſcindere funditus Hebraicam gentem, iuberetque, vt omnes mares occiderentur, ſimul, ac nati forent, aut, niſi tunc interfecti eſſent, in flumen proiicerentur. Reliqui porro Hebrei, in ædificandis molibus, & vrbibus, atrociſsime ſunt vexati. Cum vero poſt

obitum

obitum Ioſephi velint multi, atque in his Euſebius in Chro- A
nico, permanſiſſe Hebreos in Aegypto centum quadraginta quattuor annis, atque Aaron eſſet annorum octuaginta trium, & Moyſes octuaginta, cum locutus eſt Pharaoni de liberandis illis, atque educendis ex Aegypto, colligitur, hanc vexationem contigiſſe antequam complerentur anni ſexaginta quatuor poſt mortem Ioſephi. His namque exactis, ortus eſt Moyſes, quo tempore iam maxime ſæuiebat in Hebræos Aegypti Rex, deſtititque ab enecandis infantibus poſt natum Moyſen: Hebræi namque egreſsi innumeros eorum ſecum duxerunt, qui non fuerunt interempti, atque innumeri quoque erant, qui non at- B
tingebant ætatem Moyſis, varioque ab illa interuallo diſtabant ſed nihilominus operibus nimiis affligebat Hebræos.

Atqui ſi quo vnquam tempore ad interitum vocati ſunt veræ religionis cuſtodes, hoc ſeculo fuit. Ac, ſimul etiam, ſi quo totus orbis, atque humanum genus viſa ſunt ruere. Nam ſcimus, quot modis Aegyptus tota fuerit diuinitus perculſa. nemo eſt, qui ignoret illius decem Plagas, primogenita omnia perempta, exercitum Aegyptiorũ maximum cum Rege ſuo rubri maris fluctibus obrutum. Rurſus iſtis iiſdem temporibus, vt notat Euſebius in Chronico, fuit diluuium Deucalionis, cuius C
tanta clades extitit, vt creditum fuerit, periiſſe illo totum genus humanum, quo tempore Vmbri in Italia imperium latiſſimum conſtituerunt, quod aquis plurimæ gentes fuerint abſorptæ, ac ſiquæ ſuperfuerunt ad aliſſimos eorum montes confugere, atque in eorum poteſtate fuerunt Neque multo poſt extitit incendium Phatontis, vt idem notat: quo conflagraſſe orbẽ totũ pæne exiſtimarunt mortales. ac per eadem tempora e Græcia aduenientes Pelaſgi multas Vmbris ciuitates, & caſtella ademerunt, multas Italis clades attulerunt: quæ nos late perſecuti ſumus libri de antiquo, & nouo Italiæ Statu primi capite D
tertio, ſuſiuſque explioabunt ur Deo iuuante in annalibus antiquitatum. Sub idem ſeculum Aegyptus, Danauſque fratres Aethiopes occuparnnt Aegyptum, quam cum tot ruinis deſolatam reperiret ille, de ſuo nomine vocauit, Danauſque in Græciam profectus, eiecto Stheleno, Argos expugnauit, ac de ſe Danaos populos itidem dixit. Quæ narrant Euſebius in Chronico, Herodotus libro ſeptimo, Apollonius in Argonauticis libro ſecundo, Euripides, atque eiusinterpes Oreſtis actu tertiu
[illegible], Aegy-
[illegible]

A Aegypto vero occupandæ auxilium videri poſſet tuliſſet Aegypto Regi Hercules, cognomento, inquit Euſebius in Chronico, Deſinas, qui in Deorum numero à Phœnicibus eſt habitus, Buſyridemque Aegypti. Tyrannum poſt expulſos Hebræos crudeliſsimum, qui e lybia profectus omnia diritatis exẽpla atrociſſime in omnes edebat occidit, de quo idem. Sic igitur hic eſt alius à Libyco, & Græco, vt eſt apud eundẽ, Ioſephũque libro primo contra Apionem, Diodorum, & Ciceronem. Per hæc eadem tempora, cum, regnante in Græcia Deucaſione, Lycaon in Arcadia rerum potiretur, & Cecrops Athenis, quod B etiam Pauſanias in Arcadicis libro octauo refert, Oenotrus, Lycaonis filius, è patria in Italiam, cum maxima ſuorum manu eſt fame cogente profectus, eamque adducens in poteſtatem, à ſe appellauit Oenotriam. Quid igitur, hoc tempore, quo ſunt atrociſsimis modis veræ pietatis obſeruatores vexati, non eſt euerſum? Quid, non ruinam traxit? Neceſſe eſt autem in Palæſtina, ac finitimis locis, longe diriſsima contigerint. Adonibezech enim Rex Chananæorum, & Pherezeorum, fatetur, cum fuit à Iuda poſt Ioſue mortem debellatus, ſeptuaginta Reges, amputatis manuum, pedumque ſummis partibus, ſub menſa C ſua micas cadentes collegiſſe. Sicut aut Pharao iuſsit Hebræorum mares occidi, aut in flumen proijci. Sic, pręter Aegyptios innumeros mari obrutos, aliud inſtitutum ſæuiſsimum videtur in mores late inductum, ex quo ante Moyſen natum cœpta eſt in Hebræos perſecutio. Nam, cum Iacob in Aegypto commoratus eſt, nondum legimus, ſolitos Idolis homines immolari. Sed, poſtquam Moyſes eſt egreſſus poſt annos minimum octuaginta à cœpta perſecutione, multis in locis tantum ſcelus frequentabatur. quod conſtat è Leuitici cap. 18. & 20. Buſyris ſimiliter è Libya, poſt expulſos Hebræos, veniens, ac vicina D Nilo loca occupãs, homines ſacrificabat. hinc illud Latini vatis:

Aut illaudati neſcit Buſyridis aras. *Georg.*

In Arcadia Lycaon, Deucalioni, Cecropique ęqualis, vt narrat Pauſanias, Ioui Lycæo infantes ad altare mactauit, cũ tamẽ, inquit idem, nihil vita pręditum Cecrops ſacrificandum duxerit Ioui ſupremo, ſed liba tantum patria, vel, vt ſupra ex Euſebio referebamus, bouem. Quamobrem probabile exiſtimari poteſt, ex quo Lycaonis filius Oenotrus in Italiam nauigauit, ab illo hunc allatum morem, vt homines Saturno, ac mox etiam

Ioui

Ioui ſacrificarentur. Quid illud? Sub hæc tempora videntur A
regnum ſuum fundaſſe, ac ſedem Læſtrigones Formiis, Sirenes prope Cumas in Italia, Cyclopes in Sicilia, à quibus homines comedebantur, in belluas immutabantur, omni mentis vſu prorſus exuti. Adeo cuncta ruinam ducunt, vbi religioni, ac religionis veræ conſeruatoribus bellum indicitur.

Sextum tempus eſt, quo ſępius Hebrei ſunt in poteſtatem alienigenarum redacti, atque ad tributa iis ſoluenda compulſi, à morte Ioſue vſque ad Sampſonem, quod eſt ſpatium annorum ducentorum octuaginta, quo ſex pręcipue temporibus Hebræi ſeruierunt exteris gentibus, nimirum Chuſam Regi Meſopota- B
miæ, Aeglon Moabitarum, Iabin Chananæorum, Madianitis, Ammonitis, Philiſtæis. Ter autem dicuntur maxime ob Idolatriæ crimen afflicti: nam, tributum pendere, id tolerabile fuiſſet. Primum quidem, cum parebant Iabin, Regi Chananæorum: vehementerque oppreſſi ab hoc fuiſſe ſcribuntur annis viginti, quod accidit poſt Moyſen defunctum centum quadraginta quattuor. Huic alia calamitas, paulo poſt, haud leuior, ſucceſsit, cum ſeruierunt Madianitis annorum ſeptem ſpatio, ac fuerunt ita oppreſsi, vt habitarent in antris, & ſpeluncis. Hanc mox excepit alia, cum feruntur ab Ammonitis, ac Palæſti- C
nis vehementer, ac nimis afflicti, & oppreſsi annis decem, & octo. reliquæ oppreſsiones habentur quaſi leuiores à Diuina Scriptura. Poſt hanc igitur contigere bella in orbe, & ærumnæ, quales antea nunquam, niſi ſuperioribus memoratis temporibus. Græcia namque tota commota eſt aduerſus Aſiam, ad regni Troiani ruinam. Huic Oriens prope totus fauebat, illi finitimæ inſulæ, ac gentes. ſed euerſio Troiæ, ac Troiani imperii quamuis decennio bellum durauerit, leuior videri poſſet, niſi gentium migrationes, atque è patriis ſedibus eiectiones innu- D
meræ accidiſſent confecto bello Troiano, Diomedes in Iapygia gentes Dardorum, Monadorumque, cum duabus vrbibus, Apina, & Trica deleuit, & ab ipſius ſocero Dauno Apulia Dauni, à Meſſapo Duce Meſſapia dicta: quæ Plinius ſcribit. Idem Spinam cum ſuis acceſſit, Vrbem in Hadriatico Mari, eamque occupauit. Beneuentum præterea vult in intima Italia ab eo conditum Solinus, a Mneſtho Scylacæum, Piſas, & Metapontum a Pyliis, quod Straboni placet, Quocirca videntur occupaſſe in Italia Græci, quidquid eſt vltra Lirim. Vt merito ſcripſerit Latinus poeta:

Has

A *Has autem terras, Italique hanc litoris oram,*
Effuge: cuncta malis habitantur mœnia Graiis,
Hic & Naritii poſuere mœnia Locri.
Et ſalentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Alia vero ex parte Troianorum multi in Italiam conceſſerunt. Antenor namque, Venetis adductis, Euganeos expulit, Patauiumque ædificauit. Aeneas in Latio conſedit. Ac, nequid Italiæ colonis lugubre his temporibus deeſſet, cum Pelaſgi ante annos ſeptuaginta Tyrrhenis, atque Aboriginibus ſe ſe
B adiunxiſſent, atque in Etruria, Sabina, Vmbria, Latioque multas oras tenerent, innumeris cladibus, ac vaſtitatibus attriti, ſedes antiquas deſeruerunt, atque in Græciam profugere, vt refert Dionyſius lib. 1. qui recenſet Vrbes ipſorum vndecim ſubuerſas, Thucydides, & Plutarchus libro de claris mulieribus. Atque hæc quidem contigerunt in Italia.

Iam vero, Græcis ipſis victoribus Aſia direpta, & euerſa, non minores his clades obtigerunt. Nam Teucer à frate Telamone haud receptus Cyprum petiit, partemque illius occupans
C Salamina ædificauit, & mox ab Oreſte eſt occiſus. Philippus Ephyram. At Regum Rex Agamemnon, cum Regnum hereditarium recipere haud valeret, Creram inuaſit, paulopoſt ab Aegiſto eſt interfectus, quæ narrat omnia Velleius Paterculus, initio hiſtoriarum. Vt merito inducatur Diomedes à Virgilio loquens:

Quicunque Iliacos ferro violauimus agros,
(Mitto ea, quæ muris bellando exhauſta ſub altis,
Quos Simois premit ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & ſcelerum pœnas expendimus omnes,
D *Vel Priamo miſeranda manus. ſcit triſte Mineruæ*
Sidus, & Euboicæ cautes, vltorque Caphareus.
Militia ex illa diuerſum ad litus adacti,
Atreides Protei Menelaus adusque columnas
Exulat, Ætnæos vidit Cyclopas Vlyſſes.
Regna Neoptolemi referam, verſoſque penates,
Idomenei, Libycoue habitantes litore Locros?
Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuum
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetiit.

Neque vero minora contigerunt aliis regionibus mala. Euſebius vult in Chronico, Troiam dirutam, regnante in Aegypto Thuori, vltimo decimæ none Dinaſtiæ Rege: poſt quem volunt Diodorus, & Herodotus, Rhemphim, Cheopem, Chephrenemque imperaſſe, & Rhemphim quidem cumulandis duntaxat pecuniir intentum. Cheopes vero, & Chephrenes Aegyptios oppreſſerunt, Pyramidibus extruendis defatigarunt, atque omni calamitatum genere onerarunt. Quocirca, inquit Herodotus, nominari illos Aegyptii vetuerunt, in ſceleſtiſſimorum numerum retulere, ipſorum corpora, cinereſque exhumarunt, ac proiecerunt in ventos, & diſſiparunt. In reliqua porro Aſia quid contigerit, ignoramus, deſtituti teſtimonio clariori ſcriptorum. A B

Illud autem minus obſcurum, regna Orientalia temporibus hiſce ſubiecta fuiſſe Aethiopibus, vt ſupra referebamus. Memnon namque Thithoni filius, opem tuliſſe dicitur Troianis, atque hos tributum ſoluiſſe illis, vti Regibus ſupremis: quod habetur apud Diodorum. Illorum vero imperium non fuiſſe poſt hæc tempora diuturnum, colligimus è multis. Verum nihil affirmamus, quod non ſit inſtituti præſentis hæc examinare.

Septimum tempus eſt, vt cætera mittamus, cum diruta eſt à Nabuchodonoſoro Hieroſolyma, Hebræique abducti in Babylonicam regionem ex omni Iudæa. Nam leuiora ſunt, quæcunque triſtia contigerunt à Samſone vſque ad hanc ruinam. Sed, quando hoc tempus eſt omnium maxime memorabile, & plurima habet valde inſigna, iccirco in ſequens cap. reiicietur. C

Vltimum ſit itaque tempus Machabæorum, cuius tamen afflictio breuiſſima fuit omnium, temporiſque exigui, licet à ſcriptoribus longa narratione geſtorum diffuſum, longa, inquam, ſi cætera Hebræorum, de quibus agimus, euenta conſideremus. Nam Mathathias annis duobus, Iudas tribus vixerunt. Atque, his viuentibus, Hebræorum clades illæ extiterunt, de quibus habetur in libris Machabæorum. Ac poſt hæc tempora, intra vnius ætatis ſpatium, vt apparet in Chronico Euſebii, Faſtiſque Romanis, Charthago in Africa, Numantia in Hiſpania, Corinthus in Græcia, Thebe in Aegypto, nobiliſſimæ omnium ciuitates, à fundamentis dirutæ. Inde legimus Romanos conciſos bellis ciuilibus, & Italicis. Nam Sociale illud, funeſtiſſimumque bellum eſt exortum, mox Sullanum, ac Marianum ciuile, propter quæ plurimæ, præcipueque ſunt in Italia ciuitates exciſæ. D

ciſæ.

A ciſæ. Secuta ſunt bella Pompeii,& Cæſaris, triumuirorum, Caſsiique,& Bruti,denique Octauiani, & Antonii: de quorum atrocitate diximus libris de antiquo,& nouo Italicæ ſtatu. Legimus præterea,ſubuerſa omnia prope totius orbis Regna,Regias ſtirpes,atque ad Romanos omnia redacta. Tunc Iuba, & Iugurtha Reges in Africa ſublati, Perſeus in Macedonia, Gentius in Illyrico,Seleucidæ in Aſia,Ptolemei in Aegypto,ipſum denique Perſarum Regnum concidit,ac Parthi Scythica gens, in antiqua Perſarum Regna irrumpens, nihil, non immutauit. Mithridates Ponti,ac Tigranes Armeniæ Reges,cum ſuis extin

B cti,ita,vt in orbe quidem Romano,quod complectebatur quidquid excultum foret in terris, vt in prooemio lybici refert Appianus,nullum foret illuſtrius,ex antiquis Regnum poſt ipſum Romanum, quam Hebræorum: quod quamuis Augusto imperante,poſt Actiacam victoriam,peruenerit ad Herodem,Iudæorum placita ſequentem, atque ex Abrahami ſtirpe, ab Eſau deducta,prognatum,ſed qui non foret è genere Iacobi, aut vlla duodecim tribuum,tamen adhuc remanebat penes ſeptuaginta duorum conſeſſum maximarum rerum legitima poteſtas, qui conſeſſus conſtabat è ſenatoribus duodecim tribuum,e qua

C libet deligebantur ſeni, ſublatuſque eſt trigeſimo Herodis anno,& Chariſtus deinde trigeſimo ſecundo, aut tertio eſt ortus, vt in Chronico notat Euſebius.

Ex his apparet, vbi contingit aliquid mali cultoribus ſinceræ religionis, finiſque eſt malo illi impoſitus intra eiuſdem vel ætatis, vel ſeculi ſpatium, maiora multo,& acerbiora conſequi in alios.iudicium namque ſummi Dei ſolet incipere ab ipſius domo,vt ait S. Petrus proſpiciens futuram in chriſtianos perſecutionem, ſed in hoſtes eorum diriora; quod explicauimus ſigno de cladibus, & prodigiis. Vt appareat ſcili-

D cet, religionem, cultoreſque illius eſſe in orbe tamquam primum mouens in cælo, aut Solem inter ſtellas, vel caput inter membra, ac reliquis male eſſe poſtea in temporalibus vbi illi male eſt in iiſdem.

Recenſentur maximæ calamitates, quibus oppreſſi ſunt cuncti mortales, quo tempore Iudæi fuerunt exciſis Hieroſolymis, in Babylonica ſeruitute. Cap. IX. A

NON eluceſcit id tamen cæcutientibus nobis, niſi cum maximæ clades, ac vaſtitates eueniunt. Ac, ne quis dicat non contingere ob eas, quas attulimus, cauſas, quamuis id ſupra libro i. explicauerimus, quærimus, cur tam vaſte, lateque pertinentes clades eiuſdē modi contingunt? cur non antea? cur ſemper B
id euenit? licet plerumque ſatis eſſet. quod, ſi daretur nobis vniuerſitatem rerum perſpicere, ſingularumque euenta conferre, ſine dubio intueremur, quam vere apta ſint omnia, ſic inter ſe ſe cohærentia, vt à primis deriuetur in ſubiecta, quidquid eſt mali, vel boni, ita tamen, vt ſemper veritas cum ſuis potentior emergat. Nunc ad illud veniamus, quod ſeptimo loco à nobis erat ſupra explicandum. Sed antea nobiliſsimam Ieremiæ, atque Ezechielis prædictionem referamus, qua palam fit, euerſa à Nabuchodonoſoro Hieroſolyma, futurum, vt gentes Orbis totius, poſt annos ſeptuaginta, qui remiſsioni, aut caſtigationi quaſi terminus quidam dari ſolet, inciderent in maximas ruinas. Sic igitur ille Deum verba facientem inducit: C
Cumque impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper Regem Babylonis, & ſuper gentem illam, dicit Dominus iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum, & ponam illam in ſolitudines ſempiternas, & adducam ſuper terram illam omnia verba mea, quæ locutus ſum contra eam, omne quod ſcriptum eſt in libro iſto, quæcūque prophetauit Ieremias aduerſus omnes gentes, quia ſeruierunt eis, cum eſſent gentes multæ, & Reges magni, & reddam eis ſecundum opera eorū & ſecundum D
facta manuum ſuarum: quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Sume calicem vini furoris huius de manu, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & inebriabuntur, & inſanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos, & accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus, ad quas miſit me Dominus Hieruſalem, & Ciuitatibus Iudæ, & Regibus eius, & principibus eius, vt darem eos in ſolitudinem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in maledictionem, ſicut dies iſta eſt Pharaoni Regi Aegypti, &

Ier. 25.

ſeruis

A ſeruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, & vniuerſis generaliter; cunctis Regibus terræ Auſitidis, & cunctis Regibus terræ Philiſtiim, & Aſcalonis, & Gazæ & Accaron, & reliquijs Azoti, & Idumeæ, & Moab, & filiis Ammon, & cunctis Regibus Tyri, & vniuerſis Regibus Sidonis, & Regibus terræ Inſularum, quæ ſunt trans mare, & Dedan, & Theman, & Buz & vniuerſis, qui attonſi ſunt in comam, & cunctis Regibus Arabiæ, & cunctis Regibus Occidentis, qui habitant in deſerto, & cunctis Regibus Zambri, & cunctis Regibus Aelan, & cunctis Regibus Medorum, cunctis quoque Regibus Aquilonis de
B prope, & de longe, vnicuique contra fratrem ſuum, & omnibus Regnis terræ, quæ ſuper faciem eius ſunt, & Rex Seſac bibet poſt eos, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque ſurgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos. Hæc Ieremias, prænuncians, poſt euerſam Hieruſalem ſeptuagintaque annos, fore, vt ſubuertantur ſingula totius orbis terrarum Regna, gentesque perdantur. Eadem cum Ieremia prædicit Ezechiel, inquiens, Et factus eſt ad me ſermo Domini dicens. Fili hominis, *Ezec. 21.*
pone faciem tuam in Hieruſalem, & Stilla ad Sanctuarium, &
C Propheta contra humum Iſrael, & dices terræ Iſrael. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & eiciiam gladium meum de vagina ſua, & occidam in te iuſtum, & impium, pro eo autem, quod occidi in te iuſtum, & impium, iccirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem, ab Auſtro vſque ad Aquilonem, vt ſciat omnis caro, quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irreuocabilem. Hæc Ezechiel, & Ieremias. Videamus, an ita contigerit, & an vaſtitatem, cladem que populi ſancti ſequantur aliarum gentium rui-
D næ. Et, quando Itali ſumus, incipiamus ab Italia. Igitur, poſt idem tempus, Galli eruptione facta occuparunt quidquid eſt Italiæ, vſque ad Aeſim fluuium, ſiue Senogalliam, quam Galli Senones de ſuo nomine vocarunt, ac deletis incolis omnibus antiquis, omnia redegerunt ad vaſtitatem. Cumque Tyrrheni duodecim præclaras vrbes trans Apenninum condidiſſent, quarum Metropolis erat Felſina, cunctas illi, excepta Mantua, ſubruerunt, ac ſolo æquarunt. Inter has Melpum, Spinamque ad Hadriaticum mare ſitas, opulentia, Plinius ait, præcipuas. Hæc Dionyſius, Polybius, Liuius, Strabo, ac Plinius ipſe. Ab iſtis porro Gallis expulſæ, aut deletæ priſcæ gentes, e

quibus

quibus aliqui, duce Ræto, in Alpes conſugere, eaſque, de nomi- A
ne ducis, Rętias nominarunt.

Per idem tempus Priſcus Romæ Rex, ab Anci filiis eſt inter
fectus, Seruius deinde Tullus à Tarquinio genero, cumque Tar
quinius ſuperbus Romanos acerbiſſima Tyrannide opprime-
ret, eiectus, cum filiis, miſerrime vixit. Ariſtodemus autem,
Cumas, potentiſſimam tunc Vrbem, lateque dominantē, cuius
pleroſque ciues diriſsime interfecit, cum diu vexaſſet, deinde
eſt trucidatus. Romæ autem Coriolanus exul patriæ bellum
intulit, ac Tolerinos, Polam, Labicos, Pedum, Bouillaſque Vr-
bes, Romæ propinquas, ac ſubiectas, excidit. Neque multo poſt, B
orto inter Crotoniatas, ac Sybaritas bello, è quibus hi tercen-
tum millia militum produxerunt in aciem, illi centum mil-
lia, deleti ſunt ad internecionem Sybaritæ: Sybaris ipſa fundi-
tus euerſa, cuius ædificia ſecundum flumen protendebantur ſta
dia quinquaginta. Perpetua porro bella ardebant in Italia, non
modo pugnantibus inter ſe funeſtiſsime Italicis, ſed etiam cum
externis, vt proſecuti ſumus libris de antiquo, & nouo Italiæ ſta
tu: vt appareat veriſsimum, quod prænuntiauit Hieremias, peſ
ſime futurum Regibus gentibus, ac toti orbi, poſtquam Iudæis
male fuiſſet Hieroſolyma diruta, abductis ipſis in exteras ter- C
ras, quibus tamen poſtea ſummo cum imperio ſecundum Re-
gem, vt annotauimus, præfuerunt.

Videamus poſt hæc quid acciderit Græciæ, & Græcis. Piſi-
ſtratus diriſsima Tyrannide Athenas opprimebat, Periander
Corinthum, & Corcyram: Lacedæmonii perpetuo cum Tege-
atibus bello atterebantur; Macedones cum Illyriis. Hoc au-
tem tempore, quod ex Herodoto habemus, nulla Græcis erat
Vrbs inſignis, præter Athenas. quin vult Tucydides, in ſin-
gulis prope Vrbibus Græcorum fuiſſe Tyrannos, non multo an
te Medicum, ſiue Perſicum bellum; qui ſane omnes vel interfe- D
cti ſunt, vel expulſi, adiuuantibus maxime Lacedemoniis. In-
de, à Dario, & Xerxe, Gręcia tota vaſtata, incenſæque Athenæ,
tandem bellum illud decennale Peloponenſiacum, quod innu-
meris modis Græcos afflixit, peſtilentiaque vniuerſalis eſt
exorta, quam funeſtiſſimam omnium fuiſſe, Thucydides, qui
fuit temporibus illis, teſtatur. Sic igitur omnes vrbium Græ-
carum Tyranni vel interempti, vel expulſi, ipſæ vaſtatæ, Gręci
variis calamitatibus afflicti, eodem ſæculo, quo fuit euerſa
Hieroſolyma.

atqui

A Atqui multo diriora contigerunt Aſiaticis Græcis. Nam Crœſus, eiuſque maiores, aut libertate ipſis erepta, aut Tyrannis omnibus depulſis, eos maiori Tyrannide, poſt innumera illata damna, oppreſsit. Hi fuerunt, inter alios, Iones, Dores, Aeoles, quorum plurimę erant, opulentiſsimeque ciuitates. Verum non multo poſt, Cyrus, deuicto Cræſo, direptiſque omnibus, eoſdem ſimiliter adduxit in ſuam poteſtatem, euertens, inquit Herodotus, vniuerſam gentem, nihilque relinquens, longe antequam caperet Babylona, vt idem ſcribit; & Iudæos libertati reſtitueret. Sardis vero expugnatis, Harpagum Medum reliquit, à quo Græcæ vrbes occuparentur. Atque, hoc B tempore Phocenſes, patria relicta, colonias duxerunt in Hadria, Tyrrhenia, & Hiſpania. quod Herodotus ſcribit: quin Maſſyliam condiderunt in Gallia, vt Strabo, Liuius, & alii tradunt. *Her. l. 4.* *Liu. 5.* Lycii vero vxores, liberos, atque pecunias, vna cum tota familia, cogentes in vnum, cuncta admoto igne incenderunt. Eadem Caunii peregerunt. Teii vero, patria relicta, nauibuſque conſcenſis, in Thraciam traiecere, vrbemque ibi Abderam condiderunt; atque ita, poſt abductos è Iudæa populares alios, agricolis relictis, contigere in aliis locis multo acerbiores clades.

C In reliquam porro Aſiam Scythi à Cimmeriis Nomadibus eiecti, ſe ſe effudere, ipſo, vt aliqui volunt, Nabuchodonoſoro regnante, Mediamque, & Aſiam viginti & octo annis tenuerunt, cum quinquaginta annis antea patrium ſolum deſeruiſſent, cuncta prædationibus, & incendiis fœdantes, proceſſeruntque vſque ad Aegypti fines, ac Sardium, Cyaxare inter Medos, Pſammythico inter Aegyptios, Ardyque, Sadyatte, & Halyatte inter Lydos regnantibus. Auferebant autem, præter tributum, & exactiones, à quibuslibet, quæcumque poſſediſſent, ait Herodotus.

D Iam vero Cyaxares, Cyri auus, Scytharum primoribus conuiuio doloſe exceptis, ac per inſidias obtruncatis, Niniuem adortus cepit, ac ſolo equauit, totius orbis Vrbẽ nobiliſſimam ſimul, atque innumeris incolis frequentiſſimam. Clariſſimum porro eſt, quemadmodum Sardanapalus, vltimus Nini, ſiue Niniues Rex, perierit, incendioque ſe, ac ſua concremauerit. Notiſſimum ſimiliter eſt ex hiſtoria ſacra, à Nabuchodonoſoro euerſam, non modo cum multis alis Paleſtinæ Vrbibus, Tyrum pulcherrimam Ciuitatem, cuius admirandũ decus pluribus extollit Ezechiel, deſcribens vicinam ipſius, finitimarumque gen-

tium ſupremam ruinam; ſed Aegypti præterea multas, Africam, Hiſpaniamque, vt Ioſephus aduerſus Apionem ſcribit, occupatam, quæ propter huiuſmodi clades adeo redacta eſt in ſo- A
Her. l. 1. litudinem, vt referat Herodotus, ante captam à Cyro Babylona, cum Phocenſes in Hiſpaniam nauigaſſent, Argathonium Regem illius contendiſſe multis, vt in Regni quacunque vellent parte illi deligerent ſedes, & colonias ducerent: quin ad eos alliciendos pecunias adnumeraſſe, quibus Harpago in eos exercitum mouenti obſiſterent, adeo viduata erat habitatoribus Hiſpania. Idcirco Hieremias, vt ſupra adducebamus, canebat, Reges Occidentis habitaſſe in deſerto. B

Verum, defuncto Nabuchodonoſoro, liberiſque ipſius interfectis, vt alibi lib. 23. de ſignis Eccleſiæ palam fecimus; euerſoque Medorum Regno, ac Lydorum, Cyrus Babylonios adduxit in poteſtatem, neque multo poſt fertur, expeditionem feciſſe in Maſſagetas, quorum Regem cum maximo exercitu obtruncauit, ipſeque a Tomyri Regina, cum copiis innumeris eſt interfectus. Cambyſes autem, filius, ſuſcipiens ipſius Regnum dirutis omnium Aegyptiorum ſacris ædificiis, multiſque illatis vaſtitatibus, à Magis eſt interemptus.

Ante hæc autem, captam fuiſſe Aegyptum à Nabuchodonoſoro, conſtat è Ioſepho aduerſus Appionem, Strabone, atque Hieremia: à quo diſcimus etiã, multis cladibus miſerrime afflictam, colonoſque in ſeruitutem abductos. Sic enim propheta C
Hier. c. 49. ille: Verbum, quod locutus eſt Dominus ad Hieremiam prophetam, ſuper eo, quod venturus eſſet Nabuchodonoſor, Rex Babylonis, & percuſſurus terram Aegypti, &, ſta, & præpara te, (Aegypte) quia deuorabit gladius ea, quæ per circuitum tuum ſunt: & vaſa traſmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti, quia Memphis in ſolitudinem redigetur, & ecce ego viſitabo ſuper tumultum Alexandriæ (non Hebraicæ) & ſuper Pharaonem, & D ſuper Aegyptum, & ſuper Deos eius, & ſuper Reges eius, & ſuper Pharaonem, & ſuper eos, qui confidunt in eo, & dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manu Nabuchodonoſori Regis Babylonis, & in manu ſeruorum eius. Hæc ille de Nechao, quem vult in poteſtatem Nabuchodonoſori veniſſe.
c. 44. Quin idem, Viſitabo, inquit, habitatores terræ Aegypti, ſicut viſitaui ſuper Hieruſalem in gladio, & fame, & peſte, & ad finem, Ego tradam Pharaonem Ephreé Regem Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius, ſicut tradidi Se-

A didi Sedeciam Regam Iudam. Hæc Hieremias de Aprie nepote Nechaonis, qui Sidonē diruit, Phœniciā ſubegit, Cyprios nauali prœlio vicit, quem deinde Amaſis rebellis captū ſtrangulauit, ac plurimas Cypriorum ciuitates euertit. Poſtea vero Cambyſes Amaſis filium Pſammenitum tauri ſanguine epoto, mori coegit; vt Herodocus ſcribit: ex hoc nullus in Aegypto Rex diu vixit. Ac multo ſaeuiora contigere illius Regibus, & habitatoribus, quam Iudaeae. Non omittamus, quæ contigere Siciliæ. Euſebius enim teſtis eſt, oppreſſam maxima ex parte eam miſerrime fuiſſe à Phalaride Agrigentino, non multo poſt euer- *Her. lib. 3.*
B ſam Hieroſolimam. Tanta vero hic ſæuitia fuit, vt Athenæus lib. primo ex Clearcho referat, ab ipſo lactantes infantes coctos, & comeſtos. Interfectus eſt tandem, populi ſeditione concitata.

Iam vero diximus, in quanta ſolitudine eſſet Hiſpania temporibus Hieremiæ, cuius verba ſpectant eodem modo ad Galliā, in qua diximus conditam fuiſſe Maſſiliam à Phorenſibus eiectis ab Harpago Medo Cyri duce ante captam Babylona. Regnabat in Galliis eo tempore Senanus. cuius cum filius, ac ſucceſſor Commanus ſtrueret inſidias Phocenſibus, detecta frau-
C de, cum ſuis eſt interemptus. quod Iuſtinus refert. A quo, & habemus Gallos Idcirco per hæc tempora, vt ſupra dicebamus, in Italiam veniſſe, vndecimque ciuitates in locis Pado finitimis diruiſſe, quod inteſtinis diſcordijs, & aſſiduis deſſenſionibus vexarentur. *Iuſt. lib. 43. & 20.*

Reliqui videntur Pœni. Sic enim liquebit, vniuerſum à nobis orbem terrarum peragratum. Atqui ſub hæc tempora innumeri Græcorum Cyrenas occuparunt, expulſiſque dominis antiquis, Vrbes multas ædificarunt, ac perpetuis bellis ita Pœnos exercuerunt, vt Aegyptijs, Apriique eorum Regi, ſe ſe
D ſubiecerint, ſed irrito conatu. Nam fuſi ſunt omnes, ac profligati, agrorumque multum Pœnis ademptum. Mox tamen Arceſilaus Cyrenæorum Rex victus, cum decumberet à fratre Aliarco eſt ſtrangulatus, eiuſque Regnum filius Battus excepit cui ſuccedens Arceſilaus filius, Cambiſe regnante expulſus, Samum profugit, copiiſque collectis, ac regno recepto, inimicorum partim occidit, partim eiecit. quorum deinde nonnulli eū, Barcæ agentem peremerunt, & cum eo ſimul Barcæorum Regem, ſocerumque Arceſilai Alazerim. Quocirca Pheretima coniux Arceſilai, Perſas aduocauit, à quibus Barcę capta eſt, ac,

paucis exceptis, Barcęi omnes abrepti ſunt in ſeruitutem, quibus Darius Cambyſis ſucceſſor, Perſiæ Rex, vicum Bactrianæ regionis incolendum dedit, vt Herodotus narrat. A

Her. lib. 4.

Per hæc ſimiliter tempora contigiſſe videntur illa luctuoſa ſimul, atque indigniſsima, quæ proſequitur Iuſtinus, ad Carthaginenſes pertinentia, cum ſcilicet Machæus eorum Dux, filium Carbalonem ſtrenuum copiarum ductorem, cruci affixit, plurimos ciuium ſuorum peremit, alios exſilio multauit, ac mox ipſe interfectus eſt, Tyrannidis affectatæ inſimulatus. Neque vero dirum minus erat illud, quod filii nobilium ſolerent à Carthaginenſibus atrociſsime ſacrificari, donec id facere à Dario primo Perſiæ Rege vetiti ſunt, quamuis inſtitutum poſtea repetierint: vt habemus à Diodoro. Poſt Nabuchodonoſori vero obitum fuiſſe multas à Carthaginſibus in Hiſpaniam colonias ductas, ac bella ob id multa geſta, & multa perſuadent, & alii teſtantur. B

Ex his omnibus, quæ narrata ſunt, illuſtriſsimum fit, quod ſpectat ad argumenti propoſiti explicationem, nobiliſsimamque Ieremiæ prædictionem.

Primum quidem, Reges cunctos, qui quacunque in parte orbis dominarentur, in Græcia Aſia, Media, Aſſyria, Perſia, Aegypto, Africa, Sicilia, Italia, Gallia, Scythia, miſerabiliter interfectos fuiſſe eodem ſæculo, quo Hieroſolima eſt euerſa. C

Secundum, deletam ſimiliter omnium prope ipſorum poſteritatem.

Tertium, nobiliſsimas ciuitates à fundamentis euerſas.

Quartum, multas nationes ex antiquis, & Patrijs ſedibus expulſas aut ad interitum perductas.

Poſtremum, bellis vbique atrociſsimis ſæuitum.

Quamobrem, licet Iudæis infauſta multa contigerint, eorum tamen miſerias iucunda multa ſubleuarunt, in quibus illos Deus præcipue fouit, ac gentibus cunctis prepoſuit, vt Hieremias predixit. D

Primum vero eſt illud, quod, ipſis in aliena Regna abductis longe à patrio ſolo, ex eis tamen aliqui poſt Principes totius orbis Reges loco ſecundo Regna omnium maxima moderabantur, vt Daniel, ſocij ipſius, aliique, de quibus ſupra à nobis eſt actum.

Secundum, Rex eorum Ioachimus, qui fuerat abreptus in

quan-

A quandam ſeruitutem, à filio Nabuchodonoſoris Euilmeroda-
cho ſubleuatus eſt, eiuſque Thronus poſitus ſuper omnes om-
nium Regum, qui Babylone eſſent a Nabucdonoſoro capti,
Thronos.

Tertium, late diſſeminata eſt ipſorum religio, ac multis mo-
dis amplificata, vt aperuimus ſupra loco ſuo.

Quartum, reſtituti ipſi denique ad omnes honores, omnia
bona, redierunt ad patrium ſolum.

Quintum, Hieroſolyma iterum condita totius Orientis,
ait Plinius, vrbs nobiliſsima euaſit, templumque inſtauratum
B eſt magnificentiſsimum.

Denique Regia ſoboles adeo non defecit, vt non modo Prin-
cipes multi ſuperſtites extiterint, ſed etiã per Chriſtum, modo
leges det potiſsimæ totius orbis parti, euidentiſsimumque ſit,
per veram religionem ſtare orbem terrarum, & concidere ad
extremum, ſi concidant religionis veræ ſtudioſi.

Enumerantur quinquaginta quatuor nationes, à quibus Hebræi ſunt vexati, & quæ ad internecionem deletae fuerunt. Cap. X.

C PAtet propoſitum, male habito Dei populo,
quoad temporalia, peſſime deinde haberi
populos ætate, vel ſæculo eodem: quin gen-
tes illas, a quibus eidem eſt aliquid illatum
moleſtiæ, ob id euertendas prædixerunt ſacri
vates; Iudæos autem ſubleuandos, & ad pri-
ſtinam temporalium bonorum felicitatem
reducendos, quoties eorum facerent aliquam iacturam prop-
ter ſua peccata. euerti autem dicimus; non quod nemo ſuperſit
D omnino ex eis, ſed quod rerum præcipuum dominium non re-
tinent, exteris ſubiiciuntur, legibus eorum viuunt, aut able-
gantur in remotas oras, ac diſperguntur. Nam, veluti dici-
mus euerti ædificium quamuis ſuperſint lapides eius, aliudque
alterius formæ conſtruatur, ſic euerti dicimus gentem. Audia-
mus itaque Hieremiam. Noli, inquit, timere ſerue meus Iacob,
ait Dominus, quia ego conſumam cunctas gentes ad quos eieci
te, te vero non conſumam, ſed caſtigabo te in iudicio, nec qua-
ſi innocenti parcam tibi, & idem. Tecum ego tum, ait Domi-
nus, vt ſaluem te, faciam enim conſummationem in cunctis c.46.

Cap.30. gentibus, in quibus diſperſi te, te autem non faciam in conſum A
mationem, ſed caſtigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innocens, & mox omnes, qui comedunt te deuorabuntur, & vniverſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur, & qui te vaſtant vaſtabuntur, cunctoſque prædatores tuos dabo in prædã. obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te, dicit Dominus. Sed & Iſaias: Veh, qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis, &, qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? cum conſummaueris deprædationem, deprædaberis, cum fatigatus deſieris cõtemnere; contemneris. Et alibi: Hæc dicit Dominus, equidem
Cap.33.
Cap.49. & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robuſto B
ſaluatibur, eos vero, qui iudicauerũt te, ego iudicabo, & filios tuos ego ſaluabo, & cibabo hoſtes tuos carnibus tuis, &, quaſi muſto, ſanguine ſuo inebriabuntur; & ſciet omnis caro, quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Hæc Iſaias. Eadem reliqui prope omnes Prophetæ.

Videamus autem ſigillatim, quænam Regna, & gentes Iudæis infeſtæ conciderint omnino intra hoc tempus vſque ad ortum Chriſtum totius orbis terrarũ, cælique Regem, Principem ſummum religionis, ac virtutum.

Prima gens eſt Niniuitica, ſiue Aſſyriaca, quę ante aetatem C
Nabuchodonoſori amiſit omne imperium, deleta vrbe magnificẽtiſsima, populoq; illius exterminato vt prædixerat Ionas. Tãtæ ruinæ meminit Herodotus, & alii. ea praeceſsit ruinã Hebræorum, à vera pietate, Chriſtoque deſciſcentiũ, ſeptingentis prope annis. Prædictum eſt, euenturam ob peccata: vt eſt in Thobiæ li.

Secunda eſt Babylonica adducta in poteſtatem à Perſis, deinde à Gręcis, poſtremo à Parthis, vt nunquam poſtea vel proprias leges, vel generis proprii Regem, magiſtratus ve nacta fuerit. Capta porro eſt Babylon à Cyro, ſexcentis fere annis ante Chriſtum natum: & hanc ob ſcelera coutigiſſe, D
volunt ſacri libri, ſicut alię ſequentes.

Tertia eſt Macedonica Seleuciæ. Seleucus enim condidit ad Cteſiphontem fluuiũ, magnificentiſſimo opere vrbem Regiam, quam Parthi ceperunt, incolaſque Macedonum progeniem, ſub imperium ſuum miſere, omni Græcorum poſteritate exciſa.

Quinta eſt Pentapolitana, infamis, iniurioſa in Lothi domũ, quæ conflagrauit igne cælitus demiſſo, & ingentes alias exerci-
Gen.c.14 tus inſtruebat aduerſus Reges Meſopotamiæ, Ponti, Aelamitarum: vt habemus in Geneſi.

Sexta,

A Sexta, eſt Hethea; Septima, Pherezea; octaua, Gergeſſea; nona, Iebuſæa; Decima, Amorrhæa; Vndecima, Hæ væa cum triginta, & vno Regibus, qui receſentur libro Ioſue, & pluri- *Ioſ. c. 12.* mas gigantum copias in aciem producebant, Vrbeſque præclaras imperio continebant: euerſæque ſunt omnes à Ioſue, populi interfecti, quod eorum peccata vltionem diuinam prouocaſſent.

Duodecima, eſt Accaronitarum; Decimatertia, Azotiorum; Decimaquarta, Getheorum; Decima quinta, Aſcalonitarum; Decima ſexta, Gazæorum. A quibus quinque Satrapiæ Phi- B liſtiorum, ſeu Paleſtinorum conſtituebantur, perpetua bella exercentium aduerſus Hebreos: vt habemus è libris Iudicum, & Regum: ſuntque adductæ in poteſtatem à Dauide, Salomomone, Regibus Aegyptiis. Babylonis, Græcis, ac rurſus à Ioanne Hyrcani, Alexandro, Alexandra Machabęis, atque Herode primo. Nunc earum vrbium vix tenues, & exiguæ reliquiæ ſuperſunt. Gentes deletæ, & quæ ſuperuenerunt poſt illas, in eadem loca, prioribus dominis, & habitatoribus vel interfectis, vel abductis in ſeruitutem exciderunt ab omni libertate, quam nunquam recipere potuerunt ad aliquod iuſtum tempus à Da- C uidis ætate. Iccirco poſt obitum Salomonis vix vlla habetur mentio, à Philiſtæis vllum fuiſſe bellum memorabile commiſſum, vti prius ſæpe acciderat, cum tributa crebro imponerent deuictis Hebræis.

Decima ſeptima, octaua, ac nona, eſt Moabitica, Ammonitis, Amalachitis, Vigeſima, Madianitis. Quarum ſane gentium multa facta leguntur inſignia in Diuinis libris, & earundem ruinæ prædicuntur à vatibus ſacris. Temporibus autem Romanorum & Macedonum, vix nomina ſuperfuerunt, omnibus earum re- D bus ad interitum perductis.

Quamobrem nulla illarum mentio reperitur in libris Machabæorum, quamuis Vrbes earum, ne loca nuda dicamus, relictæ fuerint, verbi gratia, Rabba ſedes Ammonitarum Regia, nonnullis eſt Philadelphia, cum tamen eius populum Dauid trucidauerit, exciſa Ammonitarum gente omni.

Vigeſima prima & ſecunda, eſt Sidoniorum, Tyriorumque gens, antiquiſſima, ſimul & plurimis egregie patratis illuſtriſſima apud omnes ſcriptores. Et Tyrum quidem ſubuertit, populumque inde abduxit Nabuchodonoſorus, vt eſt apud Iſaiam & Ezechielem. Cumque rurſus extructa fuiſſet, eam ſimiliter

Alexan-

Alexander Magnus incendit. Nec modo Tyrum,ſed etiam Sidonē Nabuchodonoſorus diruit:quod ſimiliter eſt apud memoratos prophetas, & Ioelem. Igitur Tyri,ac Sidonis, quæ olim Reſp.florentiſſimæ, ac potentiſsimæ Europam, atque Africam colonijs repleuerunt, modo vix ipſum ſolum manet. Nam quæ vocantur Tyrus,ac Sidon non eodem loco ſunt ædificatæ. neq; ab antiquis ciuibus, aut eorum nepotibus, niſi pauculis forſan aliquibus. Ac Strabo teſtatur, quæ nunc vocatur Tyrus diſtare ab antiqua ſtadiis triginta, & Ezechiel aperte pronunciat fore vt nunquam reſtauretur vllo tempore. Quocirca his Vrbibus eſt antiquum quidem nomē,vicinitas eadem loci,ſed non ſunt alia,quæ ciuitatem vere faciunt,vt idem locus, poſteritas eadem, poteſtaſque adminiſtrandi publica, & quamuis Vlpianus genere Tyrius velit quodamodo eamdem,non tamen id aſſerit,ac definit aperte, cumque coloniam fateatur manifeſte non vult eſſe ex antiquo tempore eoſdem ciues, ſed aliunde à Romanis adductos, euerſa eſt autem Tyrus, ac Sidon à Nabuchodonoſoro ſexcentis prope annis ante ortum Chriſtum.

Sequuntur has Aegyptiorum populi multi, atque Vrbes, & gentes,vt Thebarum,Taneos,Heliopoleos,Dioſpoleos,Bubaſti, Mempheos,cum plurimis alij Vrbibus,quæ regum ſedes erant ac gentium coeuntium ad eamd.Remp.conſtituēdam, quæ per Dynaſtias regebatur · vt eſt apud Euſebium,ex his aliquæ euerſæ,reliquæ omni libertate ſpoliatæ à Nabuchodonoſoro, deinde à Cambyſe, & alijs Regibus Perſarum, qui cuncta vaſtarunt, atque incenderunt, vt ex Herodoto, ac Diodoro apparet. ſic enim predixit multis in locis Hieremias Deum inducens loquentem,viſitabo habitatores terræ Aegypti, ſicut viſitaui ſuper Hieruſalē in gladio.fame,& peſte & alibi,Annunciate Aegypto,& auditū facite inMagdalo,& reſonet in Memphis,& in Taphnis dicite ſta,& prepara te,quia deuorabit gladius ea, quæ in circuitu tuo ſunt, & Memphis in ſolitudinem redigetur,& deſeretur, & inhabitabilis erit. Hæc ibi. Quod autem putant aliqui Cairum eſſe antiquam Memphim falluntur,quamuis non longe ſit ab illius ſitu. Illud tamen verum, ſumpſiſſe Aegyptios aliquando arma aduerſus Perſas, atque ab imperio illorum defeciſſe,vt notauimus libris de robore bellico.Viginti Dynaſtias gentium Aegyptiacarum numerat Euſebius in chronico, quæ corruerunt ab omni libertate, ac propria tem-

A poralium bonorũ felicitate tum prius aliquæ, tum denique omnes ætate Nabuchodonoſori. Quocirca omittimus ſiquando Aegyptij ſeruierunt Aethiopibus, id enim ſæpius contigit, vt è Diodoro, Herodoto, atque Euſebio, quæ nos aperuimus late ſigno de infelici poſteritate alienorum lib. 23. cap. 14. & infra aperietur. Ad ſummam viginti ſeptem gentes Aegyptiacæ corruerunt à propria temporalium bonorum felicitate Regem ſui generis non habentes, & in aliorum iura tranſlatę.

Quinquageſima gens igitur eſt Aethiopica, cui Regia ſedes erat in Meroe, è qua Vrbe, inquit Plinius, educebantur alias ar-
B matorum, ducenta quinquaginta millia. Gens autem traxit tantæ felicitatis temporalis ruinam regnante Cambyſe quingentis fere annis ante Chriſtum natum. Nam Perſis, deinde Gręcis, ac denique Romanis quidquid Aethiopiæ fuit excultius obediit prorſus, ac ſubiectum fuit.

Quinquageſima prima eſt gens Damaſcena. Quæ cum fuiſſet a Dauide & Salomone ſub imperio miſſa, defecit ab obedientia quo tempore Salomõ à ſincera pietate deſciuit. atque ex eo proprium ſibi Regem conſtituit, ſed aliequot poſtea annis Theglat phalaſar Aſſyriorum Rex euocatus ab Achaz Rege Iudeorũ Da- 3. Reg. 9.
C maſcum expugnauit, exuſſit, Regem Raſim occidit, ciues Cyrenem tranſtulit, loco illorum Colonos Aſſyrios adduxit ſeptingentis annis & amplius ante natum Chriſtum, ſed neque gens Aſſyriorum diu ſtetit. Nam Babylonii, deinde aduenientes incolis omnibus exterminatis Damaſcum funditus euerterunt aceruis lapidum duntaxat relictis, quod Amos, Iſaias, Hieremias & Zacharias predixere. Inſtaurata eſt deinde ab alijs gentibus cum Græci Alexandro Magno cuncta vincente regnare cęperunt. 4. Reg. 1.

Quinquageſima ſecunda eſt Medorum gens, quæ deſciſcens
D ab Aſiriis per aliquod tempus habuit proprium Regem, ſed in Perſarũ poteſtatem tranſiit omnino regnantibus Cyro, & Cãbyſe Perſis, deinde paruit Græcis, mox Parthis, inde aliis multis.

Quinquageſima tertia eſt Perſica quæ tercentum prope annis ſtetit, a Græcis deinde adducta eſt in poteſtatem, hos Parthi expulerunt, Parthos, alioſque alii multi.

Quinquageſima quarta eſt natio Macedonica in multas gentes diuiſa, ac per Aſiam victam diſperſa, ad interitumque adducta à Parthis, Tigrane, Mithridate ac Romanis.

Hæ ſunt igitur gentes, quas Deus euertit, idcirco quod veræ reli-

ræ religionis cultoribus infeſtæ fuiſſent, vt ab illa ſciamus pendere omnem temporalium bonorum felicitatem. A

Aegyptus, quæ prima & maxime a vero religionis cultu deſciuit, & maxime illius cultores oppreſſit, omnium maxime Regibus exteri ſanguinis paruic, & calamitatibus innumeris eſt afflicta. Cap. XI.

QVid autem ſi oſtendamus pro modo iniuriarum, quæ fuerint illatæ vel cultoribus veræ religionis, vel ipſi religioni nationes eſſe diuinitus quoad temporalia bona punitas? Videamus, an id aliquo modo ſit verum. Coſtat autem duas nationes maxime Hæbreis aduerſatas Aegyptiacam, & Cladaicam. Nā primæ Rex Pharao iuſſit occidi omnes Hæbreorum mares ad ipſos prorſus extinguendos. Secundę Nabuchodonoſorus non modo Hieroſolymam diruit, ſed Hæbreos etiam tranſtulit in exteras regiones, abduxitque è patrio ſolo. Rurſus in Chaldæa, & Babylonia cepit Idolorum cultus, in Aegypto cæpit auerſio à populo Dei, ob quam prophanus reputabatur, neque ad eandem menſam recipiebatur, vt merito in Apocalypſi, & alibi in diuina Scriptura Babylon, & Aegyptus ſignificet impiorū colluuiem. Et quamuis Babylonia, & Aegyptus fuerint fecundiſſimæ regiones, & omni temporalium bonorum copia diffluentes, Vtraque tamen plerumque ſeruiuit, vt videbimus, exteris Regibus, ita vt indigenæ cum patria terra felicitatem maxime pararent alijs, ſibi non haberent, donec, & ipſa tellus ad vaſtitatem maximam redacta, ſi comparetur antiquis temporibus ex magna parte miſerrime nunc horreat, & ſquallens vere videatur deſerta.

Igitur vt ab Aegypto incipiamus. Iam diximus ſupra Ioſephi tempore, aut non admodum multo poſt Aegyptiis imperaſſe, Oſyrim (qui, & Apis) Græci ſanguinis hominem cui quænam fuerit ſoboles nondum nobis eſt exploratum., ſicuti quoque an ante ipſum Iuppiter, aliuſue ab illo ortum ducens regnauerit, vt multa quæ nunc omittimus id ſuadere poſſent, ſed aliqua differendo infra afferemus.

Secun-

A Secundo loco poſt expulſos Hebræos, cum vaſtata eſſet Aegyptus ob immiſſas diuinitus calamitates Buſyris Lybicus eam magna ex parte occupauit, vt eſt in chronico Euſebii

Tertio cum regnaret inter Hebræos Roboam, & inter Aegyptios Smendis, hos cum ſuo Rege ſibi tributarios videtur feciſſe Seſac. Euſebius enim aliam delineat huic, & Regibus Aegypti ſucceſſionem, nequis putet hunc è Regibus Aegypti natum

Quarto cum regnaret Aſa Roboami Nepos, ac Salomonis pronepos, Zara Æthiopum Rex cum decies centenis armatorum millibus Ægypto, vt videtur, occupata in Iudeam peruenit, quod habetur in libris Regum. *2. Par. 14*

B Quinto Ezechia regnante in Iudæa Sabachus Aethiopum Rex eamdem cæpit vt in chronico Euſebius narrat.

Sexto Sargon Aſsyriorum Rex paulo poſt eamdem, Aethiopiamque ſimul occupauit, & multis modis afflixit, ac diripuit captiuos plurimos abducens, vt habetur apud Iſaiam. *Iſa. c. 20.*

Septimo Sebichus, Tharachus, cuius meminit Strabo, ac Merres Aethiopum Reges eamdem tenuerunt, quod in chronico Euſebius tradit.

C Octauo cum regnaret in Heruſalem Ioachim eamdem ſubegit Nabuchodonoſorus: quod ſcribit Ioſephus libro primo aduerſus Apionem Strabo lib. 15. & habetur apud Hieremiam.

Poſtremo poſt mortem Cyri Cambyſes eam vaſtitatibus, ac ruinis repleuit, quod Herodotus late refert. atque ex hoc Perſæ Aegyptiis, quamuis breui tempore excuſſerint iugum, dominati ſunt, vſque ad Alexandrum Magnum, deinde Græci, ac Romani poſt Græcos. Mox Saraceni, Arabes, Mamaluchi, Turcæ.

D Conſtat igitur ex his omnibus Aegyptum fuiſſe prope ſemper in poteſtate alienigenarum, ita vt indigenæ ſeruierint exteris, illorumque, ſi qua extitit, felicitas temporalis ad hos tota deuolueretur, ab his penderet. Enimuero cum Sacerdotes habitarẽt Heliopoli, atque incolæ illius, cõditoreſque Arabici generis eſſent, vt ſupra ex Plinio referebamus, atque hi, quod Diodorus narrat, ac libro ſecundo explicauimus, leges Regibus præſcriberent, hinc fiet Aegyptios omnino ſubiectos exteris fuiſſe. Iam vero Græci, Perſæ, Aſſyrii, Chaldæi, multas ac præclariſſimas Regum ſuorum genealogias producunt; Ægyptii vel nullas, vel breuiſſimi temporis afferre in medium poterũt. Hoc autem facere ad temporalem gentium felicitatem nemo ambigit. Amplius inſanis Obeliſcorum, Pyramidum, Labyrintho-

rinthorum,moliumue huiuſmodi ambitioſarum conſtructionibus oppreſſos à Regibus Aegyptios fuiſſe,teſtis eſt Herodotus libro ſecundo,Plinius,ac Diodorus. A

Quod autem mirandum ſit, cum Sacerdotes Ægyptii iactarentur ab antiquis veluti ſapientes, ac docti,atque ob id ad eos philoſophorum multi ſint peregrinati,quorum nomina Diodorus ſingillatim recenſet, nullus tamen prope eorum ſcriptor excepto Mercurio Triſmegiſto nomen ad nos ſuum tranſmiſit, aut librum. Quin cum ſuperſint Chaldaica, Syriaca, Perſica, Arabica,Græca,acLatina monumenta,& linguæ adhuc floreāt; Ægyptiacæ vix tenuia veſtigia ſuperſunt. Quid illud? Numerabat Ægyptus olim, ſi Diodoro, Plinio, multiſque alii credimus vrbium decem,& octo millia. Nunc neque ſunt in illa decem & octo Vrbes, vt apparet è Ioannis Leonis diligentiſſima diſcriptione.Cumque olim Thœbæ acTanis eſſent ampliſſimæ, vix vbi fuerint hodie dignoſci poteſt, ita vt quidam ſcriptor abſurde prodiderit quondam Thebas,ac Tanim fuiſſe eaſdem, cum tamen illæ in extremis Aegypti oris Æthiopiam verſus eſſent, hæc ad Oſtia Nili.Denique cum velit Heriodotus ætate ſua Aegypti aerem ſalubrem fuiſſe;idem Ioannes Leo noxium nunc eſſe tradit. B C

Ad ſummam nulla Regio magis excidit ab omni temporalium bonorum felicitate,nulla magis nudata eſt illis,atque Aegyptus,& quamuis afflueret omni prope bonorū copia priſcis temporibus;ea tamen alienigenis ſeruiebat:quorum multi eius caſum melioribus doctrinis, ac ſinceriori religione, vt Aethiopici ab Abrahamo prognati ſuſtentarunt. Atque hæc eſt illa Aegyptus;cuius indigenæ omnium maxime auerſati ſunt Hæbreos rectæ religionis cultores,neque admittebant ad eandem menſam;cuius Reges impii contenderunt omnium maxime eos excindere, neque erubuerunt animalia rationis expertia, cæpeque & allia colere, atque,vt inquit ille vates, omnigenum Deorum monſtra, ut appareat ſcilicet à religione exiſtere, & conſeruari omnem temporalium bonorum felicitatem, ſic enim futurum prænuntiarunt ob has cauſas Iſaias,Hieremias, Ezechiel,& alii vates. D

Babylo-

A *Babylonij, qui poſt Aegyptios maxime infeſti fuerunt veræ religionis cultoribus, poſt eoſdem maximis ſunt cladibus afflicti, & oppreſſi.* Cap. XII.

SEcundo loco ponebatur à nobis Babylonia
(ſic enim Babylonis regio vocatur) ob eas
quas attulimus cauſas. Quocirca plerun-
que & illa Regibus exteri ſanguinis paruit,
vt è ſubiectis apparebit.
Primo autem loco temporibus ipſius A-
brahami colligimus Regem Sennar, quæ eſt
B Babylonia regio dicta à Babylone metropoli, paruiſſe Regi Ae-
lan ſiue Perſarum. Huic enim tributa pendebant Paleſtinæ
Reges, ac terræ illæ, quæ Meſopotamiam, Babyloniamque con-
tingebant, ita vt Babylonia media foret inter has terras & Per
ſiam: cumque defeciſſent à Rege Aelan, ſiue Perſarum, tunc in
exercitu Regis huius contendentis aduerſus Paleſtinos milita-
uit quaſi minor, ac ſubiectus ipſi Rex Babyloniæ ſiue Sennaar.
Secundo cũ Moyſes ex Aegypto diſceſſit admodũ Babyloniã nõ
multo poſt tenuit Belus, ac poſt eum filius ipſius Cephæus, quod
libro ſeptimo ſcribit Herodotus. Hos autem fuiſſe Aethiopi-
C ci generis ſupra è Plinio, & Cornelio Tacito referebamus,
Quamobrem Perſæ olim vocabantur Cæphæni, vt eodem libro
tradit Herodotus à Cæpheo Rege Aethiopiæ, atque Aethiope
Beli Regis prole.
Tertio temporibus Iephte Iudicis ante Dauidis Regnum
centum quadraginta annis plus minus Perſiam, Meſopota-
miamque tenebat Theautnus, cuius filius Memnon Aethio-
pici, & ipſe vna cum patre generis erat, vt ſupra explicauimus,
atque ad hos forſitan pertinet Adramalech Aethiops Senna-
cheribi tritauus (ſic enim quidam legunt) vt ſcribit S. Theo-
D philus libro ſecundo ad Antolycum.
Quarto temporibus Theglatphalaſar, & Salmanaſar Regum
Niniuticorum Babylonia ſubiecta erat ipſis, atque iccirco Iſ-
raelitas iſti tranſtulerunt in Babyloniam, Babylonios vero in
Samariam contigit hoc regnante Achaz Ezechiæ patre.
Quinto, poſt adductos in Babyloniam Iudæos Darius Medus
illa potitus eſt, quod habetur apud Danielem.
Sexto, neq; multo poſt, ei ſucceſſit Cyrus Perſa, ſucceſſoreſque
illius vſque ad Alexãdrũ Magnũ: quod Iuſtinus, aliiq. narrant.

Septimo poſt Alexandrum Magnum Græcoſque Parthi A
occuparunt eam: quod idem refert, atque Appianus in Syriaco, & Parthico, Arianus in Parthicis.

Octauo poſt Parthos Romani Babyloniæ partem cæperunt, conſtitutuſque eſt limes imperii Romani, ac Perſici Euphrates, vt in lybico docet Appianus, qui ſane Euphrates mediam Babylonem interſecabat, quod Strabo poſt alios teſtatur libro decimo ſeſto aſſerens eam ſuo tempore euerſam partim quidem à Perſis, partim à Græcis.

Nono poſt ipſos iterum Perſæ eam cæperunt, deinde Saraceni, Coraxani, Turcæ, Tartari, Medi, Tartarique rurſus, ac B
Turcæ.

Sic igitur, ex quo Babyloniæ regio nomen aliquod habere cæpit plerumque alienigenis paruit. Quin ipſi Babylonii tranſlati ſunt ex aliqua parte in Samariam, Deique ſummi cultum recepere imperantibus Niniuiticis Regibus, ex quo tempore Babylon iterum caput attollere cæpit. Nam cum Salamanaſaro ſucceſſiſſet Sennacheribus filius, atque huius exercitus fuſus mirabiliter à Deo fuiſſet Ezechia regnante, atque ipſe mox à filijs occiſus, ex eo Rex Babyloniorum nominatur in diuina
Scriptura, qui prius Rex Sennaar vocabatur. Erat autem tem- C
pore illo Rex Merodac Baladan filius Baladan Babyloniorum
4 Reg. 20 Rex, qui ad Ezechiam munera miſit. Cumque antea Babylo-
niorum Deus foret Sochot Benoth, vt eſt in libris Regum, inde
cæpit eſſe Belus, Merodach, & Nabo, vt habetur apud Iſaiã & Hie-
Iſa. c. 31. & 46. remiam. Atque à Nabo appellati ſunt Reges Babyloniorũ Nabo-
polaſſarus. & Nabonaſſarus de quibus eſt mentio ſæpe in Alma-
Hier. c. 50 & 49. geſto Ptolemei, & Nabuchodonoſorus, cuius nõ modo Scriptura
diuina, ſed & Strabo meminit. A Merodach autem dictus videtur Mardocempadus, quem nominat idem Ptolomæus, & à
cuius anno ſecundo vſque ad Adriani decimum nonum vult D
lib. 4. c. 7. eſſe annos Aegyptiacos octingentos quinquaginta quattuor. videnturque Babylonis Reges nomina ſua conflaſſe non ſolum ex hoc Idoli nomine, ſed à nomine etiam Niniuitarũ Regũ, quod plerũq. aut incipiebat aut deſinebat in Aſar, quaſi ab Aſſur primo Nini, ſiue Niniues conditore deductum, vt Theglathphalaſar, Salamanaſar, Aſaraddon, de quibus in ſacris libris. Atque ita ex Nabo, & Aſar fit Nobonaſſar. Nabopolaſſar, Nabochodonaſſar ſic enim vertunt aliqui; Ex altero eorum, Nabonitus, Nigliſſar, laboſardach. A Merodach autem Euilmero-

dach

A dach, quorum meminere diuini libri, Ptolemæus, Alexander, Polyhiſtor, Alphæus, Ioſephus, ac referente Euſebio, Beroſus Chaldæus, qui merito redarguit erroris, ac mendacij Græcos apud Ioſephum libris contra Apionem, quod dicant à Semiramide cuiuſdam Beli antiquiſsimi coniuge amplificatam Babylona, cum fuerit à Nabuchodonoſoro, vel à Semiramide Nabuchodonoſori vxore, quæ fuit ante vltimum Regem Nabonitum, ſiue Labinitum, vt perperam legitur apud Herodotum quinque ætatibus virorum, quod idem refert aſsignans ætati cuilibet virili annos viginti quinque paulominus. Atque à Na-
B buchodonoſoro ſcribit Beroſus exitatum Beli templum.

Igitur cum Babylon antea foret Vrbecula tenuis, vt neque nominaretur ætate Moyſis, aut ante ipſum, regnante Ezechia cœpit emergere, eamq; Nabuchodonoſorus maximè extulit, ita ut ſe iactet apud Danielem capite quarto. Nonne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ego ędificaui in domum Regni? conciditque ex quo Perſæ eam cæperunt, atque in Perſia ſedem Regiam fixerunt. Alexander autem Magnus ſtatuerat eam reſtaurare, vt inquit Strabo, morte autem præuentus haud potuit. Nunc adeo diruta eſt, vt qui nouiſsime fuit in ijs locis,
C atque illam deſcribit, ita dicat; ex aſpectu ruinæ Vrbis antiquæ Babylonis iudicari poteſt illam ſubuerſam diuino conſilio ob aliquod grande crimen. Ex quo à Felugia vſque ad nouam Babylona cum terræ appareant bonæ & fecundę, non extat vlla arbor, aut herba viridis. Sed totus ille tractus eſt deſertus, ac ſterilis, deſolatuſque abſque vllo pago, aut vico. à Babylone vero antiqua ad nouam, quæ appellatur Bagadat, eſt iter diei: Sic ille refert pleraque omnia latronum, leonumque plena, vt idcirco neceſſe ſit cum multa armatorum manu iter facere. At-
D que ita quæ vocatur hodie Babylon noua longe omnibus in rebus eſt diuerſa à veteri, vt neque retineat nomen illius, ac regio quondam pulcherrima, & fecundiſſima ad ſterilitatem, ſolitudinem, ſqualloremque magna ex parte ſit redacta, ac factus ſit locus prædictioni, quæ legitur apud Iſaiam verbis huiuſmodi loquentem ad Babylonios, confuſa eſt mater veſtra nimis, & adæquata pulueri quæ genuit vos, ecce nouiſſima erit in gentibus, deſerta, inuia, & arens. Ab ira domini non habitabitur, tota in ſolitudinem, omnis qui tranſibit per Babylonem ſtupebit, Hæc Iſaias. Cap. 50.

Iam vero ſcimus Babylonicorum Regem Breuiſſimas eſſe ſucceſ-

ſucceſsiones, eorumque genealogias. Nam quæ proferuntur apud Euſebium ſunt Niniuiticorum, qui in Sardanapalo defecerunt multo antequam Babylon à Medis, & Perſis expugnaretur. Imperium porro Babilonycorum durauit ex quo non paruit Niniuiticis poſt mortem Sennacheribi annis ducentis plus minus, vſque ad Cyrum. A

E dictis igitnr conſtat Babylonem, Babylonioſque in omniũ maximas miſerias præcunctis mortalibus corruiſſe, quod adhuc magis è ſubiectis apparebit.

Quibus pœnis impij pios oppreſſerunt. eiſdem ſunt illi multo miſerabilius a Deo puniti. Cap. XIII. B

PRimi mobilis eſt non modo generatim, ſed etiam ſpeciatim motum ſuo conſentienté tranſmittere in orbes inferiores, & capitis eodem modo ſuis conuenientes qualitates in ſubiecta membra, Soliſque eſt etiam ſuo ſimile lumen impartiri circumpoſitis ſtellis. Similiter & veræ religionis obſeruatores non modo generatim, ſed ſpeciatim quoque, quando sũt inter mortales inſtar mobilis, primi capitis, ac Solis, traducent euenta ſuis ſimilia in alias atq; alias gentes, ac, nequis dicat, fortuito id euenire, in illas ipſas, à quibus maxime luctuoſa, & triſtia perpeſsi ſunt. C

Et quidem vindictam talionis olim Deus in eos conſtituit, qui crimen aliquod admiſiſſent aduerſus alium, vt crimini ſcilicet pari eodem modo par pœna reſponderet. ac, ſiquis oculum nequiter alteri excuſſiſſet, ei ſimiliter oculus excuteretur, atq; ita equali ratione mulctaretur: Sic etiam, cum veræ religionis cuſtodes fuerint ab impiis vexati, vel vt purgentur illi ab aliquo ſcelere perpetrato, vel vt ad maxima tum bona temporalia, tum ſempiterna perducantur, non finit in terris Deus impios inultos. Verum punit, ac ſupplicio non diſsimili miſerabiliter punit. cuius nos etiam aliqua oracula maxime ad hanc rem facientia, attulimus. Nunc autem propoſitum nobis eſt, hanc rẽ dilucidius, ac diſtinctius enucleare. Quocirca, e tẽporibus quæ ſupra memorauimus, ſelegimus quattuor dũtaxat tẽpora, quib⁹ accidit, vt atrocius exagitarẽtur Hebræi à Regibus, ac populis, & quæ clariora hiſtoriarum monumenta habent, perpendemus, D

mus,

mus, proponemuſque ex aduerſo ſimilitudines malorum, quæ contigerint ex vna parte Hebræis, ex alia vero inimicis Hebræorum. Ac primo inſpiciamus de Regibus, ac populo Aegypti.

A Conſtat igitur in primis, iuſſum fuiſſe à Pharaone Aegypti Rege, vt omnes Hebræorum mares interficerentur. Atque eodem modo Deus omnes Aegyptiorum primogenitos occidit. Cur autem non omnes filios Aegyptiorum Deus intereмit? Quod ſcilicet ab huiuſmodi atrocitate Pharao deſtitit, atque aliud mandauit.

B Atque hoc eſt, quod couſtituit, vt ijdem mares, vbi fuiſſent deprehenſi, in vndas proijcerentur. Atque itidem Deus fluctibus Rubri maris obruit Pharaonem cum toto exercitu ſuo, qui conflatus erat è fortiſsimis, ac nobiliſsimis quibuſque. Sed, quando non proſecutus videtur Pharao huiuſmodi edictum, neque illud eſt effectus ſuos ſortitum. nam ſentẽtiam mutans præſtare iudicauit, ſi permitteret Hebræos creſcere, ac filios educare, vt ipſis vteretur ad opera, & moles conſtruendas.

Iccirco, quemadmodum ſunt oppreſsi Hebræi ab Aegyptiis in plurimis ædificandis, eodem modo ſunt à ſuis Regibus incredibilem in modum plerumque oppreſsi Aegyptii in Pyra-
C midibus innumeris vaniſsime attollendis, in obeliſcis, in Labyrinthis, ac multis huiuſmodi inſanis conſtructionibus, quas nimis longum ſane foret ſigillatim recenſere, ac facile foret iſta omnia colligere ex Herodoto, Plinio, Diodoro, Strabone. Vnũ ſit attuliſſe, à duobus Regibus, Cheophre, & Chephrene, per annos centum, ac ſex, plus minus, ita fuiſſe vexatos Aegyptios, ut Aegyptii deinde oſſa, ac cineres eorum eruerint, ac diſperſerint, & abominabile eſſet ipſorum nomina referre, vt Herodotus libro ſecundo narrat. Hæc autem contenderunt Aegy-
D ptii, quod viderent augeri Hebræos, atque ex eis alibi potentiſſimos Reges imperare. ob id enim Rex timebat vna cũ ſuis cõſiliariis, ne ſumerent arma aduerſus ipſos Reges, atque indigenas, & imperiũ ſibi vindicarent. Ac Deus permiſit, vt ex hoc tempore Aegyptus plerumque eſſet, ſitque adhuc in alienigenarum poteſtate, Argiuorum, Aethiopum, Aſsyriorum, Chaldæorum, Perſarum, Macedonum, Romanorum, Saracenorum, Mamaluchorum, Turcarum, vt à nobis eſt explicatum.

Denique & hæc ab Aegyptiis in Hebræos eſt afflictio profecta, vt hi reputarentur ab illis profani, Deoque, ac ſuperis in-

uiſi ob

niſi ob impietatem, & ſuperſtitionem. Deuſque eodem modo permiſit, vt omnium maxime Aegyptii re uera, & impii forent, atque exiſtimarentur ab omnibus, Diuinos namque honores, atque omnium ſupremos, attribuerunt abiectiſsimis animalibus, alliis ipſis, & cepis. A

Aegyptum, atque Aegyptios Niniuitici Reges ſequuntur. hi namque primi Hebræos, qui Samariæ Regibus obediebant, in Mediam, & Aſſyriā tranſtulerunt: & quamuis Salmanaſar eos bene haberet, Sennacheribus non ita, vt è libro Thobiæ conſtat. Neque multo poſt à Medis ita ſubuerſa eſt Ninus a fundamentis, vt ſolum remanſerit, opes cunctæ aſportatæ: incolas vero oportuit alibi ſedes ſuas collocare. Neque ſane ciuitas vlla memoratur, quæ tantæ magnitudinis, atque opulentię, tam breui funditus exciſa fuerit, vt illius nihil remanſerit. Diodorus id teſtatur Antiquarum rerum libri ſecundi Capite ſeptimo. B

Ac veluti Reges Iſraelis occiderunt Niniuitici Reges, ſic nullus ex his, qui imperaret, ſuperſtes fuit.

Rurſus, quemadmodum Sennacheribus corpora Hebræorum vetuit ſepeliri, ita Sardanapalus, qui ab illo genus duxiſſe memoratur, igni ſe ſe tradidit cum tota domo, & ſuis, vt neque ſepeliri poſſet, licet aliquis voluiſſet. C

Amplius, quemadmodum Sennacheribus in Deum verum multas iniurias iactauit, eodem modo Deus permiſit, vt maxima cum iniuria Dei ſui falſi occideretur a filijs in templo iſtius Dei.

Poſt Niniuitas, & Aſſyrios, ſunt Babylonij cum Rege ſuo. Sicut autem Babylonij illud in primis execrandum videntur admiſiſſe, Quod templum diruerunt, ac vaſa ſacra aſportarūt, & viciſſim Deus hoc rependit illis, vt templum Beli a Daniele, ac Perſis euerteretur. ac de Daniele quidem conſtat, e capite vltimo vaticiniorum ipſius: de Perſis, e Strabonis libro decimoſexto, volentis a Xerxe dirutum, quod fuerat a Dario, & Cyro, vt habemus e Daniele. D

Babylonij rurſus Hieruſalem magna ex parte euerterunt, & Babylona ſimiliter poſt aliquot annos, ac non multos euerterunt Perſæ, vt idem ſcriptor eodem libro teſtatur.

Quin videntur Perſæ vſi magna in Babylonias crudelitate, ac filios ipſorum paruulos ad ſaxa alliſiſſe, ita enim futurum prædicitur Pſalmo centeſimo trigeſimoſexto, & a Ieremia ca-

pite

A pite quinquageſimo. Sic igitur ſimili peccato ſimilis pœna reſpondet.

Amplius, quemadmodum Babylonij adduxerunt Hebræos in miſerrimam ſeruitutem, ſic illi ſemper poſtea ſeruierunt alienigenis Regibus, Perſis, Macedonibus, Parthis, Saracenis, Coraxanis, Turcis, Medis, atque iterum Turcis. Quin antiquitus omnium grauiſſima tributa pendebant Perſis, vt Herodotus ſcribit libro ſecundo, affirmans illa æquaſſe tertiam partem tributorum, quæ ex Aſia tota ſoluebantur Perſis.

Babylonii, Nabuchodonoſoro iubente, iugularũt filios Sede-
B ciæ Regis in conſpectu Patris, at ipſi Sedeciæ eruerunt oculos, quin occiderunt Principes omnes Iudæ Tribus. At Perſæ, quamuis parcere ſolerent Regibus, ac Regiæ ſoboli, quin eis regnũ paternum relinquere adminiſtrandum, modo tributum penderent, quod Herodotus libro tertio ſic eſſe teſtatur, cum Babyloniis non ita egerunt, ſed Balthaſarem cum ſuis obtruncarunt.

Babylonii vaſa templi abſtulerunt, quæ à Balthaſare Rege violata ſunt, quod cum illis libaret falſis Diis. Ac Deus, ob iniuriam ſuis vaſis illatam, Balthaſari eadem nocte intulit mortẽ, & quando conuiuium fuit in cauſa, vt Balthaſar in Deum contu-
C meliosus eſſet, & conuiuium fuit in cauſa, ut Babylon à Perſis eadem nocte caperetur, quod Herodotus libro ſecundo refert.

Poſt Babylonios eſt Antiochus Epiphanes cum ſuis, qui Iudæorum plurimos occidit dum conatur eos à patriis legibus, veraque religione ad impietatem, rituſque abominandos traducere. Ac mirum ſit, ipſum quidem, quamuis reſipiſcere videretur, non multo poſt diuinitus perculſum fuiſſe, ac miſerabiliter interiiſſe vermibus è corpore ebullientibus exeſum, ac fetore intolerando repletum, quod habetur capite nono libri ſecundi Machabæorũ. ſed illud omniũ ſane eſt mirabiliſſimũ, ple-
D roſque omnes Epiphanis lib. ac ſucceſſores, aut ferro, aut igni ſublatos, ſicut ipſe ferro ſæuijt in Hebrǫos. Oſtendamus ſic eſſe.

Alexander, Antiochi Epiphanis filius dictus, vt habetur Machabeorum libro primo capite decimo, à Demetrio Epiphanis filio, eſt interfectus. quod Iuſtinus refert libro 35.

Demetrius Soter & ipſe Epiphanis filius, ab hoc Alexandro eſt occiſus. vt idem libro eodem narrat.

Demetrius Soteris filius ab Alexandro quodam, qui ſe ſe filium adoptiuum Antiochi Sedetis faciebat, eſt interemptus: quod libro trigeſimo nono idem refert.

Nn Antio-

Antiochus Sedetes Epiphanis Nepos, & ipſe necatus eſt à A
Parthis in acie, quod idem memorat libro trigeſimo octauo.

Seleucus Demetrii ſuperioris filius, à matre eſt peremptus, quod Regiam coronam ſine ipſius iuſſu accepiſſet.

Hinc inter iſtius Seleuci fratres Antiochum Cyzicenum, & Antiochum Gryphum perpetua bella fuerunt, quibus ſe ſe inuicem conſumpſerunt. At Seleucus, Gryphi filius, ad aram Mopſi eſt combuſtus: vt in Syriaco Appianus docet. Ex hoc regnũ Syriç tenuit Tigranes: quo deuicto, cum Lucullus illud Antiocho Cyziceni filio reſtituiſſet; atque hic à Mithridate expulſus eſſet, Pompeius reddere noluit, atque ita poſt annos ab obitu B
Epiphanis ſeptuagintá Regnum tranſiit omnino ad Romanos, neque ad Epiphanis abnepotes peruenit, aũt in ijs conſtitit, ferroque eorum, plerique omnes miſerabiliter interempti, ſicuti eodem fuerat vſus in Hebræos iſtorũ omniũ pater Epiphanes.

Ac, veluti hic iuſſit cogi Hebræos ad comedendas carnes Idolis immolatas, ſic idem coactus eſt adhuc viuens pati vermes carnibus ipſius veſcentes.

Idem præterea mandauit, Hebræos multos occidi ad aras Idolorum: & pronepos ipſius Seleucus Gryphi filius ad aram Mopſi occiſus, & combuſtus eſt. C

Et, quando ipſe Hebræis vſus eſt aduerſus Hebræos, cognataſque gentes in ſuos concitauit, ſic ipſius poſteri ſe ſe mutuis cædibus abſumpſerunt.

En itaq; vt impii ſubeant cõſimiles pœnas, quas in ipſos pios moliti aliquãdo fuerũt. Quod ſcilicet omnia, quæ principatum tenent, tranſmittant in ſubiecta diſpoſita eaſdẽ, quas patiuntur ab ipſis, affectiones, vt appareat, Religioni principatum deberi ac pios eſſe inſtar primi mobilis, capitiſque inter mortales.

Per quæ pios impij contenderant extinguere, per eadem ſunt ipſi diuinitus ad interitum miſerrime vocati. Cap. XIV. D

ILlud vero, & admirabilius videtur, ac maxime teſtificans pios omnibus dominari, quod aduerſarios ſuos configunt non aliis, telis, quam illis ipſis, quæ in bonos torquent impii. Summæ enim potentiæ videtur, propriis armis hoſtẽ perimere, idque maxime pertinet ad Deũ cui ſeruiunt, nolint, velint, omnia, vel quæ maxime aduerſantur. Ecce enim Pharao iuſſerat

A rat infantes Hebræorum recens natos in flumen proiici : atque e proiectis fuit Moyſes, qui ſeruaret Hebræos omnes, atque educeret ex Aegypto. à fœminis obſtetricibus mandauerat idē Rex, eoſdem ſuffocari, ſimul atque in lucem venirent, ac fœmina ſoror Pharaonis fuit quæ Moyſem ex vndis ereptum ſtudioſe, atque amanter educauit. Ille idem contendebat opprimere operibus Hæbræos, ne ſcilicet augerentur, ſed, viribus extenuati, in morbos inciderent. Sed iſtud ipſum confirmabat magis eorū corpora, ac ſemen genitale fœcundius, & potentius red debat, quod medici atteſtātur laboribus corporis magis corro

B borari, vt recte Diuina Scriptura aſſerat, Hebræos magis auctos, quo magis oprimebantur. Sic Magos adduxit Pharao ad Moyſem confundendum. atque hoc magis adduxit Moyſem in admirationem cunctorum, qui videbant re ipſa non eſſe, qui poſſet Moyſi obſiſtere. Hinc ſcriptum eſt, fuitque Moyſes vir magnus valde in terra Aegypti coram ſeruis Pharaonis, & omni populo. Quod autem Pharao vetabat, ne proficiſcerentur oues, *Exo. 11.* vel armēta aueherent ſecū, mox iſtud fuit in cauſa, vt cladibus nimiis vndique proſtrati Aegyptii non modo ſiuerent abduci greges, & armenta, ſed quidquid argenti, auri, veſtiumque pre-

C tioſarum petiiſſent ab ipſis Hebræis. Denique, cum crederet Pharao concluſos vndique Hebræos, neque illis, amplius vllum fugiendi aditum ſupereſſe, atque ob id eos inſecutus eſt cum maximo exercitu, confidenſque eamdem ſibi viam patere per mare Rubrum, ſe ſe itineri eidem commiſit. hoc aſſecutus eſt denique, vt obrueretur vna cum tot ſuorum fluctibus miſeros operientibus. Atque hæc, quantum ad Aegyptios. Videamus, quid acciderit Madianitarum copiis, è diuerſarum gentium multitudine collectis. Nam, cum de nocte expergefacti, audiſſent ex omni caſtrorum parte buccinis perſonare, & clamores *Iud. 7.*

D attolli exiſtimarunt vndique ſe ab innumera militū manu concluſos, arma igitur corripientes atque in fugam ſe dantes, cum ſe ſe haud dignoſcerent, quando è variis populis conflabantur ab inimicis amicos non poterant diſtinguere. atque ita mutuis vulneribus inter ſe confligentes abſumpti ſunt. Iam, quid de Chaldæis dicemus ? Iuſſit Nabuchodonoſorus pueros Regij ſeminis in aula educari, ac diſciplinis Chaldæorum diligenter imbui, vt abduceret eos ab omni Hebraicarum rerum amore. ſecus tamen euenit. atque hoc ipſum commendauit illos Chaldæis, Chaldaicarumque rerum peritiſſimos effecit, neque pau-

cam dedit anſam,vt Daniel ſummis imperij Chaldaici rebus à A
Nabuchodonoſoro præficeretur. Eodẽ modo ſtatua fuit erecta
iuſſumque,vt ab omnibus adoraretur,&,qui nõ adoraret,in for
nacem coniiceretur: atque hæc omnia ad perdendum Danie
lem. Quæ tamen id præſtiterunt,vt Daniel quidem coniectus
in ardentes flammas mirabiliter non vreretur, tantiq. ſpecta-
culi admiratione commotus Nabuchodonoſorus Rex manda-
ret æmulos Danielis in eas iactari. Idemque contigit,cum da-
tus eſt idem famelicis Leonibus deuorandus. Nam, cum pe-
perciſſent illi, neque auſi eſſent Danielem contingere, euentu
ſtupefactus Rex Perſarum Darius, inimicos quidem Danielis B
obiecit eiſdem feris dilaniandos, ipſumque in honore, & exi-
ſtimatione multo maiori,quam prius,habuit. Iam ſcimus, an-
tea fuiſſe vaſa ſacra à Chaldæis aſportata in Babylonem,ne poſ-
ſent amplius Hebræi Deo ſuo ſacra facere, ac ſpes omnis præ-
cideretur Hieroſolimæ repetendæ: atque id occaſionem dedit,
vt abuſus illis Rex Balthaſar diuinæ ſententiæ iudicio priuare-
tur imperio,Hebræiſq. reditus in Iudæam concederetur à Per-
ſis,qui Balthaſarem nocte eadem necarunt, Babylonemq. cepe-
runt. Quid hic afferemus,quę contigere Aman,& Mardocheo?
atque,vt hic euectus fuerit cum Iudæis omnibus illa ipſa via, C
qua machinabatur Aman omnes exterminare, crucique hic
fuerit eidem miſerabiliter affixus, quam parauerat,vt illi affi-
geret Mardocheum? Epiphanes,certe quidem conatus omnes
adhibuit,vireſque intendit,vt Hebræorum gentem ſibi ſubie-
ctam prorſus è terris deleret, ac ni id egiſſet, cæleſtis vindictæ
verbera expertus non illa in honorem Iudæorum verba protu-
liſſet, affirmans ſe Athenienſibus Iudæos æquales facturum,
templum ſanctum, quod expoliauerat, optimis donis ornatu-
rum, ſancta vaſa multiplicaturum, pertinentes ad ſacrificia,
ſumptus de redditibus ſuis præſtaturum, Iudæis ſe fauturum, D
omnem locum terræ perambulaturũ,& prędicaturum Dei po-
teſtatem. Ni ſimiliter molitus eſſet ipſis ruinam,Diuinamque
vltionem ſenſiſſet, Alexander eius filius, perſpiciens, ex hoc
quam metuendi eſſent Hebræi,haud tanta in Ionatham Macha
Ioſeph. hiſt. ant. l.13.c.3 beum,Iudæorum ducẽ munera contuliſſet, coronã Regiaq. illi
inſignia largitus. Sic igitur,vt plurima huiuſmodi,quod clariſ-
ſimum ſit,quod agimus,omittantur,imperat omnibus Religio
nõ modo ſuis,ac ſibi ſubiectis,ſed maximę aduerſãtibus,in ſuas
partes nihil nõ trahens,& in hoſtes eadem retorquens tela,quę
in ipſam

A in ipſam fuerant iili auſi iaculari.Eodemq. modo primum mobile inferiores orbes,quamuis in,contrarium ſuopte niſu voluantur ab Occidente in Orientẽ,ſecum tamen trahit eos in ortum,curſuſque eorum iuxta ſuum dirigit,ac moderatur. Et caput ipſum,niſi viribus deſtituatur,languori, ac morbo reliquarum partium capiti repugnantium medetur, alioquin corpus ipſum concideret,ac moreretur,veluti & mundus hic diſſoluetur cum religio maxime extenuabitur . Denique & Sol obſiſtentes ſibi nubes ita diſsipat, vt repercuſſis ex earum corpore radiis , & concalefactis ſolidioribus il-
B larum partibus , magis, & fulgeat, & ferueat in aere, ac terris , ita, vt in altiſsimis montibus, æthereque tenuiſſimo , æſtus , & lux ſit ſemper longe minor.

FINIS LIBRI QVARTI.

DE

DE RVINIS GENTIVM, ET REGNORVM ADVERSVS IMPIOS POLITICOS.

Liber Quintus.

Tria tempora memorantur, quibus Perſæ temporalium bonorum felicitate floruerunt, cum ſcilicet pietati ſeruierunt, a qua deſciſcentes exciderunt ſimul ab omni felicitate.

Cap. I.

VIDIMVS quæ ruinæ conſequantur illas nationes, quæ affligunt, contemnumtue ſinceræ relgionis cultores, vt proinde non poſſint non officere religioni ipſi, qua depreſſa, & conculcata, neceſſe eſt deprimi, & conculcari totum genus humanum; quod verę pietati ſeruire omnino debet: cum propter eam cuncta ſint facta, & cuncta conſeruentur. Nunc oſtendamus quæ temporalium bonorum felicitas conſequatur illos populos, ac Reges, qui religionem veram reipſa colunt, aut eius cultoribus fauent, vel denique omnium minime contemnunt, ſiue contempſerunt. Sic igitur inuocato Dei ſummi au- A B

A mi auxilio exordiamur.

Antiquiſſimum, latiſſimumque omnium ſimul in Aſia, quantum conſtat è Diuina Scriptura (nam reliqua, ſi comparentur huic, ſunt incertiſſima) eſt Regum Perſarum, ſiue Aelam. Prius quidem fuit Babylonicum Nimbroto regnante. ſed illud non ita conſtat fuiſſe amplum, cum fuerit nondum gentibus diſperſis, & fabuloſa ſunt, quæ Cteſias refert, ac Cteſiam poſtea ſecuti multi tradiderunt, vt infra latius aperietur. Quod vero Aelaniticum, quod poſtea dictum eſt Perſicum, fuerit huiuſmodi, colligitur è Geneſi, cum ſcribit Paleſtinæ Reges tributa ſoluiſſe Gen. c. 14
B Regi Perſarum, ſiue Aelamitarum, atque in eius exercitu militaſſe tres Reges, nempe Regem Ponti, Gentium, & Sannaar, ſiue Meſopotamiæ, quod non ſolet eſſe niſi Regum aliquo modo ſubiectorum, vt militent in caſtris exteri Regis; & ſane vix fieri poterat, vt Paleſtina Regi Perſarum ſubiecta eſſet, niſi & Meſopotamia, in qua Babylon erat tempore gentium diſperſarum diſturbata à Deo paruiſſet Aelanitarum, ſiue Perſarum Regi. Atque hic magna ex parte imperio tenebat Perſiam, Meſopotamiam, Pontum, vt vertit interpres, & Gentium regna, cum tamen Reges alios in Aſia tam late eo tempore dominatos haud conſtet. Recte igitur Diodorus Tarſenſis
C Epiſcopus, vt eſt in cathena Græca, vocat omnes hos Reges Perſas, quod ſcilicet, omnes obedirent Regi Perſarum, & in exercitu Perſico militarent. Videamus autem quo tempore id contigerit. Anno ætatis ſuæ Abrahamus ſeptuageſimo egreſſus eſt ex Haran, cum defunctus eſſet Noe anno ipſius Abrami ſexageſimo nono, vixit namque ille poſt diluuium annis tercentum quinquaginta, & Abrahamus eſt natus anno poſt diluuium ducenteſimo nonageſimo ſecundo. Prœlium vero inter Reges Paleſtinæ, & Regem Perſarum commiſſum eſt, ante- Gen. c. 12 Gen. c. 9. Gen. c. 11
D quam Abraham genuiſſet Iſmaelem: quod contigit anno ipſius Gen. c. 16 octuageſimo quinto, Ante annum vero quartumdecimum Rex Gen. c. 14 Ælan ſubiecerat ſibi Paleſtinæ Reges, & loca finitima, quod euenit anno Abrahami ſaltem ſeptuageſimo primo, qui eſt poſt defunctum Noe ſecundus. Neceſſe autem fuit, vt multo ante parerent eidē Regi Aelan Rex Sennar, qui eſt medius inter Aelan & Paleſtinam. Ac proinde ſub extremos annos Noe Rex Aelan late imperabat. Semi vero primogenitus erat Aelan, cui contigit Aſia habitanda ex maxima parte, ad eumdemque vti primogenitum maxime pertinebat ſacrarum curatio, vt mirum

non ſit

non ſit, ſi illius poſterorumque latiſsimum foret inter fratres A minores, ac Nepotes imperium. Non legimus autem Aelamitis, qui poſtea dicti ſunt Perſæ, fuiſſe vnquam ſimulacrorum cultum, quod Strabo teſtatur libro decimo quinto. Cælum coluerunt illi, aſtra, atque elementa, quod eſſe magis tolerabile,
Sap.c.13. ait Salomon in libro ſapientiæ, quam colere ſimulacra. Videnturque ex hoc tempore id Aelamitæ cœpiſſe, hos enim primos, numerat Salomon eorum, qui res creatas adorarunt ſummo honore. Vtut res ſit, certe hoc tempore iſti minus peccabant, etiamſi talia venerati eſſent, in Aſia namq. idola colere cæperant aliæ gentes, atque inter eas ipſi Chaldæi, vt habetur Ioſue capite vigeſimo quarto, quod eſt à nobis ſupradictum. Atque B hoc eſt primum tempus Perſici Regni late patentis. Poſtea nãque cæpit imminui, cum legamus Reges Aelan, ſociorumque eius exercitum profligatũ fuiſſe ab Abrahamo, atque ab illius obediẽtia deſciuiſſe Reges Paleſtinæ. Quin annis poſt hæc geſta plus minus quingentis Belus Aethiops Cephei pater Perſiam tenuit, ac poſt eum Cepheus filius, vt ſcribit Herodotus libro ſeptimo. Atque hic eſt Belus, quem Thali hiſtoria, quod refert S Theophilus libro ſecundo ad Autolycum, ſcribit fuiſſe ante bellum Troianum annis tercentem viginti duobus, quod ita eſſe apparet è Chronico Euſebii. Ac proinde non eſt hic Belus C ille fabuloſus, vt aliqui recentiores putarunt, quem Nini patrẽ faciunt, ſed Cephei pater, qui imperio latiſſimo potitus eſt vſque ad Ioppẽ. Cepheo deinde ſucceſſit Perſeus Græcus maritus Andromedæ, ac gener ob id Cæphei Regis, vt ſcriptor idẽ narrat reliquis conſentientibus libro eodem, qui & literas Xerxis id fatentis ad Græcos ſcriptas refert. Hinc dicti Perſæ à Græcis, antea Cepheni, ab indigenis Artæi nominati. Ab hoc autem Belo ſeptimus eſt a Cadmo genus ducens Palamedes, qui bello Troiano interfuit annis, vt diximus, ex hiſtoria Thali poſt Belum, tercentum viginti duobus, vt interpres Virgilii D tradit in iis verſibus.

Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria.

Sic igitur Aelamitæ, aut Perſæ Regibus exteris Aethiopici ſanguinis, ac deinde Græcis obedierunt. amplius belli Troiani temporibus erant in poteſtate Aethiopum. Nam Memnon Aethiops erat, ac Perſiæ dominabatur, vt ſupra è Strabone, & aliis

A aliis explicauimus. Memnonia namque in Perſidæ erat, quod ille teſtatur.

Quid plura, vult S.Theophilus libro ſecundo ad Autolycum, Triarchum Sennacheribi Aethiopem fuiſſe, nomine Adramalech, quod ſi ab hoc eſt ſeptimus Sennacheribus, omnino veriſimile eſt Sennacheribum uixiſſe annis ducentis poſt illum, quæ pertingunt ad tempora Seſac, ac Taræ Aethiopum Regis, de quibus eſt mentio in diuinis libris, & qui fuere temporibus Roboami, Abiæ, & Aſæ Regnũ. Sennacheribus autem, maioreſque illius, non modo Perſiam tenuerunt, ſed etiam quidquid *Iſa. c. 36.*
B eſt vſq; ad montes Sepharuiim. vt eſt in libris Regum, & Iſaiæ, *4.Reg.29*
qui protendebantur vſque ad Indiam, vt vult S. Hieronymus. *S. Hieronymus. lib. de tradit. Hebr. in Geneſ.* Poſt Sennacheribi poſteros, & ſucceſſores Medi dominati ſunt Perſis, quod cuncti ſcriptores tradunt; Iuſtinus libro primo. Herodotus item primo. Diodorus, cæterique omnes. Per tot igitur ſæcula annorum mille plus minus, aut ſemper, aut plerumque in alienigenarum poteſtate Perſæ fuerunt, ex quo à vera religione deſciuere redacti ad pauperrimum & abiectum viuendi genus, vt è libro Herodoti primo conſtat, at nullo prope ſemper habiti ſunt loco.

C Secundum tempus, eſt quo Perſæ maximam temporalium felicitatem ſunt adepti, cum Cyrus natione Perſa ab Achemene ortus, quod vult Herodotus, ex obſcuro genere inquit Iuſtinus libro primo, Mediam, Lydiam, cum finitimis Aſiæ locis, Babyloniã, Syriamque, & cuncta vſque ad Indiã deuicit. Atque hic quum fauerit veræ religioni, non eſt quod referamus. eſt enim notiſſimum, cum reſtituerit cuncta ablata Iudæis, libertatem reddens, ac poteſtatem faciens redeundi ad patrias, & auitas regiones, templique rurſus ædificandi, edictum proponens in hęc verba, vt habetur in fine Paralipomenon, & Eſdræ initio.

D Hæc dicit Cyrus Rex Perſarum, omnia Regna terræ dedit mihi dominus Deus cæli, & ipſe præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa, qui ex vobis eſt in omni populo eius, ſit dominus Deus ſuus cum eo, & aſcendat. Hæc Cyrus. Ampliauit imperium Perſarum Cyri filius Cambyſes, Aegypto, ac magna Aethiopiæ parte adducta in poteſtatem, quæ refert tertio libro Herodotus. Idem tamen ædificationem templi vetuit & ciuitatis, vt refert Ioſephus libri xi. capite ſecundo antiquitatum, interruptaque eſt vſque ad annum ſecundum Regis Darii. Quamobrem cum fuiſſet à Magis interfectus

poſt annos ſeptem Cambyſes, omnia Regna ac nationes deſciuerunt à Perſis, vt narrat Iuſtinus libro primo, ſic igitur vbi refrixit fauor Cambyſis, Perſarumque in veræ religionis obſeruatores, concidit eorum felicitas omnis temporalis. A

Tertium tempus eſt cum Darius Hyſtaſpis filius edicta Iudæis fauentia renouauit, vouerat enim ſe adiuturum templi ædificationem, ſi regnum iniret, vt ſupra retulimus libri tertii cap. ſeptimo. Quamobrem longe plura Iudæis eſt largitus, quã Cyrus, nec modo recepit, quæ defecerant ab imperio regiones, ſed multo plures acquiſiuit, vt ex Herodoto cõſtat. In Europam namque tranſgreſſus, multa Scythiæ, Thraciæq. loca occupauit, Pannonios, ſiue Pæonas priſtinis regnis adiecit, ac multos Græcorum populos ſibi adiunxit, vt late proſequitur Herodotus libro quarto. Stetit Perſarum felicitas temporalis ab anno primo Darii Regis, vſque ad vltimum Darium, cuius præfecti multa ſinceræ religioni, cultoribuſque illius damna intulerunt, vt ſupra explicauimus, circiter annos centum nonaginta. Amplificata eſt felicitas cum pietati ſeruiuit, cõcidit cum deſitum eſt huic faueri. ac tranſlata eſt ad Macedonas per Alexandrum magnum. B

C

Referuntur duo tempora, quibus Niniuitici Reges temporalium bonorum felicitate præſtiterunt, rectæque religioni, aut eius cultoribus fauere, ac ſomnia Cteſiæ Cnidii refelluntur. Cap. II.

NIniuiticum Regnum, quod Aſſur, & Aſſyriorum vocatur in diuinis libris, eſt Regno Perſiæ, ſiue Aelan contiguum, ac vetuſtiſsimum. Nam ſicut Semi primogeniti inter filios Noe primogenitus Aelan Perſico regno dedit initiũ, ſic Aſſyriaco, & Niniuitico, quod ſecundas tenuit, Aſſur ſecundo genitus eiuſdem Semi. Multi è ſcriptoribus profanis contendunt huius conditorem veluti, & Niniues Belum, Belique filium Ninum, quod ſi eſſet, idem foret, vel Sem, vel Aſſur, ac Belus, quod videtur innuere Sanctus Auguſtinus libro de Ciuitate Dei ſextodecimo capite tertio, proferuntque Niniuiticorum Regum perpetuam quandam ſucceſsionem, nominaque illorum. Enimuero nos aſſentimur Sancto Theophilo qui libro D

A libro tertio ad Autolycum ſic ſcribit, Aſſyriorum Reges, qui multis annis interiectis (poſt Aſſur) regnarunt, ſilentium, & obliuio oppreſſit. omnes enim ſolum poſtremorum meminere temporum. Aſſyriorum, quod ſcimus, Reges fuerunt Theglatphalaſar, Salmanaſar. Huius triarchus fuit Adramelech Aethiops, qui etiã Aegyptiaci tenuit gubernacula Regni. ſic ille. & ſane qui dicunt Nini conditorem, vel Belum, vel Ninum non aduertunt, ſe loqui contra Diuinam ſcripturam, quæ clariſſime dicit conditorem Niniues fuiſſe Aſſur, non aut Belum, aut Ninum, & interpetres plerique omnes conſentiunt hunc Aſ-
B ſur eſſe filium Semi ſecundo genitum: ſic S. Auguſtinus adducto loco. S. Hyeronimus libro de locis Hebraicis, Ioſephus antiquitatum libro primo.

Duo tamen in dubium reuocantur. An Reges Niniuitici fuerint Abrahami temporibus, ac paulo antequam naſceretur, adeo potentes, vt Aſiam totam continuerint imperio excepta India, vxorque Nini Semiramis Babylona ampliauerit, & condiderit è manubiis gentium deuictarum, quod Cteſias Cnidius memoriæ prodidit, & an omnes ex eadem ſtirpe fuerint, ita vt ſemper filius patri ſucceſſerit. Quod Velleius paterculus
C ſcripſit. Quantum ad primum conſtat è Diuina Scriptura annis ſexaginta poſt obitum Nini, quem volunt primum latiſſime imperium propagaſſe, & qui ſuperfuit annis poſt Abrahami ortum vndecim, vt vult in Chronico Euſebius, Perſarum Regem dominatum Paleſtinæ, atque vt probabiliter colligitur, Regibus Ponti, quæ regio eſt trans Aſſyriam, Meſopotamiæ, in qua eſt ipſa Niniue, & gentium. Quocirca exiguo tempore ſtetit huiuſmodi imperium, ſiquidem fuit aliquando inter mortales tam latum. Sed neque vnquam fuiſſe vult S. Theophilus, qui aſſerit, & Aſſyriacorum Regum nomina ignorari, ita vt falſum
D ſit de ſententia ipſius fuiſſe vllum, quod ſciatur, cui nomen fuerit Belo Niniues Regi, aut Semiramidi, aut Niniæ. Amplius antiqui omnes exiſtimarunt iſta omnia fabuloſa, quamuis aliquid certi illis ineſſet, hoc diſertiſſime tradidit Diodorus iis verbis in proemio, primi ſex libri, inquit, antiquorum geſta, quæ illi fabuloſa appellant, ante bellum Troianum continent. Sic ille. Quod igitur aliqui dicunt iis credendum, quæ de Nino ac Semiramide narrantur, quod Priſci hęc referant, tãquam credibilia, potius dicendum fuerat, iis non credendũ, quod antiqui omnes fabuloſa aſſerãt, fabulis nimirum multis admixta, ita vt fides

illis adhibenda ſit, quatenus inter ſe, & cum aliis hiſtoriis conſentiunt, maxime vero cum Diuina Scriptura. At multi crediderunt. Non id diſputamus. Sed an credere deberent, ac nos credere debeamus. Videamus autem, an credendum fuerit ei, cui crediderunt omnes, qui ſunt hæc ſecuti. Qui primus hæc tradidit fuit Cteſias Cnidius. Atqui is apertiſsime ineptiſſima, ac repugnantia veritati rerum naturalium pleraque ſcripſit, vt liquet è Photii bibliotheca. Nulla igitur eſt illi fides habenda, ac multo minus eis, qui illum ſequuntur. Quid? nonne Beroſus Chaldæus apud Ioſephum libro primo contra Appionem teſtatur, ea quæ à Græcis tradita ſunt de Semiramide, & eius operibus eſſe falſa. Atqui ſi quis illa affirmare debebat, tamquam vera, hic erat Beroſus, & qui ſiquis poterat ſcire, vera nec ne eſſent, eſt idem. Nam cum ſpectet ad gloriam ſuæ gentis illa credi (Chaldæa namque eſt vna cum Niniue in Meſopotamia, aut eius finibus) ſine dubio Beroſus ſiquid illa veri ſimilitudini habuiſſent, nullo prorſus modo confutaſſet quaſi patriæ ſuæ, prouinciæq. hoſtis: ſilentio ſaltem prætèriiſſet, neque fidem, vel illis adieciſſet, vel abrogaſſet. Non potuit ferre aſſertor veritatis impudentiſsima mendacia. Herodotus Beroſo conſentiens, quæ de Semiramide Nini, vt volunt, vxore, Cteſias eſt ſomniatus attribuit Semiramidi, quæ poſt hæc tempora fuit annis mille, & amplius. Dionyſius Halicarnaſſeus initio hiſtoriarum ſuarum tradit ab Aſſyriis Regibus, quo nomine Niniuitici vocantur, Aſiæ modicam partem poſſeſſam. Non igitur tam late patuit, vt quidam volunt hoc imperium, ac poſſedit vel excepta India, quod volunt, Aſiam totam, vel illius magnam partem. Amplius autem Sybilla Erythrea, vt ſupra ipſius verſus recitauimus, teſtatur primum inter mortales bellum fuiſſe Saturni & Titanum, id vero contigit ſub Abrahami ætate. approbat Sybillæ narrationē Lactantius Firmianus teſtimonio multorum. Hinc ore omnium vatum canitur poſt Saturnum bella incępiſſe, cum nulla prius fuiſſent. Atqui hæc omnia falſiſſima eſſent, ſi Ninus bello finitimis in omnem regionem gentibus illato tam longe regni confinia protendiſſet. Nam fuit ipſius Saturni tempore, vt è Chronico Euſebii liquet, ac S. Theophili libro tertio ad Autolycum, ceteriſque ſcriptoribus. Cumque verum ſit temporibus Theglathphalaſari, Salmanaſari, & Sargon. Aſſyriorū regna fuiſſe vt oſtendemus, ampliſsima, atque hæc iſti attribuant, Nini ac Semirami-

A miramidis fabuloſe primis temporibus veritate mendaciis
confuſa decepti ſunt, & falſa hæc fateri ſuis hiſtoriis cogun- *Lib. 1.*
tur. Vult enim Iuſtinus ante Ninum poſſeſſam fuiſſe Aſiam
per annos mille ac ducentos à Scythis. Enimuero à diluuio
vſque ad Abrahami ortum cum latiſſime Ninus imperabat,
vt iſti volunt, non colliguntur niſi anni ducenti nonaginta *Gen. c. 11*
duo. Qui fieri potuit igitur, vt Ninus iſte antiquus tam
late dominaretur, ſi Scythæ tenebant omnia? Rurſus Hero-
dotus libro primo vult Heraclidas Lydia, maximaque Aſiæ
parte vſque ad Halym potitos annis quingentis, & quin-
B que. Poſt hos vſque ad Cræſum Gygis poſteros annis cen-
tum ſexaginta. Inde Cræſum vſque ad Cyrum. ante Hera-
clidas, & Gigæos ponit ille Cymerios Scythas, cui Strabo
conſentit libro ſeptimo, volens ab eis ortos Phrygas, Bythi-
nos, & conſona Iuſtino ſcribens. qui locus igitur Aſſyriis
eſt relictus? Herodotus idem tradit ab Aſſyriis Aſiæ par-
tem vſque ad Halym poſſeſſam quingentis viginti vſque ad
illud tempus, quo Medi ab ipſis defecerunt, id autem tra-
dunt ipſi accidiſſe non admodum multis annis ante Cy-
rum. Igitur ſupra illud tempus nullum fuit inſigne Aſſy-
C riis regnum, quod quidem recte conſentit cum Diuina
Scriptura, quæ ponit illud floruiſſe imperante Aſſyriis Phu-
lo, Iudæis vero Azaria. Nihil eſt igitur, quod non dete- *4. Reg. 15*
gat iſtam falſitatem à Cteſia proditam, quam ſine dubio
nonnulli ex hiſtoricis & eccleſiaſticis ſcriptoribus exſibi-
laſſent, ſi vel examinaſſent hæc omnia, vel examinare ad ip-
ſos in primis pertinuiſſet. Vt mirum ſit, quid venerit a-
liquibus in mentem dicere, non eſſe vllum probabile argu-
mentum, ex quo ſit à Cteſiæ ſomnijs recedendum. Sed
adhuc pluſima & ſequenti capite, & hoc referuntur. Quan-
D tum pertinet enim ad Aſſyriacorum Regum ſeriem, liquet è
ſuperiori capite Tres Aethiopum Reges diuerſo tempore Aſſy-
rijs dominatos, & in his Belum Cephei patrem poſt Moyſis æta-
tem, Aſſyriacis Regibus nihil fuiſſe, ſed ipſorum cuncta ſæ-
pius ad Aethiopas deuoluta, veluti & ad Aegyptios, ac Scythas
de quibus nunc propoſitum non eſt agere. Agathias prætere
libro ſecundo tradit, quamuis Cteſiam ſequatur, longe ſecus,
veluti, & Herodotus, quod nos ſigno nonageſimo ſecundo expli-
cauimus. Ad ſummam Aſſuri regnum ſatis illud quidem ma-
gnum fuit, vt ea tempora ferebant, quietem ducentibus, cum

pauci

pauci forent, mortalibus, ipſo Aſſur viuente. Tres enim ciuitates magnas tenebat Niniuem, Chale, Cheſen, vt eſt in Geneſi A
Gen.c.10. id autem paucis accidebat, quod habitarent homines in Pagis, ac Vicis. Poſt hæc Aethiopes, Aegyptii, ac Scythæ ſæpius dominati videntur.

Secundum tempus eſt à Phulo Rege vſque ad Sennacheribum. florebat Phul anno trigeſimo nono Azariæ Regis Iuda. inde vſque ad Sennacheribi mortem ſunt anni quinquaginta nouem. Tenuiſſe autem videntur imperio quidquid erat ab Occidente
4 Reg.15 in Aſia cis Halym fluuium. Nam reliqua vſque ad Helleſpontum tunc Heraclidæ tenebant, poſtea Gigæi, vt conſtat ex Herodoto. Ad Orientem videntur poſſediſſe vſque ad Indum, ſiue B
Sephar, quod ſcribunt eſſe Indiæ montem. Quin Sargon Aſſyriorum Rex Aegyptum, atque Aethiopiam cæpit, ac multa præda facta, plurimiſque captiuis abductis expoliauit, vt eſt apud
Iſa.c.20. Iſaiam. Reges uero hi fuerunt Phul, Theglathphalaſar, Salmanaſar, Sargon, Sennacheribus, Aſaradon. Ex his quatuor primi Regibus Iudæ veram pietatem colentibus fauerunt. Quin Salmanaſar videtur amplexatus rectam religionem. Nam cum Phul patrocinium ſuſcepiſſet Phaceæ filii Manahen Regis Iſrael, atque hic occiſus fuiſſet ab alio Phacde filio Romeliæ Idolatra peſſimo, Tunc ſucceſſor Phuli Theglathphalaſar deuicto C
hoc tranſtulit Iſraelitarum populos aliquot idolatras in Aſſyrios. Hic autem Theglathphalaſar defendit Acaz Regem Iuda, Iudæoſque aduerſus Raſim Syriæ Damaſcenæ Regem. The-
4.Reg.15 glathphalaſar ſucceſſit Salmanaſar. hic tranſtulit omnes Iſrae-
16. litas, qui maxima ex parte ad Idola colenda deflexerant in Mediam. Contra vero in Samariam trãſtulit Babylonios, Hæueos, & Cuthæos, iuſſitque vt colerent Iudæorum Deum, quin his temporibus Ionas predicauit in Niniue, ac rex ipſe ſiue Theglathphalaſar, ſiue Salmanaſar cum populo omni amplexatus D
eſt verum Dei cultum, quod habetur in ipſius prophetæ prædictionibus. Salmanaſar quidem multa largitus eſt Thobiæ, quem ſemper habuit in magno honore dans poteſtatem, quocunque
Thob.1. vellet proficiſci. Cumque hi potẽtiſsimi omnium Reges eſſent, nihil vnquam tamen Regibus Iudæ nocuerunt. quamuis ob maximas vires facile iis foret exercitus mouere aduerſus illos, & confidere à ſe illos debellandos. Sennacheribus duntaxat eſt auſus aduerſus Ezechiam & Hieruſalem ſuos exercitus ducere, & execranda multa in Deum iactare: quo tempore contigit, vt ex

illis

A illis diuinitus interficerentur cētum octuaginta quinque homi num millia. Atque ipſe paulo poſt multis modis Hebræos diuexans à proprijs filijs in templo occideretur, ſucceſsitque illi Aſſaraddon filiis duobus aliis in Armeniam profugientibus. Atque ex hoc concidere cœpit imperium Niniuiticum, ſiue Aſſyriorum, cumque prius Babylon eſſet Niniuitico Regi ſubiecta, nam Babilonios tranſtulit in Samariam Salmanaſar Nini Rex, Ideoque neceſſe eſt dicamus illi eos obediuiſſe; ac Sennacheribus eſſet hoſtis Ezechiæ Regis, Hebræorumq. omnium, ex hoc tempore illa diſceſsit ab obedientia Niniuitici Regis. *4.Reg.19* *Iſa.c.36.* *73.*

B Nam Merodach Baladan Rex Babylonis miſit nuncios ad Ezechiam Regem Hebrçorum cum libris, & muneribus, quod non egiſſet vllo modo, ſi Niniuitico Regi hoſti Regis Ezechiæ paruiſſet. Quin Babylonicum regnum ſic eſt euectum, vt Nabuchodonoſorus Rex omnia ſibi ſubiiceret, vt infra oſtendemus.

Diſceſsiſſe præterea à Niniuiticis Regibus aliarum regionum gentes ex alio conſtat, Nam qui peremerunt Sennacheribum filij receperunt ſe in Armeniam. quod ſi hæc paruiſſet Niniuitico Regi, illi eo non conceſſiſſent. Ex hiſtoria denique Iudith cognoſcimus apertiſſime Medos, ac reliquas gentes Ni

C niuitico Regi Nabuchodonoſoro haud paruiſſe, & quamuis hic amplificare imperium conatus fuerit, tamen ei non reſpondit euentus Holoferne profligato, ac turpiter eius exercitu in fugam conuerſo, Neque multo poſt Niniue capta eſt a Medis ſub extremis annis Regis eorum Ciaxaris, antequam Cyrus Perſarum Rex Aſtyagem filium Ciaxaris, auumque ſuum Regno expelleret annis triginta quinque, ac paulo plus, vt clariſsime è libro primo Herodoti conſtat, dirutaque eſt, cum Rex eius Nabuchodonoſorus ad tantam mentis elationem veniſſet, vt ſtatueret omnes Deos Terræ exterminare, atque ipſe ſo-

D lus haberi pro Deo, vt capite tertio Iudith narratur, vt ſciamus omnem bonorum temporalium felicitatem exiſtere à vero religione, ac ſimul vtraque intercidere, initiumque fieri à contemptu, & interitu religionis.

Oſtendi

Oſtenditur Babylonicos Reges veræ religioni, aut eius cultoribus ſtuduiſſe, cum maxime temporalium bonorum felicitate præſtiterunt, ac falſa quædam confutantur. Cap. III. A

POſt Niniuiticum Regnum, quod in ſacris libris Aſſur, ſiue Aſſyriorum vocatur, eſt Babylonicum, quod in illis tum Babylonis, tum Chaldæorũ ſolet appellari. & Babylonis quidem nulla eſt omnino in iiſdem mentio, poſt quam fuit diuinitus eius ædificatio diſturbata, Nembroto regnante, niſi poſt multa ſæcula imperante Aſſyriorum, ſiue Niniues Rege Salmanaſaro, cui tunc illa obediebat, ac paulo poſt hoc tempus, fuit illius Rex Merodach Baladan, vt eſt apud Iſaiam. Ante hoc tempus neque Rex Babylonis, neque Babylon in diuina Scriptura nominatur, ſed illius regionis Rex appellatur Rex Sennaar, ipſa regio Sennaar, ſic legimus ſepe in Geneſi. Aut etiam terra illa Hæbraicè nuncupatur Nararain Græce Meſopotamia, Latine Interamna, quod inter duos amnes ſit collocata Euphratem, & Tigrim, ita eſt in Deuteronomio, cum dicitur è Meſopotamia accerſitus Balaam, atque in libro Iudicum Chuſam vocatur Meſopotamiæ Rex. eodem modo vocatur Padanaran in Geneſi cum miſſus eſt Iacob ab Iſaaco patre ad Bathuelem in Meſopotamiam, ſic enim vertit interpres latinus. E quibus colligi poteſt per multa ſæcula nullam fuiſſe Babylona poſt homines late diſperſos. Alioquin quemadmodum terræ illius Rex in diuina Scriptura per mille ducentos atque amplius annos vocatur Rex Sennaar, vel Nararain, vocaretur Rex Babylonis, aut contra cum poſtea nuncupetur Babylonis, non ita, ſed vt prius nuncuparetur. Quod ſi quis dicat dirutam fuiſſe Babylonam poſt ætatem Nini, Semiramidis, aut liberorum ipſius, iſtud erit ariolari, & cõtra illos ipſos erit, qui volunt Niniuiticos Reges potentiſsimos vſq; ad Sardanapalum fuiſſe, & nihilominus illa regio non multo poſt Abrahami mortem vocatur Padan Aram ac latinus interpres Meſopotamiam vocauit. Sic etiam dicitur ſæpius Abraham ſeuocatus à Deo, ex Vr Chaldæorum. neque tamen cum ſepius incidat occaſio nominandæ Babylonis vſquam fit illius mentio, niſi temporibus Ezechiæ, & quidem ſi tam cito poſt homines à Deo diſperſos, ac diſturbatam Babylonis,

[Margin notes: 4.Reg.17 — Iſa. c.39. — Gen. c.10 — Deut. cap. 23. — Iud. ca. 3. — B — C — D]

A bylonis, ac Babylonicæ turris molitionem Babylon extructa tam magnifice fuiſſet, irritus Dei conatus omnis extitiſſet, & tamen ſcriptor diuinus oſtendit enixam, vehementemque Dei voluntatem fuiſſe ne procederet, aut eſſet hæc Babylonicæ Turris ædificatio, atque ob id inquit homines diſsipatos in remotiſſimas oras, eorumque linguas confuſas. Atque concludunt omnes Hebræi mortalium diſperſionem contigiſſe ſub extremos Phalegi annos Abrahamo iam nato annis poſt diluuium vniuerſale ducentis nonaginta duobus, Heberumque impoſuiſſe illi nomen præuidens hanc diſperſionem, ſequuntur eandem ſententiam Sanctus Hieronymus in Hebraicis traditionibus in Geneſim, & Chryſoſtomus homilia trigeſima in Geneſim. multi preterea ex aliis. At iſti volũt extaſſe Abrahamo orto ſub annum quadrageſimum tertium regnantis Nini, Babylona, magnificeque à Belo & Nino conditam, magnificentiuſque à Semiramide vxore ornatam. Cum tamen orto Abrahamo non eueniſſet perfecta diſperſio, & probatur hoc apertiſſime ex vndecimo Geneſis capite vbi dicitur, Thare Abrahami patrem ſeceſſiſſe ex Vr Chaldæorum cum familia ſua Abrahamo ſcilicet filio ſuo, Sara vxore ipſius, ac Lotho Nepote. In his autem C lingua Hebraica conſederat, quæ differt à Chaldaica, & tamen tunc dicuntur eodem loco ſedes habuiſſe eos, qui Hebraica & Chaldaica lingua vtebantur. Non igitur ſeparatæ erant omnino gentes, vel cum duxiſſet Abrahamus vxorem. & nihilominus, qui Cteſiæ Gnidij ſomniis decepti ſunt volunt à Belo, poſt gentes diſperſas, conditam Babylona, ab eius filio Nino è gentium deuictarum ſpoliis ampliatã, quo tempore natus eſt Abrahamus, magnificentiſſime vero exornatam à Semiramide. Quæ neceſſe eſt eſſe falſiſsima, quando veriſsimi ſunt diuini libri.

D Certiſsimumque eſt ex aliis, longe poſt ortum Phalegum contigiſſe diſperſionẽ. Natus namq; eſt ille anno poſt vniuerſale diluuium centeſimo primo. Atqui neceſſe eſt ipſe adoleuerit antequã diſperſio contingeret. Conſtituit enim linguam, & ipſe ſuam, præterea vero & gentem, vt è Geneſis capite vndecimo liquet, neque poterat linguam conſtituere, qui fari neſciebat, neque gentem, cui filii non eſſent. Atque, vt apparet è capite ſequenti, non ſolebant coniugem ducere, niſi qui iam vicini eſſent anno ætatis trigeſimo. Quocirca opus eſt longe poſt annum centeſimum primum ab vniuerſali diluuio eueneric

diſperſio, cum iam linguam potuiſſet expedire Phalegus, & è filiis iam natis familiam conſtiruere. Quid quod Phalego frater erat Ieċtan, & huic tredecim filij, & vltimus ex his linguam propriam gentemque conſtituit. igitur oportuit, & vltimum hunc habuiſſe filios, e quibus familiam propriam conderet, quod vult diuina Scriptura. ex ijs fit multo poſt ortum Phalegum gentes diſperſas, quod è ſubieċta Tabella colligitur. A

Sem genuit Arphaxad anno poſt diluuium 2.

Arphaxad Sale ætatis anno 35.

Sale Heberum 30.

Heberus Phaleg trigeſimo quarto, quod ſi prius genuit Ieċtan, & vſitatus gignendi mos non immutatur, Ieċtan ortus eſt anno trigeſimo Heberi patris, quamuis Ieċtan videatur natus poſt Phalegum, ſi ſequamur ordinem ſcripturæ capite 15. ſed tamen demus natum anno Heberi trigeſimo 30. B

Ieċtan genuit primum filium ſimiliter anno trigeſimo, ſed vltimum, qui eſt tertius decimus, quonam dicemus veriſimiliter anno natum? Num dare volumus cuilibet filio tres annos, ita, vt ſint præter primum, ac tertium decimum filium triginta nouem anni? Demus tantum annos triginta, & notemus ita. 30. C

Iobab vltimus filius Ieċtan, qui linguam propriam, gentemque cõſtituit, neceſſario loquebatur, & habebat filios, alioquin, qui confuſa eſſet ipſius lingua? Qui condidiſſet vllam gentem? Ab his enim diuina Scriptura cap. 11. inquit diuiſę ſunt gentes. ergo & hic habebat gentem ſuam cum reliquis antea coniunċtam, à quibus eſt diuiſa, ac ſaltem vnum infantulum, ac proinde cum Phalegus ageret ætatis annum oċtuageſimum ſextum erat Iobab anno ætatis 30.

Summa annorum eſt centum oċtuaginta ſeptem, ante quos nullo modo potuit eſſe gentium diſperſio iuxta hiſtoriam diuinæ Scripturæ. Sed antequam gentes iſtæ diuiſæ peruenirent ad vltimas Africæ, Aſiæ, Europæque oras inſumpſerunt aliquot annos, antequam coquerent calcem, ſaxaque ad Vrbes attollendas colligerent, multo plures, antequam diuitias compararent, è quibus volunt iſti à Belo, quod ille ſpoliarit omnes, conditam Babylona, longe plurimos. At poſtremo neceſſe eſt Belum peragrauerit omnes regiones, ſpoliarit, reuerſus fuerit, ac Babylona ædificarit. At Belum volunt obiiſſe priuſquam naſceretur Abrahamus annis quadraginta tribus. D

Sic

A Sic notat in Chronico Euſebius, dabunturque tantis rebus efficiendis tantum ſexaginta duo anni. Hi namque dumtaxat intercedunt inter annum ducentiſimum quadrageſimum nonum, quo Belus obiit, ac centeſimum octuageſimum ſeptimum, quo Iobab vltimus filius Iectan poterat linguam propriam, gentemque conſtituere, quæ ſane omnia tam breui fieri non poſſunt, & maximas continent abſurditates, quaſi Deus tam acrem vindictam exercuerit in omnes mortales ad diſturbandam Babylonis ædificationem, ac mox tam breui, tam mirabiliter fuerit amplificata, ac magnificentiſ-
B ſime exornata. Stet itaque Babylonem iacuiſſe omnino vſque ad Reges Iudæ. Nam temporibus Salmanaſari Babylon extabat regnante Achaz Ezechiæ patre, Ptolomeuſque Almageſti libro quarto capite ſeptimo meminit Mardocempadi, quem vult diſtaſſe ab anno decimonono Hadriani annis octingentis quinquaginta quatuor, ita, vt incidat hoc tempus in Ezechiam. Rurſus idem ſcribit libro quinto capite decimo quarto diſtare Nabonaſarum ab anno ſeptimo Cambyſis, annis ducentis viginti quinque, qui incidunt in Achaz patrem Ezechiæ. Denique ait libro quin-
C to capite decimo quarto Nabopolaſſarum diſtare ab anno ſeptimo Nabonaſſari ſuperioris annis centum viginti ſeptem, qui incidunt in tempora Ioſiæ Regis, ſub quo fuit deinde Nobuchodonoſorus eius filius, vt refert e Beroſo Ioſephus libro primo contra Appionem, fueruntque omnes hi Reges Babylonis, vt ex eodem Ptolomæo cognoſcimus. Ex hoc itaque tempore Babylon poſt annos mille, ac ducentos, & amplius cum diſturbata eſſet à Deo ipſius ædificatio, rurſus cæpit inter homines aliquod nomen habere. Quocirca obſeruationes aſtrorum, quæ potiſsimum
D traditæ ſunt à Babyloniis, atque omnium ſunt antiquiſſimæ non ſuperant annos quadringentos octuaginta, quod conſtat ex Almageſto Ptolomæi, ac tradit Beroſus ipſe Babylonicus, aſtrologiæque peritiſſimus, ac proinde digniſſimus, cui fides habeatur, aliiſque inepta aſſerentibus abrogetur, vt à Plinio docemur, ſic etiam Beroſus hiſtoricus & ipſe Chaldæus (ni ſit idem cum ſuperiori) mendacij Græcos arguit apud Ioſephum libro primo aduerſus Appionem, qui dicant ſecuti Cteſiam Gnidium à Semiramide Nini uxore factum, quod Nabuchodonoſorus egit in conſtruen- *Plin. l. 2 c. 37. & 56.*

da Babylone, aut vxor Semiramis cuius nomen, ac fa- A
cta antiquiſſima fabulator Cteſias tradidit, quod etiam re-
fert Herodotus Beroſo conſentiens, libro ſecundo. Quam-
obrem iactat ſe merito apud Danielem Nabuchodonoſorus
Babylonam à ſe conſtructam, quaſi prius aut nulla eſſet, aut
propè nulla. Atque hæc ſint ſatis quantum ad Babylonam.
Quantum vero ſpectat ad ipſius regnum, non extulit ſe
illud niſi regnante Nabunaſſaro, ac deinde filio Nabucho-
donoſoro, qui Hieroſolymam cum templo diruit, atque
Hebręos in Babylonem captiuos abduxit. cauſæ exciſio-
nis extitere. Prima quidem, quod in templo ipſo cole- B
rentur omnia reptilia, eorumque ſpurciſsima ſimulacra
in eius parietibus depicta haberentur, colebanturque hęc
à ſupremo ſeptuaginta virorum coſeſſu, atque ipſorum
Ezec.c.8. Principe Scriba, thure adhibito, vt habetur apud Ezechie-
lem. In porta pręterea illius Aquilonari ſedebant mulie-
res Adonidem flentes. In Orientali autem inter veſtibulum,
& altare viginti quinque viri dorſa habentes obuerſa con-
tra templum, faciem vero ad ortum, quod Solem colerent. in
ipſoque templo palam Diis gentium ſacrificabant, vt legi-
Hier.c.7. mus apud Hieremiam. Secunda, filios ſuos Diis immolabant, C
& 19. atque incendebant, vt eſt apud eundem Prophetam, & Iſa-
iam, quod ſane à Babyloniis haud legimus ita factitatum.
Tertia ſecundum numerum ciuitatum Deos ſibi conſtitue-
Iſa.c.7. runt, vt eſt apud eundem. In ipſa porro Hieruſalem ſin-
Iſa. ca. 2. gulis erant arae dedicatę Baalim, quod idem vates lamen-
& 11. tatur, omnique militiæ caeli ſacrificabatur. Talpę ac Veſ-
pertiliones erant in numero Deorum, atque ita Iudęi non
modo impietatem Chaldæorum, ſed Aegyptiorum quoque
amplectebantur. Hieruſalemque iam ſentina erat cuiuſ-
libet impietatis. ob id Hieremias ait, alloquens Hieru- D
ſalem principes quoque Mempheos & Taphneos conſtu-
prauerunt te vſque ad verticem. Quarta eſt Iudęi ſe ſe nul-
lo non ſcelere obtrinxerant, ita vt Iſaias eruperit in illa verba.
Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite
Iſa.c.1. auribus legem Dei noſtri populus Gomorræ, & Oſeas male
dictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulte
Oſe.c.4. rium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Hæc prophe
ta ſanctus.

Iam

A Iam vero cum fuerint inter Iudęos iuſti, peſſime accipieban tur ab illis. Iſaiam namque ſerra medium diſſecuerunt, vt poſt alios ſcribũt Origenes, & Chryſoſtomus in caput x. Epiſtolę ad Romanos, Hieremiam lapidibus obruerunt, quod *S.* Hieronymus tradit. Chaldæi contra iuſſu enim Nabuchodonoſori honorificentiſſime eſt habitus Hieremias, ac muneribus honeſtatus. Ac licet ipſe Nabuchodonoſorus ab initio veræ pietati *Ier. c.* 40. non fuerit addictus. *I*ta tamen eam poſtea coluit, vt edicto pro poſito verum Deum confeſſus fuerit, pœnamque adiecerit, ſi quis aliud in eum contumeliæ dixiſſet, Danielemque conſtituit *Dan. c.* 2.
B Principem ſuper omnes Prouincias Babylonis, & Prefectum 3. 4. magiſtratuum ſuper cunctos ſapientis Babylonis. Hinc illa eiuſdem Regis verba. Ego Nabuchodonoſor laudo, & magnifico, & glorifico Regem cæli, quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare. Hæc ille, è quibus vult. S. Auguſtinus Nabuchodonoſorum perueniſſe ad eternam ſalutem. Continuit autem Nabuchodonoſorus imperio quidquid eſt vſque ad Herculis columnas, Hiſpaniam, regiones Aſiaticas ab Haly ad Indum, quod refert Ioſephus libro primo aduerſus Appionem, & indicat Strabo libro
C decimoſexto. Atque ita Babylonicum Regnum floruit, atque omnium bonorum temporali felicitate præſtitit, cum Rex eius rectam religionem coluit. Excidit ab illa, cum liberi ipſius hanc ſpreuerunt, & maxime, vt ſupra dicebamus, Balthaſar ſiue Nabonitus, qui à militibus Cyri eſt obtruncatus. Florere cæpit, cum Merodach Baladan, qui videtur eſſe idemcum Marcedompado Ptolomæi libros, munera, & legatos ad Ezechiam Regem miſit. Atque ita, quo propius abfuit à ſinceræ pietatis cultu, ac ſtudio piorum, felicitatem temporalium minus, magiſue eſt
D adeptum, quod omnia ſcilicet temporalia pendeat à religione.

Tria

Tria Aegyptiaci regni fel.cia tempora memorantur, quibus Aegy- A
ptij rel Aegyptiorum Reges minus abſuerunt a vera religio
ne,& aliquibus diſcuſſis plurima falſa confutantur.
Cap. IIII.

AEgyptiacum Regnum, varia, mendaciiſque mul-
tis, atque obſcuritatibus inuoluta euenta com-
plectitur. Nam ſi qua gens fabulis eſt delectata,
hæc eſt Aegyptiaca. Ab ea in Deos conficta, quæ
carminibus mandarunt Orpheus, Heſiodus, Ho-
merus, & à quibus impia multa in Deum ſuperoſque iactata. B
Et tamen idem Deus nunquam deſtitit vijs omnibus illius po-
pulum reuocare ad veritatem, ſinceramque religionem. A qua
quominus receſſit, eo magis temporalium felicitate abun-
dauit.

Primum tempus Aegyptiaci Regni, cum præſtitit felicitate
temporalium, eſt, cum Ioſephus Iacobi filius Aegyptum guber-
nauit, trigintaque eſſet annorum, vt habemus è Diuina Scriptu
ra. Præfuitque annis octuaginta, nam vixit centúm ac decem.
Gen. c. 47 Defuncto deinde illo fratribus ipſius, & cognatione illius æta-
& vlt. tis, deiecti ſunt ex omni dignitatis loco Hebræi, Regnauerunt C
autem temporibus his, vt Euſebius notat, poſt annos duode-
cim, ex quo Ioſephus eſt Aegypto præpoſitus, Amaſis annis vi-
ginti quinque, Chebron tredecim, Amenophis vigiuti vno, Me-
phres duodecim. Nono huius obiit Ioſephus. Atque hic Me-
phres omnium primus Obeliſcos erexit ſomnio monitus. Quod
Plin. l. 8. Plinius memoriæ prodidit. Regnabatque hic Heliopoli, inquit
c. 36. idem, qua ex vrbe vxorem duxerat Ioſephus, quod eſt in Gene-
Gen. c. 47 ſi, ædificatamque vult Plinius ex Iuba id referens ab homini-
bus Arabici generis, ac Sacerdotum ſedem fuiſſe, eos autem ſo
lertiſsimos extitiſſe, vt Herodotus libro ſecundo narrat. Ad- D
uertendum autem illud, haberi latine Heliopolim, cum ſit He-
braice On, quę ciuitas à Ptolomæo ponitur non longe ab He-
liopoli, ita vt hæc è ruinis illius condita videatur, atque ex illa
in hanc commigratum fuiſſe à Sacerdotibus, fauit autem ma-
xime ſacerdotibus Ioſephus, immuneſque iuſſit eſſe à tributis,
atque iis cibaria præbuit e domo Regia. Coniux namque ip-
ſius erat filia ſummi Sacerdotis inter Aegyptios, ac tanta illis
fuit poteſtas, vt Reges nihil agerēt, niſi ex ipſorum præſcripto,
quod ſupra libro ſecundo aperiebamus. Hæc vero omnia fue-
runt in-

A runt inſtituta ab ipſo Ioſepho, vt eſt in pſalmo centeſimo quarto, & Geneſis capite quadrageſimo primo.

In Vrbe autem Tani plerumque Reges Aegypti habitabant, eademque hæc eſt cum Sai, quod Srabo refert libro decimo ſeptimo, & hebraice vocatur Soah, quaſi Sais, atque eſt prope oſtium Taniticum, vt idem narrat. Ac mirifice labitur, ſicut in multis, qui Italicè librum ſcripſit de Obeliſcis, qui Thæbas, ac Tanim vult eſſe eaſdem, cum ſit hæc non longe à mari in extremis oris in Aquilonem ſpectantibus, illæ in finibus Aethiopiæ ad Auſtrum, quod idem cum Plinio, & Herodoto narrat, Saimque, & oſtium Saiticum vocat, quod alii Tanim, & Taniticũ, diſtare aſſerens à Thebis ſtadia ſex millia centum viginti. Atque in hac Tani ſedem habebat tum Rex ille, quicum loquutus eſt Moyſes, nam mirabilia fecit in Campo Taneos, quod eſt in pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo, ac refertur inter antiquiſſimas Ciuitates, vt habetur in libro Numerorum. Anno autem duodecimo, quo Ioſephus eſt Ægypto præpoſitus, deſiit paſtorum Dynaſtia, quod Euſebius obſeruauit, atque adnotauit. Ac tunc incepit Politanorum. exoſiſſima illa Aegyptijs fuiſſe videtur. iccirco habetur in Geneſi, deteſtantur Aegyptii omnes paſtores

Plí.l.5.c.10
Her.l.2. & 3.
B
Num.13.
Gen.46.

C ouium. Cum vero Ioſephi fratres, & ipſi paſtores fuerint, licet illa deſierit tribus vltimis annis, cum ſunt ingreſſi Aegyptum, poſteaque incæperit Politanorum Dynaſtia, Hinc accidit, vt Manethon libris aliis inſectatus Hebræos, iiſque præteritam attribuens, vtramque, & eorum tempora confuderit, aliis vero diſtinxerit, vt recte Euſebius etiam diſtinxit, quamuis hic ſuſpicetur, ideo ſuperiorem ex ordine decimam ſeptimam Paſtorum vocatam, quod in exitu illius poſtremo, tribus ſcilicet annis vltimis, in Aegyptum Ioſephi fratres commigrarint, qui paſtores erant. & tamen apertiſsime ſcimus è ſacra Scriptura

D iam tum fuiſſe inuiſos Aegyptiis Paſtores: eorumque Dynaſtiam, cum perſtiterit annis cẽtum duobus, non duraſſe, ex quo aduenerunt fratres Ioſephi, niſi tribus, vt ipſe adnotauit annis. Ac ſequentem Dynaſtiam, qua commorati ſunt in Ægypto Hebræi, annis ducentis quindecim, ex ordine decimam octauam permanſiſſe annis tercentũ quadraginta octo, dictamque hanc Politanorum, ſiue Vrbanorum, veluti oppoſitam præteritæ, quę appellata eſt Paſtorum. Feliciſsimum vero fuit Aegyptiacum Regnum, quandiu Ioſephus præfuit, per annos octuaginta, & quandiu poſt illum per alios quinquaginta plus minus nihil eſt

Hebræis

Hebræis illatum moleſtiæ. Quod eſt tempus annorum centum A
triginta. Non enim ſolummodo pauit orbem maxima anno-
rum ſeptem ſterilitate afflictum, doctrinamque ſacrarum re-
rum, & ciuilium percepit, ſed etiam quod Oſyris, ſiue Apis ille,
vt ſupra adnotauimus, videtur vixiſſe, qui terras omnes pera-
grauit, & plurima optima paſsim fertur effeciſſe. Ob quæ abſur
diſſime poſtea cæleſtes illi honores dederunt. Decidit ob hac
felicitate, commota in Hebræos perſecutione diriſsima, cum
variis, vt habetur Exodi initio, eſt calamitatibus proſtratum,
& euerſum. Rexque, & exercitus eius maximus Rubro mare
eſt ſummerſus. Ac paulo poſt Regnum eſt diſciſſum. Epaphus B
enim, iactans ſe Iouis, & Ius filium, Aegyptum ſecundam occu-
pauit, Memphimque condidit anno decimo octauo poſt Aegy-
ptios ſubmerſos, vt Euſebius adnotauit. Memphis porro erat
vbi Nilus diuiditur, Aegyptumque in formam Delthæ, quo no
mine eſt ab aliquibus vocata, redigit, quod inter alios Herodo
tus libro ſecundo ſcribit, ac Strabo decimo ſeptimo. Poſt Epa-
pum deinde regnauit in Aegypto ſecunda Buſyris illi crudelis
eius nepos, vt Euſebius notat. Amplius autem Danaus, & Ae-
gyptus, qui & Remeſſes, ambo fratres, poſt annos viginti tres
ex oppido Chemi Aethiopici, aut Arabici generis, vt infra ape- C
riemus, Aegypti reliquum ceperunt, atque ita iacuit diſcer-
pta Aegyptus per annos centum quinquaginta plus minus.
Non videntur autem Remeſſes, ac Danaus fratres nefandis, qui
bus Aegyptij, ſuperſtitionibus inuoluti. Nam Danaus cum
magna ſuorum manu profugit in Græciam, Argoſque occupa-
uit, ac de ſuo nomen Græcis fecit, neque tamen attulit vllas in
Græciā ſuperſtitiones Aegyptiorum, ſine dubio illaturus, ſiqui
dem deditus eis fuiſſet. Neque Græci leguntur vnquam co-
luiſſe aliquod animalium, quibus Aegyptij diuinos honores da
bant. Cumque Aegyptus hic nomen Aegypto dederit, vt om- D
nes conſentiunt, neque tenuerit, niſi vſque ad Memphim, vt di-
ximus, patet, olim terminos Aegypti non pertinuiſſe niſi vſ-
que ad Nili diuiſionem.

Secundum tempus decimæ nonę Dynaſtiæ, quo maxime flo-
ruit Aegyptus, fuit imperante Seſoſtri. Hunc putauit Ioſephus
eſſe eundem, quem nominat Diuina Scriptura Seſac, & exerci-
tum ingentem duxit aduerſus Hieroſolymam, eamque cepit
ac pecunias templi, ſcutaque aurea diripuit. atque hæc opinio
mihi aliquando non diſplicebat. Mouentur, qui eam ſequuntur

duobus

A duobus argumentis. Prima, inquiũt, ſyllaba Seſoſtris, & Seſac eſt eadem. ſed infirma eſt coniectura: cum ſint innumera vocabula, quibus eſt eadem prima ſyllaba, & tamen eandem rem nullo modo ſignificant: alioquin abſurda multa acciderent. Quod ſi id attendendum foret, cur non Sethoſis, ac Seſoſtris iidem ſint, quibus prima, & vltima eſt eadem, vtriſque autẽ tres? Addunt aliã coniecturam. quod Seſoſtris Palæſtinam cepit, & Seſac Hieruſalem. Atqui plures alij Reges Palæſtinam ceperunt, vt ille idem Sethoſis, quod libro primo aduerſus Apionem Ioſephus è Manethone ſcribit, & Iudęa, in qua eſt Hieruſalem, B Syriæ magis mediterranæ, quam Paleſtinæ maritimæ adnecti ſolet. Quod autem Seſac non ſit idem, qui Seſoſtris, ordo temporum nos cogit fateri. Ariſtoteles enim diligens, & grauis auctor libro Politicorum ſeptimo capite decimo clariſſime ait, Seſoſtrim fuiſſe multis temporibus ante Minoem Regem Cretæ. Hic autem vixit multo ante bella Troiana, Herculem, Theſeumque, & Argonautas, bellaque illa exarſerunt ſub tempora Iephte, vt è Chronico Euſebij conſtat, igitur longe ante hæc fuit Seſoſtris. Eodem modo Herodotus antiquiſsimus ſcriptor, qui diu fuit in Aegypto, ac diligenter eſt facta Regum, C temporaq. illorum percunctatus, vult inter Seſoſtrim, bellumque Troianum duos Reges vixiſſe intermedios Pheronem, & Protheum, quo regnante Paris Helenam rapuit. Similiter, & Diodorus remotiſsimum facit à temporibus Seſac, & Ioſiæ, Seſoſtrim volens fuiſſe multo ante excidium Troiæ. Valerius item Flaccus canit, Argonautas in Colchidem profectos, ex quo Seſoſtris reliquit in ijs locis plurimos e ſuis militibus, quibus aſſignauit ea loca inhabitanda, ac tenenda, veluti opulentiſsima, & ad imperium, quod animo amplexus erat latiſsimum ſtabiliendum, perpetuandumque accommodatiſsima. At- D que ita vult eo veniſſe ante res Troianas, ita ſcribens:

— vt prima Seſoſtris
Intulerit Rex bella Getis, vt clade ſuorum
Territus, hos Thebas, patriumque reducat ad amnem
Phaſidos hos imponat agris, Colchoſque vocari
Imperat.

Rurſus, ex alio fieri non poteſt, vt ille Seſac ſit Seſoſtris. Nam ſcribit Diodorus, ab hoc regnatũ triginta tribus annis, cũ Aethiopas, Arabas, Palæſtinos, Aſiaticos, Reges omnes vſque ad Gangẽ, Mediã, Scythiã vſque ad Tanaim, Thraciamq. in Euro-

pa, Cycladas inſulas ex maiori parte in ſuam poteſtatem redegiſſet, quibus ingenti cum gloria confectis, in Aegyptum redigiſſe; cumque plurimos Reges bello captos ſecum duxiſſet, ceruicibus eorum trahi currum ſuum voluit, ſorte ſingulis diebus educens, quinam traherent ex illis. ob id Lucanus ita cecinit: A

Venit ad occaſum, mundique extrema Seſoſtris,
Et Phairos currus Regum ceruicibus egit.

Atqui tempore Salomonis, & Roboami Heraclidæ Reges Aſiam tenebant, ac pacifice tenuerunt vſque ad Gygem. Iones ſimiliter, atque Aeoles a nullo vnquam deuicti vſque ad Cræſum, quod libro primo Herodotus narrat. Quæ falſa eſſent, ſi Seſoſtris hac ætate vixiſſet. Illud æque falſum foret, quod in Chronico Euſebius notat. Roboamo, Abia, & Aſa regnantibus Thracas obtinuiſſe imperium maris. Tenuit enim Seſoſtris quãdiu regnauit. Quid illud? poſt annos viginti ex quo Seſac templum diripuit, Zara Aethiopum Rex cum decies centenis armatorum millibus iter arripuit in Iudæã, acieq. certauit cum Rege Aſa. qui vero id moliri, nedum perficere valuiſſet imperante, rerumque omnium ſummam per tot annos tenente in Aethiopia, & finitimis locis alijſque Seſoſtri? Videamus quid probabilius poſſit adferri. Atque illud in primis admiratione aliqua dignum conſideremus. Neque à Manethone, neque ab Euſebio, qui ſigillatim Regum nomina ac tempora, quibus vixerunt, recenſuere, Seſoſtrim nominari. Neceſſe eſt igitur huius nomen apud illos aliquo modo varietur, quod euenire ſolet ob diuerſas linguarum pronunciationes, aut quod ab aliquo ſcriptore ſit paulo diſſimilius relatum, paulatimque immutatum, quamuis, & aliquibus plura fuerint nomina, vt Romanis prænomen, nomen, agnomen, cognomen. Quantum porro ad Seſoſtrim. Ille nobis eſt Seſoſtris exiſtimandus, in quem nomen haud omnino diuerſum, tempus, ac facta ſimilia, ac ſine dubio minus differentia cadent.

B

2.Par.14

C

D

Igitur Sethoſis nomen omnium maxime conuenit Seſoſtri, ita eum vocat Ioſephus ex Manethone, qui aſſerit ab eo deuictos Cyprios, Phænicas, Aſſyrios, Medos, Zethos appellatur vltima ſyllaba detracta ab Euſebio, ſcribitque initium dediſſe decimæ nonæ Dynaſtiæ. nomen bene conuenit. regnare cæpit ante bella vltima Troiana centum octuaginta ſeptem annis plus minus, eiuſque filium Rhampſem (ita vocat Euſebius. Nam cõmuni Regibus Aegyptiis nomine appellat illum Herodotus

A dotus, Pheronem, ſiue Pharaonem) Cornelius Tacitus refert
libro annalium ampliſſime dominatum, quia à patre parta Re
gna exceperit imperãs Lybiæ, Æthiopiæ, Medis, Perſis, Bactris,
Scythis, Armenis, Cappadocibus, Lydis, Bythinis ſcribit. ſimi-
liter Euſebius ait Zetho regnante primũ ſuo imperatore vſos
Aegyptios, & Herodotus Seſoſtrim ſolum ex Aegyptiis impe-
rio potitum. Quocirca nouæ Dynaſtiæ, quæ eſt decimanona
Aegyptiorum dicta, principium fecit. Viuente patre Seſoſtris
bella multa geſſit, vt ait Diodorus, iccirco anni amborum re-
gnantium coniunguntur. ſolus quidem regnauit annis triginta
B tribus, quod inquit Diodorus, cum patre quinquaginta quin-
que, vt refert Euſebius. Eius filius Rhampſes Pheron domina-
tus eſt annis ſexaginta ſex, vltimiſque Ilium captum videtur ab
Hercule, & ſociis, quod narrat Plinius. Poſt annos deinde ſexa- *Pli.lib. 36.*
ginta ſex plus minus ab obitu Rhampſis extitere vltima aduer
ſus Troianos bella. Sic igitur omnia conſentire videntur. Fuit
autem Thebanus Seſoſtris, vt è Diodoro, ac Valerio Flacco ap-
paret. Thebæ, vt diximus, ſunt in extremis Aegyptiaci Regni,
& Aethiopici oris, neque aſcribebantur olim Aegypto, quod
hæc inciperet ab Vrbe Elephantina, quæ diſtat à Thebis octin-
C genta viginti ſtadia, quæ ſcribit Herodotus. Aegyptus porro
Nilo amne ſeparabatur à Syria, & Arabia. Hinc Strabo libro de
cimo ſeptimo Thebarum partem, quod interflueret eam Nilus,
Arabiæ attribuit, ac Plinius ex Iuba tradit à Meroe ad Syenem *Pli.l.6.c.29*
cunctos Nili accolas fuiſſe Arabas, atque ab his etiam Heliopo *Ecl. c.35.*
lim, quæ extra Nilum erat, ædificatam. Nam extra Peluſiacum
oſtium eſt Arabia, inquit Solinus, ob id Mela, Peluſium ait, Ara
biæ ipſas oras ſecat. Cum foret itaque Thebanus Sethoſis, ſeu
Seſoſtris, atque Vrbs iſta non minus Aethiopiæ, Arabiæque,
quam Aegypto aſcribi idm inciperet in confinibus poſita, iccir
D co Herodotus narrat à ſe in Paleſtina, & Ionia viſos titulos à Se
ſoſtri poſitos armatura Aethiopica, & Aegyptiaca ſimul. Quod
ipſe non minus Aethiops, quam Aegyptius foret.
Thebani porro minus abfuiſſe videtur à vera Religione, quã
reliqui Aegyptii, erantque apud eos duo templa. Alterum qui-
dem maius Ioui cæleſti cælitum ſupremo, atque omniũ Domi-
no; alterum minus Ioui mortali, ac mortalium, vt vocabant,
Deorum parenti, quod refert Diodorus libro primo antiqua-
rum rerum capite ſecundo. Neque tot Thebis fuere primis
maxime temporibus ſimulacra, aut tam abiecta, vt reliquis

 ciuita-

ciuitatibus Aegypti, vt infra latius adhuc aperietur. A

Seſoſtris autem videtur fauiſſe gentibus iis potiſſimum, quæ verum Dei cultum ex aliqua parte retinuerunt. atque ab Abrahamo ortum ducere videri poſſunt. Nam regiones Colchidis dictas occupauit, atque hæ felicisſimæ omnium tẽporibus illis erant, ſic enim Plinius, regnauerant in Colchis Salauces, & Eſubopes, qui terram virginem nactus plurimum argenti, aurique eruiſſe dicitur in Sannorum Gente, & alioqui velleribus aureis inclito regno. Sed & illius aureæ Cameræ, & argenteæ trabes narrantur, & columnæ, atque paraſtatæ victi à Seſoſtre Rege. Hæc Plinius. Mendoſe autem legitur in nõnullis codicibus, B victo Seſoſtre, cum cuncti ſcriptores teſtentur à Seſoſtri, & victos, & abductos indigenas, ibique relictos alios, quos ſe allocutum refert Herodotus, aſſerentes ibi ſe à Seſoſtri collocatos, teſtaturque ab iis circumciſionem ſeruatam, criſpo capillo, & atro colore fuiſſe, ſicut Æthiopes, Ægyptiorumque, & Arabum ſunt plerique. Sic igitur Seſoſtris circumciſionem ſeruantibus optimas omnium terras dedit. Similiter, & hi non videntur fuiſſe ex Ægyptijs, cum non colerent aliquod animaliũ, quæ colebant Ægyptii. Nam memoraret id, cum ſit memorabile, vnus ſaltem è tot ſcriptoribus, qui res Colchorum narrant, & C in primis Herodotus, qui vult Colchos eſſe Aegyptios, & affert quæcumque poteſt argumenta ad id probandum, allaturus & hoc, ſi adfuiſſet, tanquam certisſimum.

Pli.l.33.c.3 *Her.li.2.*

Quin iis plurimum fidere ſe oſtendit ille. Imperium namque orbis ſibi diuturnum proponẽs, loca illa maxime occupauit, ac muniuit, vt irruptiones Scytharũ coerceret, eoſdem vero pretio conciliatos immittere poſſet in quaſcunque nationes ab obedientia deſciſcentes, aditusque ipſi pateret ad Mare Caſpiũ in omnes populos circumpoſitos, ad pontumque Euxinum in omnes oras, quas abluit mare Mediteraneum. Quocirca in Col D chide olim fuit oppidum Diocenias, in quo fuerunt aliquando tercentum nationes diſſimili lingua vtentes ait Plinius. Ac videri poteſt admodum veriſimile à Seſoſtri non modo in Colchide Æthiopas relictos ad imperium ſuum ſtabiliendum, ſed in alijs etiam locis, & maxime ad cõfinia poſitis, Regeſque plurimos creatos, quando omnes conſentiunt, Plinius, Diodorus, Lucanus, priſtinos Reges in Ægyptum, Thebaſque abreptos curribuſque ſuis adiunctos, vt ſpeciem triumphi, quoties ipſe in publicum procederet, illuſtriſsimam cunctis exhiberet.

Pli.li.6.c.5.

A Idem Seſoſtris non multi facere viſus eſt Aegyptios ſacerdotes, qui à recta religione iam magis poſt Hebræos expulſos deſciuerant. Nam cum prius ex illorum præſcripto nihil non adminiſtraretur, atque ab eorum conſilijs, ac nutu Rex penderet, vt refert Diodorus. Hic, vt ſupra retulimus, abſolutū in ſe Aegypti imperium transtulit; Ac licet ipſe coluerit ignem, nam Vulcano templum condidit, admirandæ tamen nauis donum Deo ſummo tectori omnium, qui Thebis colebatur, obtulit, mirificeque laudatur ob egregias quaſdam virtutes à Diodoro. Illud impium poſt adepta tot bona, quod ſingulis ſin-
B gularum ciuitatum Diis templa in ijs Vrbibus condidit, in quibus potiſſimum colerentur, ſuamque vxoris, ac filiorum ſtatuam in templo Vulcani poſuit, ſiue ad memoriam duntaxat poſteris commendandam, quod probabilius videtur, ſiue ad opinionem ſimul, cultumque diuinitatis comparandum, cuius aliqua illum cupido fortaſſe attigerat. Quamobrem veluti feliciſſimus antea fuit, ſic extrema vita luminibus eſt priuatus, idemque contigit eius filio Rhampſi, qui & patris nomen aſſumpſit, quod ſcribunt Herodotus, ac Diodorus, & ſupra ipſum patrem viſus eſt omnes ſuperbiæ terminos excedere; vt apparet
C ex inſcriptione obeliſci relata ab Ammiano Marcellino libro decimo ſeptimo. Neque ampliſſimi imperij dominatus diu permanſit in ſucceſſore: Aethiopes namque ante bella Troiana late imperitarunt, ac Thebas, Perſiamque ceperunt, Memnone imperante, cuius, & Thebis, & in Perſia refert Strabo libro 15. & 17. perſtitiſſe monumenta magnifica, quæ Memnonia dicebantur, ac Minos imperium maris, maritimaque cuncta in ſuam poteſtatem redegit, quod initio hiſtoriarum Thucydides refert, fuiſſe autem Minoa ſimiliter, & Argonautas non multo poſt quam Rhampſes iniit imperiū, tradit in Chronico
D Euſebius. Atque ita veluti a recta pietate non omnino deflectens Seſoſtris latiſsime amplificauit imperium, ſic vbi ab illa magis deſciuit, excidit cum filio ſuo a ſummo felicitatis temporalis culmine. Perſtititque hæc Dynaſtia Aegyptiorum proprie vocata, atque ordine decima nona, centum quadraginta quattuor annis.

Ex hoc tempore vſque ad Amaſim, poſtremumque vigeſimæ ſextæ Dynaſtiæ tempus, non leguntur Aegyptij late admodum regnaſſe, quamuis Seſac Aegypti Rex Hieroſolymam ceperit Roboamo regnante, ac nihil amplius geſtum ſciamus, Nechus autem

autem Ioſiam prælio vicerit mox, ipſe victus à Nabuchodonoſoro, captaq; eſt Aegyptus; quæ cõplexi ſumus ſuperiori libro. A

Tertium ſit igitur, atque vltimum tempus Dynaſtiæ vigeſimæ ſextæ, quo regnauit Amaſis annis quadraginta quattuor, vt Herodoto, vel quinquaginta ſex, vt Diodoro placet. Eius tempore quamuis ingentem vaſtitatem perpeſſa, floruit adeo Aegyptus, vt Herodotus, qui non admodum multo poſt hæc illò conceſsit, narret, in ea cum fuiſſe Vrbium viginti millia, quod etiam tradit Mela. Dictus eſt Amaſis cognomento ſapiens. Hinc Diodorus libro primo capite quincto ita ſcribit. Hunc admodum perſpicacem fuiſſe narrant, æqui iuſtique amatorem, & mox; Polycratem Samiorum Principem, qui ſecum ſocietatem coierat, cum & ciues & externos cõnauigãtes violentius tractaret, per legatos ad modeſtiã hortatus eſt, quo ſua conſilia aſpernante, per epiſtolam ſocietatẽ diremit, ſcribens, cũ ſciret illũ breui impiæ Tyrannidis pœnas daturum, nolle ex amici caſu dolere. Admirati ſunt Græci viri prudentiam, cum Polycrati, quod prædictum fuerat, breui eueniſſet. Hæc Diodorus. Occupauit Amaſis Cyprum, tributariamque fecit, cum nullus, ait Herodotus, mortalium ante ipſum hoc egiſſet; videtur, & Sidon Pheniciaque ipſi paruiſſe. Apries enim, cui ſucceſsit, ceperat, & magna ex parte euerterat, vt prædixerunt Ieremias, & Ezechiel. Ipſe licet Idola coleret, Hebræis tamen fauit, qui ex multo tempore commigrarant in Aegyptum, diruta à Nabuchodonoſoro Hieroſolyma, annis antequam imperium iniret, viginti tribus. Floruit maxime imperantibus Nabuchodonoſori ſucceſſoribus Cyro, & Cambyſe, huius tamen regnantis initio vita migrauit; & quando Amaſis cæterique Aegyptij Iudæis ita fauebant, vt tamen omnium maxime ad abiectiſsima Idola ipſos inuitarent, atque hortarentur, ac ſpem facerent iccirco eis melius in Aegypto futurum, neque cogitandum de reditu in Hieruſalem, temploque & illius inſtauratione, & cultu, Deus vltimam Aegypto ruinam immiſit; has excidij cauſas, vti commemorauimus, Ezechiele referente; Nam ſic ille; inter cætera regna erit (Aegyptus) humillima & non eleuabitur vltra ſupra nationes, & imminuam eos (Aegyptios) ne imperent gentibus: Neque erunt vltra domui Iſrael in confidentia docentes iniquitatem, vt fugiant, ſequantur eos, quia ego Dominus Deus. Eadem Ieremias.

Her. li. 3. ad finem. C

Ier. c. 44.
Ezech. c. 29.

D

A *Tria tempora, vel potius duo referuntur, quibus Aethiopes late dominati ſunt, ac minus a vera religione abfuiſſe videntur. Cap. V.*

DIcturi de Aethiopico Regno, referemus hic illa, quæ ſupra omiſimus huc reijcientes, quod aptior locus videretur. Iam primum conuenit inter omnes rerum diuinarum Scriptores, ac multis modis comprobatur Gen. 11.
Chus Aethiopiæ nomen dediſſe, Meſraim vero Aegypto. fuit ille primus Chami filius, hic
B ſecundus. ab eo prognati Saba, Heuila, Sabatha, Regma, & Sabatheca: Filii Regma, Saba, & Dadan. Belle hæc conueniunt cũ nominibus locorum. Ptolemæus enim tradit non modo eſſe in Ptol. lib. 4.
Arabia Sabam, ſed in interiori Lybia, quæ adnectitur Aethiopiæ, eſſe & Sabam. Idemque in Aethiopia ponit Auilam & Aualitem ſinum, & emporium, ſimiliter & Sabatham in Tabula tab. 4. Lyb interioris
Lybiæ ſecũda. Regmam vero in extremis Arabiæ locis, Aethiopiam freto anguſto diuiſam reſpicientibus. Chuſij porro Hebraice; qui Græce Aethiopes ab exuſta facie dicuntur, ſolent
C aliquando vocari non modo geniti à Chus, ſed ob eandem faciei ſimilitudinem, quicumque atro colore in Auſtralibus locis degunt. Verbi gratia, coniux Moyſis erat filia Iethro Sacerdotis Madian, & tamen vocatur Chuſit Aethiopiſſa. Exo. 2.
Nos hic agemus de Regno Aethiopico, quod eſt Aegyptiaco finitimum. Atque Abrahami liberis è Cethura ſuſceptis obediiſſe olim ſupra oſtendebamus ex Ioſepho, Alexandro Polyhiſtore, & Cleodemo. Antea ſane Thebæi videntur dominati Num. 12.
Aegyptiis, vt in Chronico Euſebius tradit, antiquiſsimos fuiſſe hos Aegyptiorum, refert Diodorus. Nam Chus, à quo prognati
D ſunt Aethiopes, erat primus inter Chami liberos, vt veriſimile ſit, hunc fratribus veluti maiorem quodammodo imperaſſe.

Sed Aethiopicum Regnum, quod eſt in Africa vltra Aegyptum, præcipuam ſedem ſolebat habere in Oppido, & inſula Meroes. Hæc ſita eſt media inter Æquinoctialem circulum, & tropicum cancri. Cumque rerum potirentur Aethiopes armatorum ducenta quinquaginta millia, inquit Plinius, dare Pli. lib. 6. c. 29.
ſolebat, artificium quadringenta millia alere; & quidem ſi credimus Artapano hiſtorico, cuius verba recitat Euſebius libri de præparatione Euangelica noni capite quarto, dicta eſt hæc à

matre

matre Moyſis Meroe, non à Cambyſis ſorore, quæ multo poſt A fuit, quàm Meroe floreret. additque ille Aethiopibus circuncisionem à Moyſe traditam. bellum quidem fuiſſe à Moyſe geſtũ cõtra Aethiopas, miſſumq. aduerſus hos à Pharaone, placet etiam Ioſepho. Videamus qui fuerit in illa religionis cultus longe poſt Moyſis ætatem, cum iam religio prolapſa eſſet. Inco-
Her. lib. 2. læ, inquit Herodotus, ſolos Deorum colunt Iouem, & liberum, eoſque magnopere venerantur. Ioui etiam conſtituerunt oraculum, cuius reſponſis, poſteaquam iubentur, eo ſumunt expeditionem. Hæc Herodotus de aethiopibus, nomen Iouis auctori, ac moderatori omnium Deo, veluti Ieoua ſolebant Hebræi, B attribuẽtibus. Hinc in vniuerſum de Aethiopibus Strabo libro decimo ſeptimo, Deum putant alterũ immortalem, alterũ mortalẽ immortalẽ quidem eum, qui rerũ omnium cauſa ſit, mortalis vero apud eos incertus eſt, & nomine caret. Hæc Strabo, & Herodotus. è quibus colligimus Idola ab Aethiopibus culta non fuiſſe, neque tot Deos, vt ab alijs gentibus, a vulgo tamen poſtea ſecus factitatum videtur. ſic enim Strabo, qui multis poſt Herodotum ſæculis vixit, ſed frequentius eos a quibus beneficium acceperunt, pro Diis habent. Hactenus Strabo, & tamen duos tantum vult Herodotus in Deorum numero ab C Aethiopibus reputatos: Ita olim. poſtea ſecus. Subiicit Diodorus, qui in Meroe ſunt circa Deorũ ſacra, cultumq. dediti Sacerdotes (& hi quidem maxima apud omnes pollent auctoritate) cum eis viſum fuerit Regi nũciant, vt mortẽ oppetat, ita enim Deorũ iubere reſponſa, neq; fas eſſe immortaliũ voluntatem, à mortali homine contemni, aliaſq. addunt rationes, quibus ex vetere inueterataq. conſuetudine Regi ſuadeant mortem. Et ſane ſuperiores omnes Reges Sacerdotibus non armis, neque vi coacti, ſed ipſa victi ſuperſtitione ſponte paruerunt. Hæc ille libri tertii capite primo. ſequentibus deinde temporibus Inco- D læ Meroes in deteriorem ſuperſtitionem prolapſi ſunt, & multa Aegyptiorum ſacra infanda admiſerunt. cum tamen Aethiopes apud Diodorum bona plurima ſe tradidiſſe, Aegyptiis iactent. Sed antequam Thebais Aegyptiacæ ditioni adiungeretur, Aethiopiæ; vel Arabiæ adnumerabatur, vt ſupra diceba-mus. & Græci quidem priſci Aegyptum non exiſtimabant incipere, niſi qua Nilus in duo fluenta diuiditur late inter ſe diſſita, atque in figuram Deltæ regionem redigit. atque iccirco Aegyptus Delta ab iis vocabatur. Refellit hanc opinionem

Hero-

A Herodotus; Ægyptumque tradit ab vrbe Elephantũ incipere. Sic ille libro ſecundo. Verum ſicut Aegyptiaco Regno deinde eſt adiuncta Thæbais, ita & Aegypti pars eſt habita: Thebæque dictæ Aegyptiæ, non modo quod Aegypto erant finitimæ, Ægyptiaciſque Regibus parebant, ſed quod ita gentes ipſæ ſtatuebant, à quibus termini ac nomina regionum ſtatuuntur, aut immutantur; Et Thæbei quidem populi ſunt antiquiores Aegyptiis, quod omnes tradunt. Thæbarum vero Vrbs ac magnitudo ex antiquiſsimo tempore ſe ſe extulit ſupra omnes. Antiquiſsimus enim poeta Homerus vult Iliadis libro
B nono, ante bella Troiana Thæbis fuiſſe centum portas, & cuilibet portarũ ducentos equites cuſtodiæ cauſa appoſitos. & Thebeæ diuitiæ prouerbio locum faciunt apud ipſum libro quarto Odyſſeæ. Et Vrbis pars quædam (ſunt hæc Strabonis verba libro decimo ſeptimo) in Arabia, vbi ciuitas eſt, pars etiam in vlteriore, vbi Memnoniũ. Hæc ille Arabiæ aſſignans, quidquid cis Nilum à Meroe vergit in Arabicum Mare, quod Nilus Africam diuideret ab Aſia, & Arabes, vt ſupra ex eodem Strabone, Plinio, & Iuba referebamus, in illas ſe ſe terras effuderint. confirmantur, quæ diximus ex eo, quod Thebei olim Deum ſum-
C mum dumtaxat, liberumque patrem colebant, vt retulimus, & eodem modo Arabes feruntur Deum ſummum, liberumque patrem dũtaxat coluiſſe. Illud etiam Thæbeorum fuit, vt regionem diuiderent in duodecim præfecturas. vt habet Plinius eas enumerans libro 5.cap.9.& hoc erat Arabum Iſmaelitarum, vt eſt Geneſeos cap.25.quocirca Nabathei orti a Nabaioth primogenito Iſmaelis nunquam ſupra duodena pocula bibebant, vt libro 16. refert Strabo, conuiuiaque nonniſi per tredenos exercebãt, vt ſcilicet vnus duodecim præeſſet. mendum porro eſt in aliquibus Strabonis libris, cum dicit decem Thæbaidi
D præfecturas fuiſſe: nominatim namque duodecim recenſet Plinius. Eundem ſecuti ſunt morem Dores, Iones, Æoles, vt eſt apud Herodotum, qui & libro ſecundo narrat Ægyptum, ex antiquo tempore in duodecim partes diſtributam, more ſcilicet ab Abrahami poſteris accepto, quin, vt iam ſæpe diximus, ex Ioſepho, Alexandro, Polyhiſtore, & Cleodemo Abrahami nepotes è Cæthura ſuſcepti, qui Arabiæ multas terras occuparunt, huiuſmodi loca imperio tenuerunt. Thæbarum magnificentia maxima incæpit expulſis Hebræis ex Ægypto. Nam cum Tanis, & Heliopolis antea celeberrimę forent in

Ægypto, ita vt in Diuina Scriptura iſtarum dumtaxat habeatur mentio, cum nondum profecti eſſent illi ex Aegypto. poſtea multis hæc cladibus afflicta ob vexatos Hebræos ſubmerſoque Rege Aegyptiorum mari Rubro eſt occupata ab Armeo Danao, & eius fratre Rhemeſſe Aegypto, vnde nomẽ eſt regioni datum, quod notat in Chronico Euſebius. Fuit Danaus Thæbeus ex oppido Thebaidis Chemmi, vt Herodotus libro ſecundo narrat. qui deinde à fratre expulſus in Græciam cum ſuis profugit, Argos occupauit, ac Danais nomen dedit, vt Herodotus ibidem refert. Euſebius in Chronico, Strabo libro ſeptimo, Pauſanias Corinthiacorum ſecũdo; ijdem poſtea Danai admixti Dorienſibus vnum Spartanorum populum confecerunt, cuius originem referunt ipſi Spartanorum Reges libri Machabæorum primi capite duodecimo, & apud Ioſephum ad Abrahami nepotes, non propter Dores certe, ſed veriſimiliter propter Danaos. A B

Primum tẽpus igitur, quo Arabibus admixti Aethiopes, atque ex quo Thebæi, Abrahamo iam tum nato, vt Euſebius in Chronico notat, Aegyptijs imperarunt, eſt poſtquam ſunt expulſi Hebræi ex Aegypto, ac rurſus Thebæi receperũt Aegypti imperium per Danaum, & Rhemeſſem. Thebæq. illuſtrari maxime apud omnes, & Aegypti eſſe cœperunt, quod ex ipſa orti Aegyptijs imperarent. Taniſque, & Heliopolis diminutæ, neque in tanta exiſtimatione poſtea fuerunt. C

Secundum tempus eſt Memnone poſt Sethoſim, Sethoſiſq. aut Seſoſtris ætatem regnãte, quem volunt Troianis opem tuliſſe. hic namque Iſmandes etiam, Smandius, & Oſymandias dictus, vt Strabo, ac Diodorus ſcribunt, Thebis regnauit, in ipſa Meroe, & Aethiopia, ſimiliter, & in Perſia, & Aſia, quod Strabo libro decimoquinto, ac decimoſeptimo narrat. Herodotus quinto, & ſeptimo, Diodorus antiquarum rerũ primo parte ſecũda capite primo, & libro ſecundo capite ſexto. Quamobrem videntur hoc tempore Aethiopes latiſſimo imperio potiti. floruit Memnon ante tempora Iephte iudicis. qua de re latius infra agemus. quod ſi credimus Heſiodo in Theogonia, & Probo Grãmatico, Aemathion Memnonis frater fuit, atq; in ea parte Europæ imperauit, quam de ſuo nomine vocauit Aemathiam, dein vero Macedonia eſt appellata. D

Zara hic interponendus eſſet, quem refert Diuina Scriptura, cum decies centenis armatorum millibus contendiſſe ad-

ſe ad-

A ſe aduerſus Aſam Regem Iudæ, ſed quando fuſus eſt eius exercitus nullo modo veriſimile eſt aliquid imperii ſibi acquiſiuiſſe.

Tertium tempus eſt Sabacho, Sebicho, Taracho, & Merrhe Aethiopibus imperantibus. Hi namque dominati ſunt Aegypto, Achaz Ezechiaque regnantibus inter Hebræos in vigeſima quinta Dynaſtia, vt Euſebius notat. Tarachus autem longiſsime protendit imperii cõfinia; illud hic de Sabacho Aethiope mirandum referam e Diodoro. Hæc ſunt illius verba. eius, inquit, Sabachi egregiam pietatem, & à principio vitæ inſtitu-
B tionem facile quis ex viſione ſomnii perſpiciat. Viſus eſt ei Deus, qui Thebis colitur in ſomno dicere, regnum ipſius in Aegyptios neque fœlix, neque diuturnum fore, niſi ſacerdotibus Aegypti omnibus occiſis per media ipſorum cadauera cum ſuis tranſiret. Hoc ſomnio ſæpius oblato, omnes vndique Sacerdotes conuocauit, narratiſque, quæ per ſomnum acceperat, nolle ſe, inquit, in Ægypto manentem alicui perniciem ſtruere. Hæc Diodorus. Eadem paucis variatis Herodotus affirmat, illi. cum in Aethiopia ageret, oraculis, quibus vtuntur Aethiopes reſpondiſſe Deum, fore, vt in Aegypto quinquagin-
C ta annos regnaret. Hæc iſti. Oſtendimus autem ſupra ab Aethiopibus ac Thæbanis Deum ſummum, qui ſit omnium cauſa, in primis cultum, qui videtur hũc Regem monuiſſe, quaſi re vera vellet exſcindi impietatis omnes ritus ex Ægypto. Ad tantæ autem rei clariorem explicationem, ſciendum ex Herodoto ante Sabachum regnaſſe in Aegypto Cheophem quinquaginta annis, Chephrenemque eius ſucceſſorem quinquaginta ſex, à quibus omnia templa per annos centum ſex occluſa fuerunt, neque vllus impiis diis datus cultus. ea deinde cum reſeraſſet Micerinus eorum ſucceſſor, & in quaſdam calamitates
D incidiſſet, breuemque ſibi vitam futuram ex oraculo cognouiſſet, quaſi conquerens cum Diis, quod ſibi hæc mala acciderent, cum pius in ipſos foret, oraculũ conſuluit rurſus, ac reſponſum tulit, iccirco illi hæc euentura, quod oporteret Aegyptios centũ quinquaginta annis affligi. ex quibus colligimus Deo propoſitũ fuiſſe ex Aegypto exterminare his temporibus impios dæmonũ cultus per Aethiopicos Reges, qui minus aberant à veritate, prolapſis in omnes ſuperſtitiones Aegyptiis. Tharaci meminit Strabo libro decimo quinto ſcribens ab illo imperium productum vſque in Europam, atque Herculis columnas, atque hic

eſt Taracus ille, qui auxilium tulit Ezechiæ Regi Iudæorum A cum Semnacheribus oppugnaret Deum, Hieruſalemque obſediſſet.

4.Reg.19 Sed quonam reiicimus imperium Cephei, Belique quos fuiſſe Aethiopas, ac latiſſime dominatos nulla non monumenta antiquorum teſtantur? Ita Xerxes ipſe Perſarum Rex apud Herodotum libro ſeptimo, ita Herodotus ipſe paulo ante eodem libro. Plinius libro ſexto capite vigeſimo nono, Mela, Diodorus, aliique multi: atqui conſiderandum nobis eſt Cepheum, quem volunt Aethiopem fuiſſe, eiuſque patrem Belum regnaſſe filio Seſoſtris Rhampſe imperante, ſimiliter, & B Theutanum, vt vocat Diodorus, & Euſebius, ſiue Thytonum, vt alii; Memnonaque Theutami filium, & ipſos Aethiopas poſt Cepheum. Vixit enim Rhampſes in regno annis ſexaginta ſex latiſſime, ac pater eius Seſoſtris quinquaginta quinque, quibus tamen adnumerantur anni Rhampſis filii. Quamobrem probabile apparet Seſoſtrim, ſicut Colchidi impoſuit Regem, populoſque atro colore & criſpo capillo, inquit Herodotus, Aethiopas, aut Aegyptios, ita & dediſſe Reges, eodem modo Perſidi, Aſſyriæ in Niniue Vrbe, Babyloni, ac denique ipſi Paleſtinæ. Ac neceſſe eſt ita dicamus. Nam Se- C ſoſtris abduxit, ex omnibus locis antiquos Reges in Aegyptum, atque iis ad currum ſuum trahendum veluti iumentis eſt vſus. Cumque filio ipſius tributa à cunctis nationibus præſtarentur, vt ſupra è ſcriptoribus antiquis dicebamus, opus fuit, vt exercitum, locoque ipſius alios Rectores, aut Reges appoſuerit, quando priſtinos amouit, ac gentes exteræ in officio permanſerunt. Neque ſolum Reges captiuos abduxit in *Diod.lib. 1.p.2.c.1.* Aegyptum, ſed populos etiam multos, quod Diodorus, & Herodotus ſcribunt, vt facile fuerit illi, ac neceſſarium ſuos ibi relinquere ad continendos in fide reliquos. Cepheus igi- D tur, cum Perſeo Græco viuente imperauit, vt memorati ſcriptores narrant, incidit in annum, vt Euſebius notauit, Seſoſtris, aut Zethoſis regnantis quadrageſimum, & ſequentes, quo tempore Cadmus & ipſe Thæbæus, ſi velimus aliquos ſcriptorum ſequi, in Phænicia regnauit, ac mox in Græciam profectus Thebas, & Phænix eius frater Bythiniam poſſedit, ac patri Agenori ſucceſſit. Quin Perſeus ipſe cum genus duceret à Danao Thebæo, vt diximus, ſextuſque ab illo, vt conſtat è Pauſaniæ Corinthiacis, non immerito expeditionibus Cephei, rebuſque

Perſi-

A Perſicis interfuit, ac poſt mortem Cephei ſoceri Perſiam tenuit, quod ſe genere Thebæum, Seſoſtriſque gentilem faceret. Quocirca Herodotus refert libro ſecundo Perſæum fuiſſe è Thæbaide Aegyptiaca regione. Apparet itaque à Seſoſtri variis locis Reges è ſua gente delectos aſſignaſſe. Illud non ommittendum, Madianitas appellari à diuinis libris Chuſios, ſiue Aethiopas ob colorem, & cognationes initas cum Aethiopibus, alioquin Madianitæ, vt libro ſuperiori explicauimus, ortum ducunt ab Abrahamo, eorumque regiones adſcribuntur Arabiæ, quæ Caſio monte, Peluſiique hoſtiis ab Aegypto B diſtinguitur, & ad Ioppem, quæ ſpectabat ad Cephæi ditiones, vt iidem ſcriptores tradunt, protendebatur. Defuncto autem Seſoſtre, ac Rhampſe eius filio regnante ſub annum quadrageſimum imperii, Madianitæ late dominabantur, & Hebræos in poteſtatem redegerunt, ab illorum vero ſeruitute ſunt hi vindicati, Gedeonis virtute, exercituſque eorum cæſus ad internecionem conſtans e variis orientalium gentium populis, qui ſe mutuis vulneribus conciderunt cum de nocte turbatis caſtris nemo ſuos comilitones agnoſceret: cæſaq. ſunt hominum centũ triginta quinque millia. è quibus omnibus colligitur Ae- C thiopas re uera dominatos latiſsime hoc tempore, ac variis in locis eorum Reges imperaſſe, qui tributa Rhampſi Seſoſtris filio Thebis in confinio Aegypti, & Aethiopiæ poſitis penderent. Quod ſi quis dicat iccirco Suſios Perſarum populos, & Ciſsios dictos, quaſi Chuſios, quod libro decimo quinto refert Strabo, non male videbitur conieciſſe. Operæpretium porro eſt cognoſcere (nam ſpectat ad argumentum propoſitum) quæ fuerit Madianitis Religio ducentis annis ante hanc pugnam, & quæ tempore hoc Rhampſis, & Gedeonis. Iethro, itaque Sacerdos Madian Moyſis ſocer, ſic generum eſt affatus, Bene- D dictus dominus, qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum ſuum de manu Aegypti: Nunc cognouimus, quia magnus Dominus ſuper omnes Deos, eo quod ſuperbè egerint cõtra illos, obtulit ergo Iethro cognatus Moyſis holocauſta, & hoſtias Domino, veneruntque Aaron, & omnes ſeniores Iſrael, vt comederet panem cum eo coram Deo. Hactenus Iethro, è quibus habemus bene eum de Deo ſenſiſſe cum ſuis. Tempore autẽ Gedeonis Madianitæ colebant Baal, qui videtur aliquibus eſſe idẽ cum Bel, & Beel, aut Belo, quem Cephei patrẽ ſtatuunt ſcriptores, vt Herodotus libro

Iud. ca. 8.

Exo. 18.

ſeptimo

ſeptimo refert. fuerunt autem plures Beli habiti loco Dei, A
quos ſcriptura ſancta vocat Balaim nummero plurium iuxta
inflexionem Hebraicam.

Sed, vt redeamus vnde digreſsi ſumus: Aethiopes in ipſa Aethiopia cum late dominarentur, minus aberant à vera religione, quam vel Ægyptii, vel cæteræ gentes, vt ex Herodoto, Diodoro, ac Strabone apparet. Quod duos tantũ Deos crederent. Primumq. immortalẽ, & auctorem omniũ rerum. ſecundum vero huic ſubiectum mortalem, & quod circumciſionem ſeruarent. Mox tamen & ipſi prolapſi ſunt ad impia multa, ac plerique ex ipſis diuinitatem ſummam. Regibus attribuebant, ſimulacra colebant, & quæ Aegiptii infandiſsima ſuperis aſcripſere. B Quas ob cauſas extrema in eos ruina cælitus eſt immiſſa, atque in Aegyptios ſimul. Hinc Ezechiel corruent, inquit, de Aethiopibus, fulcientes Ægyptum & deſtruetur ſuperbia imperii eius à Turre Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus Deus exercituum, & diſsipabuntur in medio Terrarum deſolatarum, & Vrbes eius in medio ciuitatum deſertarum erũt, & ſcient, quia ego Dominus, cum dedero ignem in Aegypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa egredientur nuncii a facie mea in trieribus ad conterendam Aethiopiæ confidentiam. Et dabo terram Aegypti in ſolitudines C gladio diſſipatam à turre Syenes vſque ad terminos Aethiopiæ.

Ezech.ca. 30.

Explicantur tria tempora, quibus Græci temporalium felicitate maxime floruerunt, minuſque a vera pietate abſfuerunt; quam cæteræ gentes. *Cap. VI.*

Iam diximus ſupra Græcos à Iapheti ſtirpe prognatos, ſimulque illis imperium fuiſſe latiſſimum, Ioue imperante filio Saturni: Verum D prolapſi per eundem Iouem in eam ſuperſtitionem, vt Heroas cælo aſcriberent, ijs templa exedificarent, ac parentarent, quam uis hoſtias non cęderent, exciderunt à magna temporalium felicitate, ſequentibuſq. temporibus ex Aegypto multi adnauigarunt in Gręciam. In his Cecrops primus anno, vt Euſebius notat, octauo antequam Moyſes, & Hebræi deſererent Aegyptum, Athenas occupauit Actei Regis filiam

ſibi

A ſibi matrimonio iungēs: quod in Atticis Pauſanias tradit, idemque in Arcadicis addit hæc verba. Eadem vero ætate, & Cecropem Athenis, & Lycaonem in Arcadia regnaſſe comperio. Prudentia tamen rerum diuinarum multo Lycaonem inferiorem fuiſſe cenſeo. Ille enim cum primus Iouem (nomen à Iehoua Hebraicæ ductum) cognomine ſupremum (non terrenum, ac mortalem) appellaſſet, nihil vita præditum ei immolandum duxit, ſed liba tantum patria, Pellanos Attici vocant, vt ad aram porricerentur ſanxit. At hic ad Iouis Lycæi aram infante mactato humanum ſanguinem libauit. Hæc Pauſanias, Euſebius tamen in Chronico ita ſcribit, Primus Cecrops bouem B imolans Iouem appellauit, & Cecropia Regio ab eo appellata Sic Euſebius, cui reliqui ſcriptores magis aſſentiri videntur. anno deinde, vt idē numerat, quinquageſimo poſt expulſos ex Aegypto Hebræos. Danaus Regis Aegypti frater Thebeus ex oppido Thebaidis Chemmi, quod teſtatur Herodotus libro ſecundo, in Græciam cum magna ſuorum manu venit, Argos cæpit, ac Danais nomen reliquit. ſucceſſit ei Lynceus ex Aegypto fratre Nepos, maritusq. Hypermneſtræ filiæ, ac proinde illius gener, quod Euſebius in Chronico refert, Pauſanias in Corinthiacis. Licet autem Cecrops, ac Danaus cum ſuorum C multis ex Aegypto appulerint in Græciam, nullo tamen modo Aegyptiaci generis fuerunt. quod patet e ſacris. Tempore enim Moyſis Aegyptii colebant animalia quæuis, oues, boues, capras, & cætera huiuſmodi, ac pro Diis habebant. Nam ſic ipſe ad Pharaonem, ſi mactauerimus ea, quæ colunt Aegyptii coram eis, lapidibus nos obruent. potiſſimum vero vitulū colebant Apim vocantes. Nā propterea cōflauit Aaron in ſolitudine aureū vitulū, colēdumq. propoſuit Hebræis. At tale quidpiā nihil vnquā cultū legitur à Cecropiis, aut Danais. Danai poſtea ſeſe Dorientibus adiungentes populum Spartanū confecere, vt D libro ſexto Herodotus tradit, quiquidē populus ad Abrahamū refert originem ſuam, quod eſt in libris Machabeorum, ac narrat Ioſephus, vt ſupra meminimus. centum poſt hæc, & quinquaginta annis plus minus Cadmus plurimos Arabas ſecū ducens, e Phenicia profectus, Thœbas Boeoticas occupauit, vt multis placet, nam diſſentiunt aliqui in tēpore, ſed vt patet è Genealogiis, Cadmi aduentus hoc tēpore euenit. Ac viginti poſt aduentū Cadmi annis Pelops è Phrygia diſcedēs, copiaſq. militares aduehēs Danaos expulit, Peloponerūq. de ſuo nomine vocauit.

Exod. 8.

Ob id

Ob id inter Heraclidas Danaorum,ſiue Spartanorum Reges,ac Pelopidas de imperio perpetuum bellum fuit, quamuis affinitas inter eos contracta fuerit. A

Secundū tēpus igitur,quo Græcia cœpit florere extitit poſt Rhampſem Seſoſtris filium defunctum. Tunc enim Perſeus a Danao ſeptimus,& nepos è Semele filia Cadmi Liber,ſiue Dionyſius, ac Minos latiſsime dominati ſunt,vt Thucydides initio hiſtoriarum ſcribit, Strabo libro primo,& decimo,Euſebius in Chronico. Inde Hercules Perſei pronepos propter Electrionem auum,& Alcmenam matrem Italiam peragrauit,Gallias, Scythiam,& Hiſpaniam,Iaſon,& Argonautæ Illyrium, Colchidem, & multas Aſiæ regiones, & Hercules quidem cum Perſei pronepos ab omnibus ponatur, decimus erit a Danao Aegyptio, propterea namque eum ſcribit Herodotus libro ſecundo genus ducere ex Aegypto. Quod ſi Spartani pertinent ad Abrahamum propter Danaum, Danaoſque(nam quomodo alioquin pertineant,haud videmus ſiquidem vera eſt aſſertio Spartiatarum in libris Machabæorum, & Ioſephi) Hercules, & Heraclidæ in Abrahamum referent originem ſuam. Mirum vero quot ſibi gentes regiam ſuorum Principem ſtirpē reuocent ad Herculem. Audiamus Ammianum, qui ſic libro decimo quinto de Gallis & Hiſpanis, loquens: Regionum autem, inquit, incolæ id magis omnibus aſſeuerant. (Quod etiam nos legimus in monumentis eorum inciſum) Amphytrionis filium Herculem ad Gerionis, & Tauriſci ſæuorum Tyrannorum perniciem feſtinaſſe, quorum alter Hiſpanias,alter Gallias infeſtabat, ſuperatiſq. ambobus coiiſſe cum generoſis fæminis, ſuſcepiſſeq. liberos plures, & eorum partes, quibus imperitabant ſuis nominibus appellaſſe. Hæc ille. eodem modo Scytharum Reges ad Herculem reducūt ſuorum progeniem,apud Herodotum libro quarto,ac Germani ipſi apud Corneliū libro de moribus Germanorum profitentur Herculem fuiſſe apud ipſos,eumq. fortiſſimū virorum ituri in prœlia canunt.Quin gens Fabia inter Romanos nobiliſsima auctorem ſuum faciebat Herculem, ſi Plutarcho credimus in Maximi vita. Ab hac quatuor Illuſtriſſimæ familiæ Vibulani,Ambuſti,Maximi, Pictores. E quibus præſtantiſsimi Duces prodierunt. Sed,& Antonia gens eundem Herculem ſui generis auctorem ciebat, quod Appianus libro de bellis ciuilibus tertio, & in Antonio Plutarchus refert. Heraclidæ ſimiliter Lydiam tenuerunt annis quingentis ac viginti, B C D

vt initio

A vt initio hiſtoriarum narrat Herodotus. Ab illis ortus Tyrrhenus Italiam petiit, eiuſque vna cum Tyrrhenia, cui nomen dedit,maximam partem tenuit, vt idem,cum multis aliis ſcribit, ita ut Italia tota à Græcis quandoque Tyrrhenia nuncupetur, quod libro primo de antiquo,& nouo Italię ſtatu explicauimus. Spartæ Reges eodem modo ab Hercule prognati ſunt, quod libro ſexto,& octauo Herodotus tradit,eorum ſeriem recenſens. Alexander denique Magnus, quod cæteris conſentientibus in eius vita memorat Plutarchus. Ptolemæique, & Seleucidæ ab Hercule ſunt oriundi.Innumeræ porro Ciuitates,portus, ac lo-
B ca ab Hercule eodem nomen ſortita eſſe in Europa conſtat, vt in his immorari ſuperuacaneum videatur.Cum vero plures fuerint Hercules, & nonnulli eos confundant; Atque in his tres memorabiliſſimi,Libycus ſub ipſa Abrahami tempora,Tyrius ſub ætatem Moyſis,Græcus Gedeonis tempore,& ſequentium Iudicum,quę ſunt in Europa geſta ad hunc referuntur,& habent probatiſſimos auctores ac certiſſima monumenta. eodem tempore,quo Hercules,vixit & IaſonGræcus.Strabo multæ diligentię grauitatiſq. maturæ ſcriptor lib. xv. contendit Medis à Iaſone filium Regem datum, cum contra ſit. Iaſonem quidem domi-
C natum in Armenia,& finitimis locis hoc argumento nititur confirmare,quod plurima ſint loca,quæ Iaſonia nominantur. Argonautas quidem volunt in Italiam veniſſe. Euganeos eorum populos eſſe, à quibus triginta quattuor oppida ædificata tradit ex Catone Plinius,in his Bergomum,& Comum, ab iiſdem Pola, Lepontiæ, Graiæ Alpes; igitur poſt Iouis Cretenſis ætatem, ſi quo vnquam tẽpore viſa eſt Græcia florere, hoc videtur fuiſſe. Quo ſane infandiſſima paſsim ſacra, infandiſsimi mores excreuerant. Nullo enim non loco impiis Dæmonijs immolabantur à parentibus ipſi filii,atque ignibus comburendi tradebantur. In Arcadia fuerat hic ritus à Lycaone inductus, quod in Arcadicis Pauſanias refert. Romæ atque in Latio à Fauno
D Rege,quod Lactantius tradit, inſtitutum fuerat, vt quotannis e ponte in Tyberim triginta homines in honorẽ Saturni proiicerentur, inde contigit vt Pelaſgi, qui Italiæ magnam partem occupauerant, ad auertendam quandam cladem vouerint ſe ſe decimum quemque è filiis ſuis ad aram ſacrificaturos. Id Dionyſius libro primo ſcribit. Adhuc in Sicilia Cyclopes,in Campania Læſtrygones erant, à quibus homines, vt iis pro cibo veſcerentnr,mactari ſolebant. Multo autem fœdiora,ac tru-

Pli.l.3.c.19.20.

culentiora in Hiſpaniis, Gallijſque ab huiuſmodi hominum co- A
luuie patrata dicuntur Geryone, & Tauriſco Regibus. vſitatiſ-
ſimum namque Borealibus fuit, & Gallis homines ſacrificare,
ac perdurauit hoc vſque ad Ceſarem, vt eſt in eius commenta-
rijs, ac multis etiam populis Hiſpaniæ, quod Strabo libro ter-
tio refert, quæ plurimis in locis ab Hercule ſublata predicant.
Hinc in faſtis Ouidius de Latio canens:

Donec in hæc venit Tyrinthius arua quotannis.
Triſtia leucadio ſacra peracta Deo.

Et in vniuerſum de Hercule Venuſinus.

Notaque fatali portenta labore ſubegit B

Atque hæc quidem quantum pertinent ad Europam. Iam
vero in Aegypto conſederat omnis ſuperſtitionum ſpurcities,
atque atrocitas, ex quo Sethoſis vel Seſoſtris omnibus omnium
gentium Dijs templa vel ædificauerat, vel abductis in ſeruitu-
tem populis conſtrui libens annuerat, ac facta eſt Aegyptus ſen-
tina totius impietatis. Cumque incidant hæc in tempora Ge-
deonis, ſcimus è Diuina Scriptura Madianitas plurimum tunc
potuiſſe, eorumque imperio diuerſarum linguarum populos o-
Iud.c.6. bediſſe, illis Deum fuiſſe Baal. Iccirco enim Gedeon vocatus
eſt Ierobaal, quod ſtatuas eius comminuiſſet, cui ſolebant con- C
ſecrari filii, filiæque per ignem, vt eſt in libris Regum. Paſsim
4. *Reg. c.* porro exercebantur latrocinia, neque erat aliquid Prædonibus
17. tutum, quod initio hiſtoriarum Thucydides narrat, ac Plu-
tarchus in Theſei vita. Per Minoem vero, Herculem, & Ar-
gonautas magna omnibus ſecuritas eſt parta, moreſque ef-
feri plurimis è locis exterminati, quod memorati ſcripto-
res memoriæ prodiderunt, & quamuis multa confundant,
quæ ſunt vel Herculi Lybico, vel Tyrio tribuenda, diſtin-
gui tamen facillime poſſunt temporum diſtinctione ſerua-
ta, quæ dignoſcuntur è multis. Sed illud occurrit ambiguum. D
Nam ſcimus Herculem multis fuiſſe criminibus obnoxium,
multis iſtos omnes. Verum ſi comparentur aliis, qui tempeſta-
te illa viuebant laudabiles iſti exiſtimabantur, adeo cuncta e-
rant deprauata, adeo Chriſtus omnia nunc in melius reſtaura-
uit, vt merito reputemus iſtos facinoroſos, quibus Deus ob ali-
qua bona ab ipſis profecta non exiguam temporalium bonorũ
felicitatem largitus eſt. Cum totius prope Europæ regionibus
vel dederint Reges, vel aliquo modo imperarint. Breuia ſane fue-
runt hæc omnia, ſicut extremo vitæ prolapſi ſunt iſti, quos vo-

carunt

A carunt Heroas, in enormia crimina cum primo maxima virtutum dediſſent exempla. Græci porro ipſi cum numero Herorum non Deorum duxiſſent illos poſt obitum, in his Herculem. Tamen hunc paulopoſt diuinis honoribus impie ſunt proſecuti. Et ei quidem primi Marathonij ſacra inſtituerunt, quod in Atticis Pauſanias tradit, qui, & in Eliacis prioribus refert Iphitum alterius Herculis, qui Olimpios ludos reſtaurauit, poſt annos à Troiæ ruinis quadringentos quinque aut ſex, vt aliqui numerant, parentem, ſuaſiſſe Eleis, vt Herculi huic imolarent, atque hi videntur omnium poſtremi recepiſſe Herculem pro

B Deo.

Corruerunt itaque Græci breuiſſimo temporis curriculo ab hac felicitate, atque omnia redacta ſunt ad priſtinas prope miſerias, vt cognoſcimus ex initio hiſtoriarum Thucydidis, ac Plutarcho in vita Theſei. extremam ruinam maxime duxerunt cum vates illi Heſiodus, atque Homerus centum, & amplius annis ante Olimpiadam primam plurima Deorum nomina genealogias, fabulas, & infanda multa ab Aegyptijs accepta ad Græcos tranſtulerunt, vt libro ſecundo Herodotus tradit. Caſum ſuſtinuit Lycurgus, qui Spartam legibus ex magna parte bonis

C muniuit. Non abfuit hic admodum longe ab ætate Heſiodi, atque Homeri. Quocirca Lacedemonii maxime omnium tuti fuerunt inter Græcos à communibus ærumnis, quod Thucydides refert, quamuis Athenienſis Athenienſibus plurimum tribuere velit.

Tertium tempus eſt ex quo vnius Dei cultus magis agnoſci, excipi, & amplificari reiectis fabulis, & infandis multis, quæ fuerant in cælites conficta, incæpit. Id accidit ex quo Thales, ac Pherecides è Phænicibus oriundi Philoſophorum ſectas illas nobiliſſimas Ionicam, & Italicam inſtituerunt temporibus Cyri

D Regis. Ab his, quæ conficta fuerunt in ſuperos, exploſa omnia, ac deriſa; quamuis multitudini nimium dantes, aliter aliquando loquerentur, atque ſentirent, & impia nonnulla ipſi affirmarent. Omnium maxime profligauit hæc Ariſtoteles, qui minus à vera religione receſſit, vt apparet ex ipſius libris bene expoſitis. Huius diſcipulus Alexander ad ſummum perduxit Græcorum temporalem felicitatem, ac veræ religioni fauit, ſed cum poſtea deſciſcens à priſtinis virtutibus diuinitatem ſibi aſſerere vellet, breui extinctus eſt ipſe, ac poſteritas eius omnis ad interitum deleta. Græci tamen in

vniuerſum plerique à recta pietate rectiſque moribus per hæc tempora minus abfuerunt. ex illis autem maxime fauerunt Hebræis Spartani, qui ſe ab Abrahamo genus ducere aſſerebant, è regibus autem, poſt Alexandrum Seleucus Nicanor, à quo Seleucidæ omnes originem duxerunt Antiochus Magnus, atque huius ſucceſſor Seleucus Aſiæ dominantes, Ptolemæus item Lagi filius, à quo Ptolemæi, & Philadelphus in Aegypto imperantes, vt ſupra oſtendimus è Ioſepho. A

Sup. l. 2. c. 8.

E quibus omnibus iam liquet Græcorum temporalem felicitatem maxime tunc floruiſſe, cum minus à religione vera abſceſsere. concidiſſe autem religione eadem penitus cadente, ac proſtrata. B

A quibus condita fuerit noua Tyrus. Eius tria tempora felicia, quibus aut rectam religionem fouit, aut eius cultores, ac totidem, quibus contra egit, explicantur. Cap. VII.

TYriorum gens ac Reſpublica vetuſtiſſima ſimul ac nobiliſſima omnium videtur fuiſſe, iccirco dicturi de illa prius monere voluimus, geminam fuiſſe olim Tyrum veterem, & nouam. Ac de veteri mentio fit in libro Ioſue, appellaturque muniтiſſima veluti & Sidon magna. Noua autem condita eſt potiſſimum Gedeonis ætate, vt notat Euſebius in chronico, annis ante conditum templum ducentis quadraginta. Quamobrem vetus dicta eſt Paletyrus Græco nomine. extabatque adhuc Salmanaſaro Rege, ac nouæ, ſicut & Sidon obediebat, vt Menander Epheſius in annalibus ſcripſit, quos citat Ioſephus libri antiquitatum noni capite vltimo. diſtabat vetus, quam ſcribit ab Alexandro omnino dirutam Diodorus, à noua triginta ſtadiis, vt notat Strabo. ædificatam nouam conſentiunt omnes ab Agenore Cadmi & Phænicis patre, Beli filio, Cephei fratre, quorum ſane omnium meminit Herodotus multis in locis. Iuſtinus, Quintus Curtius. Operæpretium eſt inquirere vnde eſſet Agenor, Cadmus, aliique, à quibus conditam nouam Tyrum volunt, quin ipſam Sidona nouis colonis repletam. Strabo diligentiſsimus auctor, quidam, inquit, Phenicas, & Sidonios, qui nobis propinquiores ſunt, ex Oceano in Colonias dedu- C D

Ioſ. ca. 19.
Diod. 16.
Stra. li. 16.
Her. l. 2. 4
5. 7. lib. 18.
Iuſt. 18.
Q. Curt. 4.
Str. lib. 1.

A deductos eſſe tradunt, & quia à Mari Rubro ſunt Phenices, id
eſt rubros vocatos fuiſſe adiiciunt. Hæc Strabo. Herodotus
vero initio hiſtoriarum, Phenices, ait, qui à mari, quod ru-
brum vocatur, in hoc noſtrum proficiſcentes, & hanc incolen-
tes regionem, quam nunc quoque incolunt, longinquis naui-
gationibus incubuerunt. Ita Herodotus. & Iuſtinus Tyriorum *Iuſt. li. 18.*
gens inquit condita à Phenicibus fuit, qui terræmotu vexati,
relicto patriæ ſolo, Aſſyrium ſtagnum (Aſphaltitem ſcilicet
lacum) primo, mox mari proximum littus incoluerunt. con-
dita ibi Vrbe quam à piſcium vbertate Sidona appellauerunt.
B Nam piſem Phenices Sidon vocant. Poſt multos deinde annos
à Rege Aſcalonitarum expugnati nauibus appulſi Tyrum Vr-
bem ante annum Troianæ Cladis condiderunt. Hucuſque Iu-
ſtinus, quantum ad originem vocis Sidoni impoſitæ non bene.
in reliquis non male. Tyrus enim noua non admodum multo
ante Troianam cladem condita memoratur. Ex his conſtat ab
Accolis Erythrei maris nouam Tyrum conſtructam, Sidonem-
que veteribus deuictis, aut eiectis habitatam. Conſentit his
Plinius inquiens. Ab eo latere, quod Hiſpaniam ſpectat, paſſi- *Pli. l. 4 ca. 22.*
bus fere centum, altera inſula eſt longa paſſuum ter mille, mil-
C le lata, in qua prius oppidum Gadiũ fuit. Vocatur ab Ephoro,
& Philiſtide Erythia, à Timeo, & Seleno Aphrodiſias, ab indigẽ
nis Iunonis. maiorem Timæus Cotinuſſam apud eos vocatam
ait. noſtri Tarteſſon appellant, Pœni Gadem, ita punica lin-
gua Sæpem ſignificant. Erithia dicta eſt, quoniam Tyrii, ab
origine quorum orti, ab Erythreo mari ferebantur. Hacte-
nus Plinius. & tamen idem cum cæteris fatetur iſtos Tyrios
fuiſſe eoſdem cum Phænicibus, quod ſcilicet, vt ſupra memora-
ti ſcriptores narrant, Tyrus noua fuerit ab Accolis Erythrei,
ſeu rubri maris ædificata, deductoſque Sidonem colonos. fidem
D facit his, quod in mari Rubro, quamuis hoc videatur Perſicum
ad quod imperio pertingebant Idumæi, rubrumque Herodo-
tus lib. 15. vocat, Tres inſulę ſunt Tyrus, Aradus, Sidon, qua-
rum incolæ iactant inſularum, & Vrbium, quas eodem nomine
Phenices habent, ſuos eſſe colonos. Ita Strabo poſt alios. quod
ſcilicet abducti fuerint antiquę Tyri, Sidonis, Atque Aradi *Stra. l. 16.*
habitatores (veluti in Mediam Babyloniamque olim Samarita-
ni) in tres illas inſulas Erithrei maris; atque ex iſtis (vti in Sa-
mariam, Medi, Babyloniique) in has noſtri maris. ita tamen,
vt ex Erythręo profecti, quẽmadum Medi Samaritanis, impe-
rarent.

rarent. Videamus autem, quando conſtat Phenicas inde ad- A
ueniſſe, quę dominarentur gentes inter Erythreos, atque vn-
de hi dicti. Et quidem ſitę erant è regione Thæbarum, Thæbai-
cique tractus in littore maris Erythrei, tres præcipue Vrbes
Madian, Aſiongaber, Ailath. Madian Vrbs erat, vt notant
Regia gentis Amalech, qui quidem fuit nepos Eſau, ſiue Edon e
Gene. 25. filio Eliphaz. Madianque erat filius Abrahæ è Cethura, Aſion-
36. gaber Ciuitas erat Idumeorum, e qua Salomon, & Ioſaphat
Exod. 17. Iſraelitici Reges claſſes mittebant gubernantibus eas Tyriis.
Elat, ſiue Ahilat, vel, vt Strabo vocat, Ailan, vnde ait Alaniti-
cum ſinum (quod ex vtraque littoris parte iuxta Plinium lib. 5. B
cap. 11. habebat Ailan) dictum, aut Aelaniticum, ſic enim vo-
Num. 31. cant aliqui, quod coniungant æ, & i. ac diphtongum conſtituant
Deut. 2. alii vero diſiungant, ſimiliter ad Idumeos pertinebat, quæ con-
3. Reg. 9. ſtant è diuinis libris. E quibus apparet ad Idumæis habitata
22. Arabiæ, mariſq. rubri littora. Cumq; Edon (vnde Idumæi, ſiue,
2. Paral. 8 vel, vt vocat Iuſtinus, Edumæi variata inflexione, ſunt dicti) ſint
4. Reg. 14 eidem, qui Græce Erythæi, aut Phenices, latine rubri, dicuntur.
Stra. lib. 16. Hinc colligitur ab illo nomen Erythreo mari datũ. Et quod vo-
Plin. lib. ca. lunt aliqui Erythram fuiſſe filiũ Perſei, & Andromedes, vnde ita
28. fuerit appellatum mare, falluntur. Nam prius ita appellabatur C
argumento eſt, quod Cadmi comites, vt videbimus ex Herodo-
Herod. lib. 5 to, & Strabone, Arabes Erythram in Euboea inſula condide-
Strab. 10. runt de nomine patriæ ſuę. Cadmuſque fuit, antequam Perſeus
ex Andromeda filios ſuſcipere poſſet, quin duabus ante Perſeũ
generationibus. falſum ſimiliter à Phenice inuentum purpuræ
colorem; cum fuerit Phenix multo poſt ætatem Moyſis, qui ſæ-
pius purpuræ mentionem facit, ideoque purpura erat in vſu
longe ante Phenicem, ſed quoniam Phenices illam comporta-
runt in multa loca, iccirco nomen gentis traduci cœpit ad co-
lorem. Quod ſi agamus de Coccineo; & hic temporibus Iaco- D
bi cognitus erat. obſtetrix namq. cum pareret eius nurus Tha-
Gen. 38. mar, alligauit ad manum Tare infantis coccinum. Quod igi-
tur Amos vocat Tyrios fratres Idumæorum, vel Iudæorum, ſi-
ue vtrorumque (Nam ſenſum hunc omnem lectio recipit) id
non pertinere ſolummodo videtur ad arcta amicitiæ vincula,
ſed ad eamdem quoque cognationem, quod ex eodem genere
Abrahæ magna ex parte nati eſſent, vt è ſuperioribus liquet.
Quocirca Ezechiel alloquens nouam Tyrum, Regemque illius
Ezech. 25 manifeſtiſſime, vt aperiemus, teſtatur à principio bene ſen-
27. ſiſſe

A ſiſſe illam de rebus diuinis, ædificatamque à finitimis. Vel itaque Iudæi fuerunt, vel Idumei. his enim ſolis contigit utrumque, vt religioni rectæ adhærerent, ac finitimi eſſent. obſeruandumque nobis eſt, quod ait Mela lib. primo, Cepheo Regi Ioppes fuiſſe fratrem Phineum, amborumque aras oſtendi ſumma cum religione ab incolis loci. dignoſcimuſque Phinei, Cadmi, Beli, Cephei nomina Hebraicis eſſe quam ſimillima, & gentilitia, nam ſæpe in ſacris literis mentio fit Phinees, quod Phinei, Phenicique eſt geminum, reueraq. eſt Hebræorum, è quorum ſtirpe ſunt Idumei. nomen Cadmi clarius ab Hebraico eſt
B deductum. in Tribu enim Zabulon eſt torrens Cadumi, cuius eſt mentio in libris Iudicum. Belæ autem nomen, quod attribuebatur auo Cadmi, apertiſsime eſt Regis Idumeorum, quod habetur in Geneſi, & libro Paralipomenon primo, in quo numerantur octo Reges, qui imperarunt in Idumea, prius quàm Rex daretur Hebræis. Quod ſi cuilibet Regi aſsignentur anni triginta ſingulis ſcilicet plus minus, conficientur, vt in ſimilibus Regum ſucceſsionibus etiam contingit, ducenti quadraginta, quorum finis cum tangat initium Saulis regnantis, principium tanget tempora Aod Iudicis, ac Deboræ, quibus neceſſario
C quod in chronicis adnotatur, Belus Cadmi auus, Cephæi, Phinei, Agenoriſque pater late regnabat, vt videatur eſſe idem cum Bela Idumeorum Rege. Et quidem prophani ſcriptores videntur Belum facere Arabici generis, è quo ſunt Idumei, ita enim poeta, vt eum citat Strabo.

Mel. lib. 1. cap. 6.

Gen. 36. 1. Par. 1.

> Καὶ κούρην Ἀρράβοιο τὴν Ἑρμάων ἀκακήτα
> Γείνατο καὶ θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος.
>
> *Et puella Arabis, quam Hermaon puram*
> *Genuit, & puella regalis Beli domini.*

D Sic igitur Belus Arabs ex Hermaone genuit puellam. Quin idem Strabo libro decimo Cadmi Comites, qui in Græciam venerunt, ait, Arabas fuiſſe, a quibus tum is, tum Herodotus libro quinto conditam volunt Erethriam, ſiue, vt in Boeothicis Pauſanias vocat, Erythram. Iam vero quemadmodum Belus, Cadmus, Phenix, Hebræorum, Idumeorumque voces eſſe videntur, ita & Cepheus, nam Cephe Hebraicæ eſt petra, & Agenor, quod cum Aſion ciuitate Idumeorum maritima habet aliquam ſimilitudinem, ſimiliter Hiram, qui tempore Salomonis Tyriis imperabat eſt Idumeorum nomen, vt è Geneſi, ac

libro

libro Paralipomenon conſtat. Scribit autem Strabo ab Home- A
ro vocari Arabas Erembos eo verſu:

Αἰθιοπάς δ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους, καὶ Ἐρεμβούς.

Aethiopaſque adii dein Sidonios, & Erembos.

Quocirca Zeno reponebat Ἀῤῥαβας. Hebræi namque, & ipſi non Arabas ſed Erebas dicunt, vt apparet ex Iſaia. Nigri autem coloris extitiſſe pleroſque Arabas, illud oſtendit, nigra ſum ſed formoſa filiæ Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ideoque Sephora coniux Moyſis appellatur Aethiopiſſa, quamuis ex Arabia foret, & Homerus coniungit Aethiopas, & Arabas, ac Cepheus Andromedæ pater Aethiops vocatur à ſcri- B
ptoribus.

Ex his omnibus, vt apparet, conficitur nouã Tyrum cõditam fuiſſe ab Idumeis Arabibus, qui Rubrum mare incolebant. Phenicaſque, & Idumeos eiuſdem generis eſſe. Quocirca Tyrij ab initio plerumque de rebus diuinis optime ſenſerunt. Nam ſic Ezechiel alloquens nouam Tyrum, Tyrique Regem. Hæc dicit Dominus Deus, tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, ac perfectus decore. In delicijs paradiſi Dei fuiſti omnis la-
Eze. c.28 pis precioſus operimentum tuum, Sardius, Topazius, & Iaſpis,
Chryſolitus, & Onyx, & Beryllus, Sapphyrus, & Carbunculus, & C
ſmaragdus, aurum opus decoris tui, & foramina tua, in die qua conditus eſt, præparata ſunt. Tu Cherub extentus, & protegẽs, & poſui te in monte ſancto, in medio lapidum ignitorum ambulaſti, perfectus in vijs ſuis à die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te, in multitudinis negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate; & peccaſti, & eieci te de monte Dei, & perdidi te ò Cherub protegens de medio lapidum ignitorum. Hæc Ezechiel de noua Tyro, Regeque ipſius, attribuens illi ſapientiam, perfectionemque diuini cultus, ac religionis ex eo tempore, quo condita illa fuerat, atque ita perſti- D
tiſſe vſque ad ædificationem templi videtur innuere, cum dicat poſitam fuiſſe in monte ſancto Dei, qui non alius vocatur à Diuina Scriptura, quam ille, in quo templum Salomon ædificauit. Iccirco omnia, quæ templo, & ſummo ſacerdoti conueniebant, propheta Tyro, Regique eius aſcribit. nimirum quod ſit Cherub extentus, ac protegẽs, quod pertinet ad Cherub, à quo arca protegebatur alis extenſis, quod habet eaſdem gemmas, quæ geſtabantur à Pontifice maximo ad pectus. Denique quæcunque maxime ſacra, & religioſa loci, arcæ, & Sacerdotis in templo

iam

A iam condito erant Salomone regnante, Tyriis aſſignantur, dictumq. merito eſt eos ambulaſſe in medio lapidum ignitorum, vt appareat iam tum templum è lapidibus fuiſſe constructum, cum Tyrii ſapientia cæleſti arderent, quæ conſentiunt litteris ab Hiramo Tyriorum Rege ad Salomem ſcriptis, quia dilexit dominus, inquit, populũ ſuũ, iccirco te regnare fecit ſuper eũ, & benedictus Dominus Deus Iſrael, qui fecit cælum, & terram, 2.Par. 2.
qui dedit Dauid Regi filiorum ſapientem, & eruditum, & ſenſatum atque prudentem, vt ædificaret domum Domino. Hæc Tyri Rex Hiramus, è quibus apparet eum bene ſenſiſſe de vero
B Deo, rebuſq. ad ipſius cultum pertinentibus. Quod alio quoque argumento confirmatur. Nam Salomon dono obtulit Hiramo Regi oppida viginti Galileæ, in quibus habitabant ſine dubio Iſraelitæ. Non videtur autem vllo modo dicendum, datos illos à Salomone in poteſtatem Regis male de re diuina ſentientis, eo tempore, quo, & ipſe bene ſentiebat; cum foret hoc contra legem Dei. Sic igitur videntur Tyrii cum ſuo Rege maxi- 3. Reg 9.
ma ex parte veræ religioni adheſiſſe vſque ad Hirami ſuprema tempora. non enim negamus aliquos eo confluxiſſe (cum ciuitas maritima foret negociatorum pleniſſima, & aduenarum)
C qui multa impia ſectarentur. Numerantur porro à noua Tyri ædificatione, ad conditum templum ducenti quadraginta anni, quibus recta pietas in ea ſtetiſſe aliquo modo videtur. Sic etiam poſt aduentum Cadmi in Græciam, vera religio cæpit in ea maxime corrumpi, cum teſtetur Herodotus libro ſecundo Heſiodum, & Homerum, qui multis poſt Cadmum Agenoris filium ſæculis fuerunt, tradidiſſe prolem Deorum, cognomina, honores, diuerſa artificia, & figuras, quod etiam Pythagoras teſtatur, vt refert in eius vita Diogenes Laertius. quod eſſe verum cognoſcimus è Grecorum Theologia, quam refert Euſebius li-
D bri ſecundi capite ſecundo de preparatione euangelica, in quibus apparet Cadmi nepotes cælitibus aſcribi, non ipſum, vel ipſius maiores, alioſue vel ſupra illius ætatem. eodem modo nõ legimus ab eo, vel eius comitibus vllos habitos honores Aſtarthi Sidonorum Deæ, quam Tyrii poſtea receperunt, vt oſtendemus, neque Phænicum Theologiam; quam refert Euſebius libri primi capite ſeptimo de præparatione Euangelica, Græcis ex vlla parte ab ipſo traditam, quæ ſane omnia ſuadent à Cadmo Agenoris filio veram religionem cultam. Quod niſi Euſebius ſibi, Herodoto, & aliis diſſentit, cum ſcribit à Cadmo inuectas

in Græciam ſimulacrorum conſecrationes, Deorum feſta; A
& himnos, dicendum nobis eſt id pertinere ad Heroas, quos etiam diuina Scriptura interdum Deos appellat, ac ſi Thaſii Phenices dicuntur Herculi templum conſtruxiſſe vti Heroi, non vti ſummo Deo, vel cæliti id egerunt. quamquam fieri potuerit, vt e Cadmi Comitibus aliqui & in his Thaſii non coluerint rectam religionem, quod e variis populis eum multi fuerint ſecuti; Cadmoque adſcribitur, quod eius Comites perpetrarunt. niſi aliquid ipſe errauit. probauimus enim iã ex Ezechiele, ac literis Hirami, ipſos Tyri Reges, à quibus eſt ortus Cadmus, & Tyri nouæ incolas ab origine Vrbis veram pietatem ſecutos. fidem facit his omnibus, B
quod Erythreæ Sybillæ carmina clariſsime omnium quæcunque ad veritatem diuinorum pertinent, Chriſtum, pietatemque ſinceram prædicunt. quod Lactantius non vno in loco teſtatur. (Nam ſiue illa Erythris eſt nata, vt contendit Appollodorus, ſiue alibi ante Cadmum, vel poſtea, nil refert) eius certe carmina religioſius conſeruaſſe, quod Erithrei à Cadmo comitibuſque eius orti fecerunt, oſtendit ſine dubio veram religionem magis ab illis, quam à reliquis cultam. His poſitis, & explicatis. quando videmus Tyrios, Tyrique Reges veram pietatem ab initio vſque ad Hirami Regis tempora amplexatos, videamus, quæ fuerit iſtorum felicitas temporalis. Cadmus igitur, ac Phenix Tyrii fratres, Agenoriſque filii diuerſi à Thebanis (niſi quis eos confundat cum temporibus, aut eoſdem faciamus, quod non eſt loci præſentis diſcutere) latiſsime dominati dicuntur. Nam Cadmus Armeniam ſubegit, Phenix Ciliciam, & Bythiniam, quæ notat in Chronico Euſebius. Cumque Græci Cretenſes abſtuliſſent Agenori Europam filiam, Cadmus vlturus iniuriam raptæ ſororis claſſe in Euboeam venit, inſulam cæpit, Eretriamq. ſiue Erythram, vt in Beoticis Pauſanias vocat mutatis i. & τ in affines litteras η, & θ in ea condidit, adduxit in ſuam præterea poteſtatem Calliſtam, quæ poſt octo ætates Theras eſt dicta, vt Herodotus libro quarto refert, ac Thaſum, quod ſecundo; ſimiliter & Bœothiam, in qua Thebas ædificauit, prius Cadmeas dictas, quod quinto tradit. Quinetiam nonnulla Illyrii loca, quod ſcribit Pauſanias poſt alios multos in Bœothicis. exẽplo Erythreæ, plurimæ deinde Erythreæ aliæ ſunt ædificatæ in Græcia, & Aſia, quas enumerat Strabo libro decimo. Addo his Erithriam inſulam in freto Gaditano, vt ſupra ex

Lact. l. 1. de fal. rel. cap. 6. & lib. de ira Dei cap. 22.

C
D

pra ex

A pra ex Plinio referebamus. Poſt conditam deinde Tyrum ducentis viginti annis plus minus, Dauide regnante Cumæ in Italia conditæ ſunt ab Eretriis Euboeæ incolis. ignoramus an Tyrii adfuerint, dubitationem facit, quod Solinus Nolam Cumis propinquam. narrat à Tyrii ædificatam. Poſt Cumas etiam Carthaginem conſtructam refert Euſebius. Neminem vero moueat, quod variis temporibus leguntur Vrbes eædem à diuerſis conditæ. Nam ſæpius alius incipit, alius autem proſequitur, aut exilis eſt aliqua habitatio ab initio, deinde ad iuſtæ Vrbis formam dilatatur, vel etiam deſtruitur, ſiue deſeri-
B tur, deinde reſtauratur, & inhabitatur. Igitur Tyrii multis in locis prope littus portuoſum ſolebant arces excitare, vt eſſent ipſis nauigantibus tuto profugio, & in Lybia condiderunt Vticam, & Leptim, quod Plinius tradit. Carthaginemque eo quo diximus tempore, vt Euſebius notat, quæ deinde in vrbis iuſtæ formam fuit à Didone amplificata poſt templi fabricationē, quod optime colligit Ioſephus libro primo aduerſus Appionem. Quin dicuntur in oris Africæ maritimis Atlanticum Oceanum ſpectantibus oppida tercentum condita à Tyriis ea littora circumnauigantibus. Arces vero, vt prefati ſumus, ab
C antiquis Vrbium nomine vocabantur, vt Cecropia, & Cadmea, quod in Poplicola Plutarchus notat. Ac videri merito poteſt alicui fuiſſe excitata illa, cum claſſes Salomonicæ moderantibus eas Tyriis in remotiſsimas, ac diuerſas oras triennii ſpatio tendebāt. Nam, quod alii volunt in Orientem nauigaſſe, alii in Occidentem, vel denique circumlegentes Africam perueniſſe in Tharteſſum, vel Tharſis, ſiue Hiſpanicas Gades, ac terras, quid impedit, quin peterent omnes haſce regiones aliis, atque aliis nauibus varium curſum tenentibus ad omnigenas merces deferendas? Nam & Luſitani in Auſtrum ad Promontorium bo-
D næ ſpei, in Orientem ad Moluchas, in Occidentem ad Braſiliam medium mare ſecantes pergunt. Igitur naues Salomonis ibant in Tharſis cum ſeruis Hiram in annis tribus ſemel, & deferebant inde aurum, & argentum, & Ebur, & Simias, & pauos, atque hæc eſt diuerſa nauigatio ab illa, quæ refertur alio loco cum ſcribitur, ſerui Hiram, cum ſeruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & ligna Thiyna, & gemmas prætioſiſsimas, in hac enim non eædem merces, quæ in illa aduehebantur, neque ſimul inſtitutæ memorantur, neque idem tēpus in vtraque inſumptum narratur. ac diuerſa loca ſunt Ophir

Strab. l. 3. ac Tharſis. tanta vero argenti copia ſcribitur fuiſſe in Tharteſſo Hiſpanica, vt ſtabula aliquibus forēt argentea, quod refert Strabo, omnem metallorum copiam Tharteſſi deſcribens, ſicuti, & Herodotus. Igitur vt ad propoſitum redeamus, probabile eſt Tyrios Salomone regnante vna cum Hebręis, & Idumeis à mari Rubro ſoluentes Africæ littora circumnauigaſſe, atque illa, quæ dicuntur oppida ſiue arces tercentum in maritimis Atlantici Oceani locis ædificaſſe; addimuſque his, quod Herodotus tradit libro quarto à Necho Aegypti Rege miſſos Phænicas, qui ex Arabico ſinu ſoluentes Africam circumluſtrarent, & ab ijs conſumptum triennium in nauigatione, quod tranſigebant etiam Salomonicæ claſſes, donec tranſuecti Herculis columnas redirent, taliſq. ac tanta bonorum temporalium felicitas Tyrijs fuit vſque ad ſuprema tempora Salomonis.

Verum quemadmodum Salomon miſerrime in Idolatriam cecidit, ac fana Aſtarthæ Sidoniorum Deę, & aliis falſis Diis ædificauit, eodem modo Hiram, & illi Deæ, & aliis multis extruxit, quod è Menandro Epheſio narrat Ioſephus adducto libro. Quocirca Tyrus ex hoc tempore in multitudine negociationis repleta eſt iniquitate, atque eiecta eſt è monte Dei, ac perdita. ac veluti Hieroſolyma fuit à Nabuchodonoſoro exciſa, ſic à fundamentis euerſa eſt Tyrus, quod clariſſime non modo Iſaias, ſed Ezechiel etiam tradit vt mirandum ſit, quid venerit in mentem, ſecus aſſerere interpetri Iſaiæ, quamuis hiſtoriarū veritatem non aduertens affirmet eodem loco ab Alexandro Magno deuictum Cyrum Perſarum Regem, Tyrumque expugnatam poſt captam Perſiam, deuictumque Orientem, quorum vtrumque eſt falſum. Nam Cyrus tribus prope ſeculis fuit ante Alexandrum, Tyruſque ab hoc diruta eſt ante occupatam Perſiam ac reliquas orientis terras, quas recenſet, vt ex omnibus hiſtoricis apparet. exciſæ à Nabuchodonoſoro Tyri tres afferuntur cauſæ. Primam refert Amos, quod Tyri non modo deſciuiſſent ab amicitia, & federatione fratrum ſuorum ſiue Idumeorum, ſiue Iudæorum, ſed eos etiam vendidiſſent in ſeruitutem. *Leo Caſt.* (margin, beside "tem, ſecus aſſerere")

Secundam memorat Ezechiel pro eo quod dixit Tyrus (de Hieruſalem à Nabuchodonoſoro diruta) Euge fractæ ſunt portæ populorum conuerſa eſt ad me, implebor, deſerta eſt. Tertiā ſubiicit idem, quod in ſuperbiam ſic eſt euecta, vt diuinitatem ſuis arrogaret, veluti Herculi, Aſtarthi, & aliis ſapientiæ priſtinæ oblita. Cum vero euerſa eſt à Nabuchodonoſoro Tyrus, plu-

A plurimique Phenicũ ſunt adducti captiui in Babyloniam, quod Ioſephus contra Apionem libro primo refert. Tunc etiam Thaletis Mileſii parentes, genere Phœnices è Thelidarum familia, à Cadmo, & Agenore prognati, inquit Diogenes Laertius, Miletum commigrarunt, ab illoque Ionica philoſophia, quod ait idẽ manauit. Similiter Pherecides Syrus paulo poſt in Græciam venit, à quo Italica philoſophia cæpit initium, quod idem ſcribit. Ab vtraque philoſophi omnes celebriores profecti. Videtur autem Thales longe melius de Deo, ac rerum veritate ſenſiſſe, quam Pherecides, ſic igitur à Phenicibus Iudæorum fratribus, ac fœderatis, vt vocat Amos, non modo inuectæ per Cad- *Diog. l. 7. in Thal. & Ph. & l. 8.*
B mum litterę in Græciam, ſed omnis etiam Philoſophia deriuata. Viguerunt autem maxime ſapientię ſtudia in Thaman præcipua Idumæorum Metropoli, quod teſtantur Hieremias, & Baruch ob id in libro Iob inducitur quaſi ſapiens diſputator Eliphaz Themanites, vt meritò e Theman in alios ſiue Tyrios, ſiue Phenicas eadem ſtudia videantur allata, cum mercaturæ potius, quam ſapientiæ dediſſe operam cuncti Phœnices videntur. propter hæc vero omnia non immerito Plinius dixit, ipſa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentiones, & Syderum *Ier 25. 43* *Bar. 3.* *Iob. 3.* *Pli. l. 5. c. 12*
C naualiumque, & bellicarum artium, & Mela, Phenices, ait, ſolers hominum genus, & ad belli pacíſque munia eximium literaſq; & literarum operas aliaſque etiam artes, & Herodotus libro quinto Phenices iſti, qui cum Cadmo aduenerunt, quorum Gephyrei fuere, dum hanc regionem incolunt, cum alias multas doctrinas in Græciam introduxere, tum vero litteras, quæ apud Græcos, vt mihi videtur, antea non fuerant. *Mela c. 6.*

Mirabile eſt autem Tyrum fuiſſe reſtauratam poſt annos ſeptuaginta, ſicuti eodem modo Hieruſalem, quod Iſaias prænunciauit, & quando exciſa eſt illa ob violatum fœdus amicitiæ cum
D Hæbreis ſic eodem renouato legitur renouata. Nam Duci Iudeorum Zerobabeli ad templi ędificationem cedri materiam Tyrii miſerunt, atque in Eſdra legimus temporibus Neemiæ Hieroſolymis habitaſſe, mercimoniaque exercuiſſe, ex hoc igitur tempore ad quemdam priſtinæ felicitatis ſtatum redierunt. Nam maximæ Phœnicum claſſes Perſarum Regibus adfuerunt ſemper in bellicis expeditionibus, vt legimus apud Herodotũ, atq; Diodorum. Atq; ita hoc erit ſecundum felicitatis huiuſmodi, tempus, à quo tamen excidiſſe videntur, atque induas miſerias infeliciter corruiſſe ob eam, quam refert Iſaias hæc pro- *1. Eſdr. 3.* *2. Eſd. 13.*

ſpiciens,

ſpiciens, cauſam. Quod ſcilicet Tyrus meritricia quæque con- A
Hiſ.c.33. ſectaretur, & impura omnia proponeret ad alliciendos intra Vrbis ſedem mortales, ac ſibi conciliandos populos. Nam ſic Propheta ſanctus ad Tyrum, ſume cytharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum, vt memoria ſit tui, & mox, & rurſus fornicabitur cum vniuerſis Regnis terræ ſuper faciem terræ. Conſentit his, quæ ſcribit Iuſtinus referens Tyrios in tantam mollitiem luxumque effeminatiſsime prolapſos, vt ſerui fuerint auſi arrepto ferro Dominos occidere, Rempublicam inuadere, omnem- B
que illius adminiſtrationem in ſe transferre. Atque hæc eſt prima clades. Cum non multo poſt Alexander Magnus Tyriis indignatus, quod eum nollent recipere, obſidione Vrbem con-
Iuſt.lib.18. xiſſet, ipſaque capta, omnes uiros, niſi, qui fuga ſibi cõſuluerunt
Q.Curt.l.4 interfecit, ignem tectis iniecit, quod Iuſtinus, Quintus Curtius, aliique narrant. Atque hæc ſecunda clades, ac ſecundum felicitatis, & miſeriæ tempus.

Rediit tamen ad aliquam priſtinæ felicitatis formam cum Romani Orientem tenerent. Hi namque illis auitam libertatem reſtituerunt, ac tutati ſunt, quod ſcribit idem Curtius, ac C
Strb.lib.16. Strabo. quo tempore paratiſsimi leguntur fuiſſe ad Chriſti
Matt. 11. mandata ſuſcipienda. Ob id enim Chriſtus dixit veh tibi Coro-
Luc. 10. zaim, veh tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent
Mar. 9. virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent, & alibi idem de muliere egreſſa è finibus Tyri dixit, O mulier magna eſt fides tua, & non inueni tantam fidem in Iſrael. Quin euangelio adhæſiſſe pleroſque omnes
Act. 21. Tyrios poſt obitum Chriſti diſcimus ex actis Apoſtolorum.
Euſ.l.5.c.1. Atque ex eis quæ teſtatur Euſebius. Sed hæc pertinent ad Chriſtiana tẽpora. de quibus agetur ſequentibus libris, appa- D
retq. ex iis, quæ diximus, pro modo rectæ religionis, aut magis cultæ, aut minus contẽptæ procedere temporalem felicitatem. Atque hæc quidem quantum ad Tyrum. Nam Sidona conſtat dirutam fuiſſe à fundamentis, incenſamq. ab Artaxerſe, vt Diodorus Siculus narrat libro 16.

Duobus

A *Duobus temporibus Carthaginenſes maxima ſunt potiti felicitate, ac minus a vera religione abfuerunt, a qua recedentes in multas ruinas inciderunt.* *Cap. VIII.*

CArthaginenſium Reſpublica latiſſime aliquando imperauit, vt videbimus. regnante enim Cyro, Hiſpaniæ multas terras, Lybiæ, Corſicæ, Sardiniæque, & Siciliæ plurima loca tenuerunt illi, vt apparet ex Herodoti libro primo, Strabonis decimo ſeptimo. Verum cum bella gererent in Sicilia Duce Ma-
B cheo, peſtilentiaq. vexarentur, cruenta, inquit Iuſtinus, ſacrorum religione, & ſcelere pro remedio vſi ſunt. quippe homines, *Iuſt.l.18.* vt victimas, immolabant, & impuberes aris admouebant, pacem Deorum ſanguine eorum fuſo exponentes. Itaque aduerſis tanto ſcelere numinibus, cum in Sicilia diu infeliciter dimicaſſent, translato in Sardiniam bello, amiſſa maiore exercitus parte graui prælio victi ſunt, & ab Afris coacti ſunt tributum *Iuſt.l.19.* pro ſolo Vrbis pendere. Atque ita in maximas anguſtias redacti ſunt, dum ſacrificiis huiuſmodi impijs vtuntur, quæ Iuſtinus
C idem tradit.

Verum, Dario regnante, humanas hoſtias immolare vetitum fuit, Mauriſq. ex hoc eſt illatum bellum, aduerſus Numidas eſt pugnatum, & Afri compulſi ſtipendium Vrbis conditæ remittere, ac Reipublicæ res melioribus ſunt legibus conſtitutæ delectis centum ſenatoribus. amplificatumque eſt rurſus latiſſime imperium, quod conſtat ex iis, quæ vſque ad librum vigeſimũ narrat Diodorus Siculus, a quo habemus ab illis Lybiã de- *Diod.l.15.* uictam, Sardinã, Siciliæ multa loca. Sed enim anno Vrbis, vt numerat idem ſcriptor, quadringenteſimo quadrageſimo quarto,
D rurſus impia Saturni ſacrificia renouarunt, atque impuberes ei mactare cæperunt. An proſecuti fuerint huiuſmodi inſtitutum, *Diod.l.20.* non eſt nobis exploratum. Sed illud certius. anno Vrbis, vt alii numerant quadringenteſimo octuageſimo octauo, primum à Romanis aduerſus Carthaginenſes eſt initum bellum, varioque euentu ſemper ad extremum ſunt horum vires acciſæ, ditioneſque imminutæ, ter inſtaurato bello, donec anno ſexcenteſimo ſeptimo, qui eſt centeſimus ac vigeſimus à primi belli initio, Carthago à fūdamentis eſt euerſa.

Illud autẽ fuit, quo Carthaginenſes maxime religionem violarunt

larunt quod iuſiurandum ſuperis, ac diuinitati præſtitum ma- A
xime omniũ frangere ſoliti ſcribuntur. Quod non modo cæteri
ſcriptores teſtantur, tum vero Polybius libro ſexto. quocirca
prouerbio factus eſt locus, ac paſſim dictũ, Punica fides, & quo-
ties aduerſus Romanos commoto bello fœdus rupere, toties de-
nique incredibilem temporalium bonorum iacturam fecerunt,
donec omnino deleti ſunt. Antea tamen ſemper vbi ab impie-
tate magis abfuerunt magis amplificati ſunt, minuſque, vbi mi-
nus ab eadem receſſerunt.

Referuntur gradus, quibus Romani corruerunt in impietatem, cladeſque, quibus ob illam ſunt afflicti, & contra. B
Cap. IX.

QVamobrem ſi cunctas nationes à ſincero Dei
cultu alienas contempleris, & quanto quæ-
que interuallo abeſſet à veritate perpen-
das, Romanam cognoſcemus poſtremis
temporibus ab illa longe minus receſſiſſe.
In primis enim, licet plures Deos crederet,
vnum tamen, qui imperaret omnibus, om- C
nipotentem, creatorem, dominumque vniuerſorum ſtatuebat.
Deinde Græcorum fabulas cunctas, quibus ignominioſa, & in-
fanda plurima cælitibus aſcribebantur, omnino reiiciebat,
quod Dyoniſius Halicarnaſſeus libro ſecundo refert, quin Nu-
ma regnante neque imagines ſuperis affingebat, quod illos
corporis expertes eſſe decerneret, vt in vita Numę Plutarchus
tradit. Sed hoc poſtea quantum ad imagines non retinuit.
Et quamuis ſacra multa peregrina admiſerit intra Vrbem, ta-
men à Peregrinis illa curari ac celebrari, non ab ipſis Roma-
nis volebat, vt idem Dyoniſius ſcribit. Eadem præterea iuriſ- D
iurandi, in quo Deus teſtis, & vindex adhibetur, ſemper obſer-
uantiſſima fuit, quod Polybius libro ſexto admiratur, idemque
hac in re nimium ſuperſtitioſam vult illam fuiſſe, quod certiſ-
ſimum reputaret malos diuinitus puniri, bonos autem ſubleua-
ri, ac remunerari. Ab eadem ſancitum, nequa gens imperii ſui
poſſet hoſtias humanas immolare, vt Euſebius libro de Euan-
gelica præparatione ſcribit. Denique nulla æque fauit Hebræis
eorumque rebus vſque ad ortum Chriſti, ac Romana, vt infra
aperiemus. fecerunt autem Romani maiores impietatis, ac ſu-

perſti-

A perſtitionum progreſſus in ſequentibus ſæculis, quod peregrina ſacra adſciſcerent, aut nouos Deos ineptiſſime conſecrarent, ſuperabantur tamen hac in re ab aliis gẽtibus, quod ita eſſe colligi poteſt ex iis, quæ late explicauimus lib. xii. cap. xv. & ſequentibus de ſignis Eccleſiæ Dei.

Iucundiſſimæ tamen eſt cõtemplationis intueri, qui gradus facti ſunt ſuperſtitionis à populo Romano, & in quas hic ærumnas iccirco inciderit, quamuis aliæ gentes multo maiori in dies impietate implicari viderentur.

Primus eſt igitur, cũ Romulus eſt in ſuperos relatus, fana de-
B dicata Pallori, Timori, Sterquilinio, Cloacinæ, diuiniq. habiti honores, vt libro primo Titus liuius, ſecundo, ac tertio Dionyſius, aliique tradunt, ac tum præter alia Romani inciderunt in ſæuiſſimam Tarquinii ſuperbi Tyrannidem, à quo nobiles quiq. ac diuites, & potentes obtruncati; plebs omnis operibus miſerrime oppreſſa, donec illis eiectis, grauiſſima bella ſuſcepta, & in extremum ſæpe diſcrimen Romani multis cladibus acceptis adducti ſunt, quæ libro ſecundo Titus Liuius, & Dionyſius quarto ſcribit.

Secundus eſt, cum Floræ Meretrici ſacra ſunt inſtituta, ipſaq.
C cælitibus aſcripta, exciſiſq. Veiis ſimulacrum Iunonis eſt Romam tranſlatum, ac ſexto anno poſt hæc a Gallis eſt Roma capta, direpta, incenſa, innumeri trucidati, & ad vltimum prope interitum Romanæ res adductæ anno tercenteſimo ſexageſimo tertio, quæ Liuius proſequitur libro quinto.

Tertius eſt, cum quadringenteſimo ſexageſimo primo anno Epidaurius anguis Romam fuit aduectus, ac diuini honores eidem, proliquc ipſius ſanciti, quam rem deſcribunt late Valerius Maximus libri primi capite octauo, Liuius libro decimo, Florus vndecimo. Ac paulo poſt, exorta bella Punica multis Ro-
D manos cladibus affecerunt: omnium vero atrociſſimum fuit ſecundum, quod incœpit anno quingẽteſimo trigeſimo quinto, in quo Annibal Romanos ad extrema queq. adduxit, quod eſt omnibus notum.

Quartus eſt, cum quingenteſimo quadrageſimo ſexto, ſiue, vt alii numerãt, nono anno, Cybele Deorũ mater Romã maximis cũ ceremoniis eſt aduecta, ierunt illi obuiam ad mare. P. Scipio Naſica vir optimus omnium iudicatus cum matronis omnibus Romanis, Dea vero illa erat lapis quidam, quã Peſſinuntis incolæ in Phrygia vocabant Idæam matrem Deorum, exceptaq. eſt

Vu ab omni

ab omni ciuitate effuſa in occurſum thuribulis ante ianuam po A
ſitis, accenſo thure, atque in æde Victoriæ collocata, ac prid. Id. Aprilis inſtituti ludi, ac ſacra Megaleſia vocata. refert hæc Liuius libro vigeſimo nono. veruntamen Magaleſia non ſunt acta, niſi anno quingẽteſimo quinqnageſimo ſeptimo. omittimus Bachanaliã ſpurciſſimis, & atrociſſimis ritibus peracta per annos multos Romæ, & Italia tota. de quibus idem lib. 39. quod inuito, & ignorante ſenatu fuerint celebrata. Igitur inducta in Vrbem Deorum multitudine, ac diuiſa, diſciſſaq. Diuinitatis ſimplicitate, & intima coniũctione, & ciuitas ipſa, populuſq. Romanus diuidi, ac diſcerpi incæpit, ita vt maxima ex parte priſcæ B
familiæ delerentur, nomen, ius, imperiumq. Romanũ, ad Tyrannidem, quam Romanus vnus in omnes exerceret, redigeretur, ac denique exterus quiuis, qui nihil Romani ſanguinis haberet niſi nomen, ac poteſtatem; & primum quidem tantæ, ruinæ, ac diſſenſioni initium dederunt honeſtæ contentiones in ſenatu, aut populo. quarum fuerũt ab initio Principes P. Scipio Naſica, & Cato, qui cõtrariis inter ſe ſententijs nunquã non pugnabant, diuiſo in duas partes plerũq. & ſenatu, & populo, ſed hæc ſine armis, ac ſeditione, vſq. ad annum ſexcenteſimũ vigeſimum, quo Tyberius Gracchus agrariam legem repugnantibus C
cunctis optimatibus omni ope conatus eſt ferre, ac Duce Scipione Naſica eſt oppreſſus in Capitolio, corpuſq. illius in Tyberis vndas eſt proiectũ, eodemq. anno in Sicilia, Italiaq. atrociſſimum inteſtinumq. à ſeruis eſt illatum bellũ, quod Oroſius teſtatur, & Obſequens his verbis, in Italia multa millia ſeruorũ, quæ coniurauerant ægre comprehenſa, & ſupplitio cõſumpta. Anno autem ſexcenteſimo vigeſimo octauo, cũ M. Fuluius Conſul primus Italicos populos in ſpẽ Romanæ ciuitatis erexiſſet, occaſionẽ dedit, vt Fregellani ſocijq. nominis latini in Romanos arma ſumerent, ac trigeſimo ſecundo populus vtrimq. armatus in D
duas partes eſt diuiſus, commiſſoq. prælio intra Vrbẽ C. Gracchus, & Fuluius Flaccus vir cõſularis cũ multis aliis occiſi ſunt, quam rẽ late proſequitur Appianus, ac Plutarchus. Rurſus quinquageſimo tertio cõcitata à L. Appuleio Saturnino ſeditone, populoq. in duas partes diuiſo ſumptis armis cũ C. Marius conſul Glaucium Pretorẽ, Saturninũ Tribunum Pl. & Saufeium Tribunum itẽ plebis cum ſenatoribus eorum obſediſſet in Capitolio atq. ad deditionẽ compuliſſet, omnes contra datam fidem peremit, vt Appianus, ac Plutarchus tradunt. ſexageſimo autem ſe-

cundo

A eundo Italici populi cũ Romanæ ciuitatis iure, quod ambibãt, ac ſperarãt, excluderentur, coniuratione facta ad internecionẽ prope Romanos adduxerunt,plurima hinc inde prelia commiſſa,quæ deſcribit Appianus,Inde ſexageſimo ſexto exortum ciuile bellum inter conſules ipſos L.Cinnam, & Cn.Octauianum, quo prope Roma eſt euerſa. Tandem ſeptuageſimo ciuile aliud eſt inflammatum inter Syllam, & Marium, quo quid funeſtius, aut perniciofius Romæ fuit, quot exciſę Romanorum familiæ? Hæc nos complexi ſumus fuſe admodũ libris de antiquo,& nouo Italiæ ſtatu.exitus harum ſeditionum fuit hic. Nam Sylla no
B uo exemplo Reipublicæ totius in ſe imperium tranſtulit aſſumpta Dictatura, quã poſtea dimittẽs pediculis absũptus interiit.

Sed quamuis Romani in religionem peccarint admittentes ſacra Cybeles,quæ falſo omnium Deorum mater appellabatur, licet ipſi ea non peragerent,verum Phryges Romã adducti. anno tamen quingenteſimo nonageſimo quinto, vt aliqui numerant,fœdus,ſocietatemq.inierunt cũ Iuda Machabeo,& Iudæis, eiſq.aduerſus Seleucidas, Aſiaticos, Ægyptiacos,& Pharthicos Reges opem ſemper attulerunt. atq.ita maxime omnium veræ religionis cultoribus fauere,vt eſt in libris Machabæorũ,in qui
C bus ita habetur inter alia: Lucius Conſul Romanorũ Ptolomæo Regi ſalutem. legati Iudæorum venerunt ad nos renouantes priſtinam amicitiam,& ſocietatẽ miſſi à Simeone Principe Sacerdotum,& populo Iudęorum.attulerunt autem,& Clypeũ aureum minarũ mille.placuit itaq.nobis ſcribere Regibus,& Regionibus,vt non inferant illis mala,neq;impugnent eos,& ciuiuitates eorum,& regiones eorum,& vt non ferant auxilium pugnantibus aduerſus eos.Viſum autem eſt nobis accipere ab eis Clypeum. ſi qui ergo peſtilẽtes fugerint de regione ipſorum ad vos,tradite eos Simoni Principi Sacerdotum,vt vendicet in eos 1.Mat.8. 12.14.
D ſecundũ leges ſuas.Hæc eadem ſcripta ſunt Demetrio Regi, & Attalo,& Arethę,& Arſaci,& in omnes regiones,& ſãpſamæ,& Spartiatis,& Delo,& Mylo, & Sicyoni,& Caræ,& ad Samum,& Pamphilyam,& Lyciam,& Alicarnaſum,& Rhodũ,& Phaſelida, & Coo,& Sidoni,& Arado,& ad Cortynam,& GnidumCyprum & Cyrenem.Hactenus libri ſacri.Igitur quemadmodũ diſsidiis inteſtinis diſſecti ſunt Romani ſimplicitatem religionis diuidẽtes, multipliciumq. Deorum matrem venerati.Sic ob initã cũ verę religionis cultoribus amicitiam,aux iliumq. ipſis præſtitũ quoad ipſa bona temporalia ſunt aucti;ampliorem materiã fe-

licitatis nacti, à forma ex vna parte deficientes, ex alia vero ma A
gis illam quodamodo conſecuti, quam cæteræ gentes, quæ vel Iudæos oppugnabãt, vel eis haud fauebant. ex illo enim tẽpore, Carthagine diruta, omnino Africam, Lybiãq. cæperũt, & euerſa Corintho Achaiã, Græciãq. deniq; quidquid eſt Aſiæ vſq. ad Euphratẽ, Hiſpaniã, Illyriũ, Dalmatiã, plurimaſq. alias regiones.

Quintus eſt cũ Pompeius plurimis quidẽ beneficiis Iudæos affeciſſet aduerſus Mithridatem, Tigranem Reges, ac finitimos populos bella gerens, ſed exorta inter Ariſtobolum, & Hyrcanum contentione, cum perfidus Ariſtobolus appareret, & in Vrbem Hyeroſolimam templumq. ſe recepiſſet, hac expugnata, tẽ B
ploq. vna capto viginti duo millia Iudæorũ ſunt occiſa, horumq. multi ante aras ipſas. ac tunc Pompeius cum multis inacceſſa templi loca inſpexit, quamuis pecunias ſacras contingere noluerit, & Ariſtobulum quidem vinctũ cum ſuis Romam perduxit, Hyrcano principatum detulit. Verum tributariam Hieroſolymam, cuius muros diruit, Iudeamq. fecit, plurimas Vrbes, ac
Ioſeph. l. 14. c. 8. regiones, quas enumerat Ioſephus, exemit ab imperio Iudæorũ. Tunc inquit hic ſcriptor, libertatem depoſuimus, & ſubiecti Romanis ſumus, & prouinciam, quã armis poſſedimus à Syrijs ablatam, Syrijs compulſi ſumus denuo reſtituere. Inſuper decem C
millia talenta pauco tempore Romani à nobis exegerunt, & re
Idem l. 14. c. 13. gnum, quod antiquitus ſecundum generationẽ principibus ſacerdotum dabatur, populare factũ eſt. Hæc Ioſephus. Poſt hæc Craſſus in Iudæam veniens omne è templo aurũ abſtulit. quod fuit vſq. ad octo millia talentorũ, trabem quoq. aureã ſeptingentarum quinquaginta librarũ. Hæc igitur in Iudæos Romani partim bene, partim male. Et quidem cũ templum fuit à Romanis captum, multorumq. ſanguine commaculatum, Catilina cũ ſuis atrociſsimã coniurationẽ inijt, ac Romana Reſpublica in triũ poteſtatem deuenit, Pompei, Ceſaris, & Craſsi, atq. hic, eodem D
quo templũ ſpoliauit anno, exercitũ florentiſsimum amiſit, ipſe à Parthis fœdiſsime victus, atq; interfectus, maxima Romani nominis ignominia, & damno: donec exortũ eſt ciuile illud inter Pompeiũ, & Ceſarẽ bellũ, Pompeiuſq. fuſus, ac fugiens in Mõte Caſio prope antiquos Iudeæ fines illata morte eſt ſepultus, Ceſar autẽ victor Hyrcanũ ſacerdotũ Principẽ, Iudaicæq. gẽtis Rectorẽ ſecundũ leges Hebræorũ conſtituit, ei cõcedẽs, vt patriæ mænia reficeret, ad poſteros ſuos omnẽ poteſtatẽ trãſmitteret, Hebræi forent à cunctis oneribus, ac tributis immunes, Iop-

pem,

A pem, Sidonemq. eis tributarias efficiens, atque, vt Hyrcano, & *Idem li.14.*
miſsis ab eo locus eſſet inter ſenatores in ludis, neque in vlla *c.19.*
ciuitate prohiberentur cætum conuocare, militiæ nomen dare
ne cogerentur, ac pro ciuibus Romanis haberentur in iis
Vrbibus, quæ Romana Ciuitate donatæ eſſent. Sic itaque
Cæſar maximis Iudæos priuilegiis amplificauit, priſtinam-
que eis libertatem reſtituit. Verum Ceſare interfecto Caſſius,
& eius Sectatores plurima ab iis tributa exegerunt. Herodi-
que promiſerunt eum Regem creare, ſi viciſſet. Cumque An-
tigonus Parthos adducens Pacoro duce Iudæam cæpiſſet, at-
B que Hyrcanus ab his in ſeruitutem cum plurimis fuiſſet abdu-
ctus; vt ſupra referebamus libro tertio ad finem, profugiens
Romam venit Herodes, & adiuuante Antonio Triumuiro fa-
ctus eſt à Senatu Rex, quamuis non putaret Romanos, inquit *Lib.14.c.23*
Ioſephus, ſibi Regnum daturos, quod ſoliti erant generi Sacer- *Lib.15 c. 4*
dotali donare, ſic ille. Idem vero Antonius Cleopatræ impul-
ſu multa abſtulit Iudeorum Regno, quæ deinde victor Octauia-
nus ample reſtituit, ac priſtina Iudæis iura conceſſit, ſic ita- *Et de bello*
que apparet ex dictis amplificatam maxime Romanorum tem- *Iudaico lib.*
poralem felicitatem poſt initam cum Iudæis ſocietatem, data- *4.c.14.& 15*
C que illis ad aliquam libertatem tuendam auxilia, & communi-
cata Ciuitatis Romanæ Iura, ob quæ Paulus Apoſtolus Roma-
num ſe aſſerens ciuem cædi virgis haud potuiſſe iactabat. Quo *Act. 22.*
circa aut feliciores, aut minus infelices fuere Ceſar, & Octa-
uianus cum Priſcis Romanis, qui magis fauere Iudæis, quam
Pompeius, Craſſus, Caſſius, & Antonius, vt omnes norunt, qui
minus fauerunt, quod è memoratis conſtat.

Iam vero ſupremis temporibus Romanorum ſapientiores
agnoſcebant irridenda eſſe, quæ vulgo de Diis credebantur, vt
colligimus è libris Ciceronis de Natura Deorum. Veritatem-
D que diuinorum patefaciebant apertius carmina Sybillina, è
quibus Eclogam ſextam Chriſti euenta continentem Virgi-
lius contexuit. Quamobrem multi Romanorum Iudæorum
placitis adhærebant. in quibus Cornelius Centurio cohortis
Italicæ, qui primus è gentibus Chriſtum colere cum tota domo
cæpit, ita, vt Romani omnium primi ex alienigenis iecerint
chriſtianæ religionis fundamenta, eorumque fides, inquit San- *Rom. 1.*
ctus Paulus, in vniuerſo Mundo annunciaretur, quo tẽpore Im-
perium Romanum latiſſime patebat, neque per Neronem fue-
rat aliquid moleſtiæ Chriſtianis illatum.

Imperia

Imperia qualibet tunc ad ſummum peruenerunt, cum ſinceræ religioni, aut veris eius ſectatoribus fauerunt. Cap. X. A

Ex Superioribus colligi videtur, illud re vera admirabile. Imperia quarumlibet gentium tunc ad ſummum perducta, vel cum veram religionem coluerunt, vel minus eam, cultoreſque eius ſinceros, quam cæteræ gentes, quibus aliquid virium fuit, contempſerunt, ac læſerunt. Perſicum namque, exempli gratia, fuit ampliſſimum Cyro, Dario, Artaxerxe, & Aſſuero imperantibus, quorum quidem edicta ſupra libro tertio recitauimus ad verum Dei cultum propagandum ſpectantia. B

Niniuiticũ latiſſime patuit Theglatphalaſaro, & Salmanaſaro dominantibus, vt huius libri capite ſecundo apparet, quos veræ religioni, ſtudioſiſque illius haud aduerſatos, verum fauiſſe, aperuimus.

Babylonicum potentiſſimum fuit, cum Nabuchodonoſorus eſt amplexatus ſinceram pietatem, vt capite tertio eſt explicatum.

Aegyptiacum cum Ioſephus omnia moderabatur, Sethoſiſq. temporibus & Amaſis, qui ſapiens eſt dictus. C

Aethiopicum Iſmande, & Tharaco maxime, quem Thearconem nominat Strabo, eſt dilatatum, cum proprius abfuiſſe à germano Dei cultu ſupra diſſerebamus.

Græcanicum pertinuit, vt illa Priſca omittamus, ampliſſime Alexandro, Macedonibuſque imperantibus. Placet vero hic aſcribere, quæ S. Thomas ex Ioſepho, & aliis ſcriptum reliquit aſcribens geſta ab Alexandro Magno fidei cuidam diui-

Ioſ. li. 11. c. 8. Lib. 8. cap. 2 næ, ſic igitur ille libro de regimine Principum, fides inquit, in bello corporali, & ſpirituali triumphare facit homines etiam Demonas vincẽs Hæb. xc. fide muri Hiericho corruerunt, fides à Deo fortitudinem recepit 2. Par. 16. prebet fortitudinem his, qui perfecto corde credũt in eum ibidem. c. 20. Credite in Dominum Deum veſtrum, & ſecuri eritis, & mox ſicut fides in bello corporali facit triumphare iuxta illud Ioſue c. 1. Cõfortare, & eſto robuſtus, noli metuere, & noli timere, quia tecum eſt Dominus Deus tuus, ſic defectus fidei facit hominem vinci iuxta illud Eccles. 2. veh diſſolutis corde, quoniam non credunt Deo, & ideo non proteguntur ab eo. etiam fides infirmos facit triumphare, D

A phare, ſicut accidit in Alexandro, cui per ſomnium Deus apparuit in habitu ſummi ſacerdotis, dum ad huc ipſe in Liria ciuitate Macedoniæ eſſet conſtitutus, dumque cogitaret quomodo Aſiam poſſet obtinere, iuſsit eum confidere, nam ipſe exercitum eius perduceret, & Principatum Perſarum ei traderet, qui promiſsioni eius credidit, & ſecundum fidem ſuam factum eſt ei, & cum Alexander iratus veniret Hieroſolymam, & Pontifex Iudæorum præcepto Domini Pontificalibus indutus, & reliqui ſacerdotes cum eo ſtolis legitimis induti exirent obuiam ei extra Ciuitatem, Alexander intuens Antiſtitem Pon-
B tificali ſtola inſignem, & ſuper cidarim laminam, in qua ſcriptum erat nomen Domini, deſcendit de equo, & adiit eum ſolus, & nomen Domini adorauit, & Pontificem veneratus eſt, & obſtupuerunt Principes exercitus, putantes mentem Regis ludificatam: Solus Parmenio quæſiuit, cur Sacerdotem gentis Iudeæ adoraſſet, & reſpondit non hunc adoraui, ſed DEUM, cuius Principatum Sacerdotii gerit. Nam in tali habitu per ſomniũ Deum conſpexi. HÆC Sanctus Thomas ex Ioſepho. à quo habemus etiam fauiſſe Alexandrum vero Pontifici, vereque religioni, & eius ſectatoribus, vt ſupra aperiebamus.

C Alexandri imperium exceperunt Seleucidæ, & Ptolemæi. è quibus Anthiocus cognomento magnus omnium latiſsime imperauit, vt è Syriaco Appiani apparet, ac Iuſtino. Hic autem mirifice Iudæis fauit, eorumque rebus, vt narrat Ioſephus libris Antiquitatum Iudaicarum. è Ptolemæis omnium maxime Iudæos amplificauit, eorumq. res ſacras Ptolemæus Philadelphus, vt idem teſtatur, & hic ſimiliter omnium Ptolemæorum latiſsime regnauit. quamuis autem Ptolemæus Lagi filius ab initio vexauerit Iudęos; poſtea tamen eis factus eſt amicus, eorumque ſacris, quod idem ſcribit.

D Tyrij ſimiliter ampliſsime dominati ſunt, cum Tyro noua ædificata bene ſentirent de religione, vt ſupra fuſius eſt explicatum.

Romani denique, vt proxime aperuimus, ad imperii ſummum pertigere, cum veræ cultoribus pietatis fauere cæperunt, vt iam clariſsime ex omnibus hiſce appareat, ab illa pendere temporalium bonorum felicitatem.

Antiqui

Antiqui Reges in moderandis ampliſſimis imperijs vias humano conſilio conuenientiſſimas ad illa conſeruanda, aut perquam maxime dilatanda viſi ſunt inire: verum cum fuerunt hæ contrariæ pietati ſinceræ, per eas conciderunt. Cap. XI. A

Operepretium vero eſt inſpicere Regibus ac Reip. moderatoribus initas eſſe vias rectæ pietati cōtrarias. quæ ſi ſpectes humana conſilia, perducerent omnino ad amplitudinē multo maiorem regna, & Imperia ipſorum, B & nihilominus ab illa ipſa miſerabiliter concidiſſe redacta ad exiguam tenuitatem. Nā, verbi gratia, Cambyſes impediit ædificationem templi Hieroſolymitani, nequando ſcilicet Hebræi coire poſſent prætextu viſendi templi, quod ter quot annis agebant, & arma ſumere in Perſas, quorum minuebatur auctoritas, ac poteſtas apud ſubiectos, cum religio Iudæorum creſcebat, ac maior fiebat, illorumque ob id neceſſario extenuabatur. auctoritate autem ac poteſtate Imperia continentur, atque amplificantur. Et nihilominus ſecus euenit: Nam ſimulatque diſturbauit inſtaurationem templi, ipſe eſt occiſus, Imperium ipſius C diſcerptum. Idem contigit cum Duces vltimi Darii ſummo veræ religionis antiſtiti coeperunt aduerſari, & alium conſtituere ſunt conati. quem ſibi affinitate deuinxerant, quod ſane ad imperii Perſici ſtabilimentum faciebat, vt Religioni, ac Reip. Iudaicæ præeſſet, qui Perſas affinitate attingeret. Eodem modo augebat opes Perſarum, potentiamque, perſolui ex hoſtiis ſingulis tributum, dignitatemque augebat, ſiquis eorum præfectus ingredi penetralia Templi alijs inaceſſa poſſet, quaſi pari cum ſummo Pontifice Iudæorum, qui ſolus illa adhibat, D loco foret, ac nulla in re minor, & tamen cum Senabatlus hæc auſus eſt, corruit imperium Perſarum.

Sic etiā Sennacheribus niniuitici ſiue Aſſyriaci Imperii Rex, exiſtimabat augendam ſibi potentiam, ſi Iudæos expugnaret, quos ipſius maiores non fuerant auſi vlla in re offendere, attollendamque multo magis, ſi nullum ſibi Deum poſſe obſiſtere ab omnibus crederetur, perinde ac ſi Deo maior eſſet, ideoque iactabat, Deum nihil profuturum Iudæis, neque eum valere aduerſus acies ſuas. Ac tunc exercitus eius miſerabiliter eſt con-

ciſus,

A ciſus, ipſe à filiis ſuis in templo Dei ſui eſt atrociter interfectus.

Quid autem de Babilonico dicemus? Nabuchodonoſorus enim Babylonem maxime ampliauit, vt ab ipſo condita videretur, Templumq. Belo, a quo ſibi genus aſſerebat, magnificentiſsimum conſtruxit, vt è Beroſo refert Ioſephus aduerſus Apionem libro primo. Id vero maxime ipſi auctoritatem, qua firmantur, & augentur Imperia, conciliabat. Nam dignoſcere experimento, plurimum valere aliquem, facit, vt nihil in illum moliar, credere à Diuinitate ortum, timore animos replet
B ac ſubiectos reddit. Hoc totum tamen nihil illi profuit. Idcirco enim captus eſt inſania, diſcerptumque ipſius Imperium, quod denique eſt euerſum, cum Balthaſar vaſa Deo vero conſecrata adhibuit ad honorandos ſuos Deos in conuiuio, quod ſane in animis populi babilonici ſpem magnam poterat ingenerare, quaſi confideret Diis, quos magis, quam prius, coli videbat; iiſque Hebræorum Deum cedere, ac proinde etiam non eſſe metuendum ab oraculis Iſaiæ, vel huiuſmodi aliorum, ſi qua iactarentur de interitu Babilonici Imperii, cum uiderent omnes eorum ſacra contemni, ac nihili fieri.

C Aegypti Rex opinabatur potentię plurimum ſibi acceſſurum, ſi Hebræis quaſi mancipiis vteretur ad munitiſsimas Vrbes conſtituendas, quæ cum non poſſent expugnari, neque Aegyptus occupari poterat. Auctoritatem præterea falſæ religionis tuebatur magorum vanis oſtentis, atque ubi illa deerant, obſtinatione, & peruicacia ſua. Actumq. videbatur de vniuerſis Iſraelitis, ſed eodem momento, quo viſi ſunt iſti miſerrimo interitu abſorpti, abſorptus eſt ipſe vna cum ſuis, occupata ab exteris Aegyptus, Regnumque diſciſſum. Quod cum Sethoſi, ſiue Seſoſtri imperante ad amplitudinem magnam rediiſſet; atque hic, vt Aegyptum populis repleret, celeberrimamque efficeret, gentes varias in eam duxiſſet poteſtatem faciens
D cuilibet colendi proprios Deos, quo eueniebat, vt cuncti allicerentur ad illam inhabitandam, ac mortalium multitudine, quæ poſſet exteris copiis licet immenſis obſiſtere, amplificandam, mox tamen imperium latiſsimum concidit, quamuis videretur ille Orbi toti Reges ſuorum fidiſsimos impoſuiſſe Perſis, Chaldæis, Syriſque Belum, Aſſyriis, & Aſiæ Theutanum, ſiue Tithona, cuius filius Aemathion Macedoniam tenuit, Memnon Aſiæ partem, Colchis vero ſuorum ſtudioſiſsimos, vt ſupra eſt

explicatum; ſimiliter Amaſis cum Iudæos alliciebat ad Aegyptiacas ſuperſtitiones, ſpemque in eis ponendam, ſi penſemus humana inſtituta, regnum ſuum muniebat, adiectione, ac numero hominum in eamdem mentem, quo ad terrena, & cæleſtia coeuntium, & tamen eodem tempore, quando hoc erat contra Germanam religionem, ruinam duxit omnino ipſius imperium. A

Eodem modo ſcilicet Aethiopes corruerunt, qui cum prius non ita ſe abiciſſent, vt Ægyptii ad ineptiſſima, & abiectiſſima quæquæ colenda, ac ſuperis aſcribenda, aut intra ſuas terras excipienda huiuſmodi infanda ſacra, ſimulatque id egerunt ab omni temporalium bonorum fælicitate exciderunt, & tamen iſta egiſſe nihil aliud eſſe videbatur, niſi plures homines in vnum cogere ad idem regnum tuendum, ſimulque eodem vinculo religionis, quo nil potentius ad animos coniungendos arctiſſime colligare. B

Iam vero cum late regnaret Græcanicus Iuppiter, poſteris ſuis credidit Imperium firmiſſimum, quod nunquam diſſolueretur, ſe traditurum, ſi maximos ſibi honores ritu religioſo inſtitueret: ſic enim contingebat, vt mortales ipſum iam defunctum reueriti magis obedirent ipſius poſteritati. Atqui non ita contigit. Nam varias in partes eſt ipſius Regnum diſcerptum. atq; vt ars arte eluderetur, quicunque multis poſt ipſum mortuum ſeculis naſcebantur, ab illo, quem comminiſcebantur in Cœlo regnare, ſe ſe ortos prædicabant, vt eadem ſuperſtitione ſibi homines aſtringerent, ac ſubiicerent. Quod quidē maxime eſt factitatum poſt Herculis, Argonautarumque mortem. Ac tum Græci predationibus, commigrantiumque in Græciam gentium, vel Tyrannorum, latronumq. rapinis valde obnoxij fuerunt, quod Thucydides initio hiſtoriarum refert. Sic vbi Alexander diuinos ſibi honores vſurpare cœpit, ipſe miſerrime interiit, eius ſoboles indignisſime trucidata, Imperiū amplisſimum in varias partes eſt diſcerptum, & tamen nihil æque in officio populos poterat continere, & in amore erga filios ipſius, atque opinio diuinitatis, vt Plutarchus in eius vita notat. C D

Idem Tyrijs euenit. ex quo enim maxime coluerunt Aſtarthim, Reges ipſorum (quorum nomina recenſet Ioſephus libro primo aduerſus Apionem, deducta ab ipſa Dea, cuius ſacerdotio fungi glorioſum ducebant) ſpoliati ſunt antiqua illa temporalium bonorum largiſſima affluentia, factique

ſunt

A ſunt inſtar meretriculæ compita circum euntis ad libidinem, ſuoſq. amplexus quemlibet pellicientis. vt Iſaias hanc bellisſime adducensſimilitudinem deſcribit.

Romani deniq,ne ſimus longiores,accõmodatiſsime illi quidem ad exteros in Vrbem inuitandos, aut alibi poſitos eiuſdem cultus ſimilitudine conciliandos, extera illa ſacra aliquo modo induxerunt,ſed quamuis amplificarentur latiſsimis ditionibus,ex quo veræ religionis cultoribus fauere cœperunt,ipſi inter ſe tamen atrociſsimis bellis ita ſæuierunt, vt ad interitum Remp. perduxerint, & in vnius Tyranni dominatum miſerabiliter inciderint omni libertate exuti, quæ longe omnium

B feliciſsimos ipſos efficiebat.

Cõſtat igitur ab iſtis omnibus initas fuiſſe accomodatiſsimas, vt quilibet aſſerere poſſet,vias ad amplificanda imperia. Nihil autem profuiſſe,cum ſincerã religionem magis imminuerent. Sed eodem tempore miſerabiliſsimam temporalium bonorum factam ruinam. quod ſcilicet illa pendeant in primis à ſincera in Deum pietate.

Nunc quando ſummatim perſtrinximus tempora, vel infelicia, vel felicia quarumlibet gentium, regnorumque, quantum patiebatur obſcuritas anti-

C quitatis, quam conati ſumus illuſtrare, ac peruenimus ad Chriſti ætatem; aliunde nobis erit,altiuſque principium repetendum.

FINIS LIBRI QVINTI.

DE

DE RVINIS GENTIVM, ET REGNORVM ADVERSVS IMPIOS POLITICOS.

Liber Sextus.

Chriſtus, vt homo; præpoſitus eſt omnibus rebus creatis regendis; ac propterea melius eſt poſt eius reſurrectionem non modo hominibus, ſed omnibus etiam rebus. optimus eſt enim gubernator. & quid pertineat ad optimum gubernatorem. Cap. I.

A Rgumenta, quæ ſupra adduximus, ex omni loco deſumpta, oſtendunt quolibet ſæculorum ſtatu bona temporalia pẽdere a virtutibus, præſertim uero à Religione, & ſapientia. ſiue illa ſint ante Chrſtianæ religionis amplificationem, ſiue poſt illam. Nihilominus, quando ſecus eſſe poſſet alicui videri, nos hic propria quædã proferemus in medium, palamque faciemus poſt Eccleſiam Chriſtianam conſtitutam, multo magis temporalia pendere a Religione, & virtutibus, vniuerſitatemque

temque iuſtorum quoad illa feliciorem, quam impiorum. Quo- A
circa illud imprimis conſtituimus. Chriſto ſubiecta omnino
fuiſſe omnia creata, quæcunque ſunt, aut eſſe poſſunt. Sic enim
Matth. vlt. Chriſtus ipſe. data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra.
Ioan. 12. Et: Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipſum. Et:
13.16. Sciēs, quia omnia dedit ei pater in manu. Et: Omnia quæcunq;
Ioan. 5. habet Pater, mea ſunt. Neque enim pater iudicat quemquam;
ſed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſi-
cut honorificant patrē. ſicut enim pater habet vitam in ſemet-
ipſo, & poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis
eſt. Paulus autem ſcribens ad Epheſios, ac de Deo Patre lo-
quens, ait, operatus eſt in Chriſto ſuſcitans illum a mortuis, & B
conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnem prin
cipatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & om-
ne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam
Col. 1. in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius. & ad Coloſſenſes,
Philip. 1. in omnibus ipſe primatum tenens. & ad Philippenſes, humilia-
uit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem au-
tem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi
nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne
genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. & ad He-
Heb. 1. bræos, quem (Ieſum Deus) conſtituit hæredem vniuerſorum, & C
Heb. 2. mox. Non en[illegible] Angelis ſubiecit Deus orbem terræ futurum,
de quo loquitur. Teſtatus eſt autem in quodam loco quis di-
cens, quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis,
quoniam viſitas eum? minuiſti eum paulominus ab Angelis glo-
ria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera
manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius; in eo
enim, quod omnia ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei.
Nunc autem nondum videmus omnia ſubiecta ei. Hæc ad Hæ-
1. Cor. 15. breos ſcribens Paulus, quæ illuſtrantur ex alio ad Corinthios
loco. Deinde, inquiens, finis, cum tradiderit regnum Deo, & D
patri, cum euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem, &
virtutem, oportet autem illum regnare, donec ponat omnes ini
micos ſub pedibus eius. nouiſsime autem inimica deſtruetur
mors. omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Cum autem di-
cat omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio preter eum, qui ſubiecit
ei omnia. Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe
filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ei omnia, vt ſit Deus omnia
in omnibus.

Hæc

A Hæc Paulus aſſerens Chriſto fuiſſe omnia dono Patris ſubiecta,
vt ipſe patri ſubijciat omnia, ac Deus ſit omnia in omnibus.
Non eſt autem, quia non omnes agnoſcunt, & colunt, & iccirco
non omnia in omnibus ſubiecta ſunt Patri, & Chriſto quoad a-
gnitionem ſcilicet, ac cultum, & quę ab his quouis modo pen-
dent, atq; hæc ſequuntur. In reliquis ſubiecta ſunt, ac ius eſt illi
in omnia, poteſtaſque ſuprema gubernationis, & dominij, cui
ſi non obediunt, non agnoſcentibus, & colentibus eum pluri-
mis, maximo id contingit ipſorum damno. Poſt vltimumque
iudicij diem cunctæ mentes, velint nolint ex eis aliquæ, Chri-
B ſtum, Patremq. agnoſcent, ac venerabuntur, quæ ex amore, & ca
ritate ad æternæ beatitudinis præmium, quę ex neceſſitate, &
compulſione, ad perpetui ſupplicii cruciatum.

Hinc apparet, qua de cauſa Iſaias illa pronunciauerit, & fa-
ctus eſt principatus ſuper humerum eius (Chriſti) & vocabitur *Cap. 9.*
nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri
ſæculi, princeps pacis. multiplicabitur eius imperium, & pacis
non erit finis. ſuper ſoliũ Dauid, & regnũ eius ſedebit, vt confir
met illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia amodo, & vſque in
ſempiternum. Hæc ille prædicens Chriſtum ſæculi futuri pa-
C trem, atq; ideo temporum, motuumque celeſtium, hæc namque
ſe ſe inuicem conſequuntur. Neque hoc ignorauerunt Sybillæ,
a quibus acceptum cecinit illud vates latinus, quamuis more
ſuo fabulas audeat immiſcere, & alio rem detorqueat.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.
Iam redit, & virgo, redeunt Saturnia regna.
Iam noua progenies cælo demittitur alto.

Et: *Pacatumque reget patrijs virtutibus Orbem*

Ac paulo poſt cuncta illius poteſtati tradita agnoſcens, & cun-
D cta ab ipſo pendere.

Aggredere o magnos aderit iam tempus honores
Chara Deum ſoboles, magni Iouis incrementum.
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum
Terraſque tractuſque maris, cælumque profundum.
Aſpice venturo lætentur vt omnia ſæclo.

Igitur Chriſto ſubiecta ſunt omnia creata, & a Chriſto gu- *Ir in. l. 4. c.*
bernantur non modo vti Deo, ſed etiã vti homine, quia ſibi hæc *37.*
omnia habuit, atque hæc omniũ Patrum conſtantiſſima ſenten *Iuſt. q. 140.*
tia, a qua recedere eſt hæreticum, ſic enim tradunt. ss. Irinæus, *Ath. s. 4. in Ar.*

 Baſ. pſal. 8.

Cyr. cat. 10. Chry. c. 1. ad Eph. c. 1. ad H.b. Hier. p. 71. Amb. ep. ad Heb. Aug. p. 109. l. 2. de con. eu. Hip. lib. 2. Mat. initio. Cyr l. 11. c. 17. in Ioan. Sc. in 4 dis. 48. q. 1.

Iuſtinus Cyrillus Hieroſolomitanus, Athanaſius, Baſilius, Naziãzenus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Hilarius, Chryſoſtomus, Cyrillus Alexandrinus, quos reliqui deinde omnes Græci, ac latini ſequuntur. A

Cum ſit autem Chriſtus omnium quæcunque ſunt, gubernator, propter obedientiam, quæ præſtari cœpit illi, vt homini, ac Deo ſimul, adiunctamque ſibi humanam naturam, hinc factum, vt longe melius ſit poſt ortum Chriſtum toti vniuerſitati rerum, quam prius, vt recte Scotus dixerit, & ex hoc deducitur vlterius, cum per redemptionem generis humani uniuerſaliter tota natura melioretur, vt habetur Col. 1. pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt, ideo non ſolum ſuper homines, ſed ſuper omnem creaturam Chriſtus per ſuam paſsionem dominium promeruit, & ita iudiciariam poteſtatem. vnde Matthæi vltimo, data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Hæc Scotus ſolum negans Chriſto homini omnipotentiã, ac primæ cauſæ non aliunde pendentem poteſtatem. at S. Thomas, & quia, inquit, per redemptionem humani generis non ſolum homines reparauit, ſed etiam vniuerſaliter totam creaturam, ſecundum, quod tota creatura reparato homine melioratur, vt habetur Col. 1. pacificans per ſanguinẽ crucis eius ſiue quæ in terris, ſiue quę in cęlis sũt. ideo nõ ſolum ſuper homines, ſed ſuper vniuerſam creaturã Chriſtus per ſuã paſsionem dominiũ promeruit, & iudiciariã poteſtatẽ Mathei vltimo, data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. B C

S. Tho. in 4. dist. 48. q. 1.

Hæc ſummi Principes ſcholarum. Quæ cum veriſsima ſint omnia, neque fas vllo modo ſit ab illis diſſentire, quatuor alicui forſan videntur neceſſario ſequi. Primum quidem, quando Chriſtus toti mundo præeſt, ac propterea felicius eſt illi, non contingere tot ac tantas clades, & vaſtitates, quæ ruinam quodammodo faciant, vt prius. Secundum, ſi amoueretur ille per homines peruerſos a mortalium gubernatione, genus humanum corrueret cum ſuis omnibus, quaſi deijciatur e curru auriga, nauita e naui, depelleretur enim is, per quem deriuantur in nos omnia bona. Tertium, bona temporalia deſtribuet ijs potius, qui ſciunt vti ad bonum, quam ad malum, merita ſingulorum perſpiciens, & ad meliora inuitans, ac perducens. Quartum, prouidebit, ne tot, ac tanta ſcelera admittantur. quod ſi ob hominum nimiam corruptelam admittantur, citius, atque efficacius adhibebit medicinam, maloſque coercebit. Sic igitur omnino D

videri

A videri poſſet alicui dicendum. Nam finis, in quem creata ſunt, & ad quem tendunt omnia pro viribus ſuis, eſt Deus, Deiq. participatio. A quo nos abducunt peccata, ijs igitur occurrendum quantum datur ex ordinatione ſempiterna Diuinitatis, vel ne fiant, vel vt facta corrigantur, atque iccirco temporalia bona auferenda, aut largienda. Conciderent autem mortales cum ſuis rebus, niſi tenderent aliquo modo in Deum; ſublato enim fine, cuncta in illum facta ceſſant. Sic itaque melius erit, aut peius tum mortalibus ipſis, tum cæteris rebus, quatenus præeſt optimus gubernator, qualis eſt Chriſtus, cuius humanitas
B intime, ac maxime colligat mortales, vniuerſitatemque omnium rerum creatarum cum Deo, quippe quæ nobis cognata ſit, eademque in perſona diuina ſubſiſtens naturæ diuinæ ſine vlla confuſione, & admixtione ſit arctiſſime connexa, neque diſſolui poſsit. Non poteſt autem fieri (ſic enim Deus ſtatuit, ac iurauit) vt Chriſtus amoueatur ab hac gubernatione, & quo magis impij conabuntur, eo magis contrarium denique continget. Quamobrem videamus, quid pertinens ad hoc argumentum poſſit adferri, ac dilucidius adhuc explicari. Nam forſan quædam contraria conſiderabit aliquis non temere hęſitans in tan-
C tis nondum bene, ac ſatis vllo modo examinatis.

Oſtenditur e dictis ſanctorum, & aliorum, atque ex euentis apertiſſimis poſt Chriſtum felicius eſſe, quoad temporalia, toti Orbi terrarum, quam prius. Cap. II.

NOn eſt dubitandum, inquit S. Thomas, etiam hoc iudicium, quo in mundo reguntur homines ad Chriſti poteſtatem iudiciariam pertinere, vnde etiam ad ipſum introducuntur in pſalmo centeſimo nono verba patris di- *In compen. Thom. c. 242.*
D centis, ſede ad dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. aſſidet enim a dextris Dei ſecundum humanam naturam, inquantum ab eo recipit iudiciariam poteſtatem, quam quidem etiam nunc exercet antequam manifeſte appareat, & omnes inimici pedibus eius ſubiecti ſint, vnde, & ipſe ſtatim poſt reſurrectionem dixit Matthæi capite vltimo, data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Eſt autem, & aliud Dei iudicium, quo vnicuique in exitu mortis ſuæ retribuitur, quantum ad animam, ſe-

cundum quod meruit. Ita ſanctus volens omnia temporalia diſtribui viuentibus a Chriſto, ex quo reſurrexit, Deo ſcilicet hoc dante. Hinc S. Baſilius homilia nona explicans Deum non eſſe auctorem malorum, Ciuitatum vero, inquit, interitus, terræmotus, inundationes, exercituum clades, naufragia, & omnes denique calamitates illæ, quibus magna hominum multitudo ſimul abſumitur, ſiue ex terra, ſiue ex mari, aere, igne, ſiue quacumque naſcuntur cauſa propter ſuperſtites ad ſobrietatem reducendos eueniunt. Hæc ſanctus. Atqui ex quo Chriſtus reſurrexit vera pietas magis eluceſcere, ac dilatari inter mortales cæpit, ita vt breui toto prope orbe terrarum fuerit in gentibus alienigenis amplificata. Sic igitur e ſuperioribus colligeretur, minores ex illo clades Orbi terrarum contigiſſe. Et ita ſane aſſeueranter affirmat Tertullianus in Apologetico aduerſus gentes, & tamen, inquit, ſi priſtinas clades comparemus leuiora nunc accidunt, ex quo Chiſtianos a Deo Orbis accepit. Ex eo enim, & innocentia ſæculi iniquitates temperauit, & deprecatores Dei eſſe cæperunt. Et mox alloquens Chriſtianæ religionis hoſtes. Vos igitur, ait, importuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum, vos malorum illices ſemper, apud quos Deus ſpernitur, ſtatuæ adorantur. etenim credibilius haberi debet eum iraſci, qui negligatur, quam qui coluntur, aut næ illi iniquiſsimi, ſi propter Chriſtianos etiam cultores ſuos lædunt, quos ſeparare deberent a meritis Chriſtianorum. Hæc ille, poſt innumeras, quæ contigerant olim, memoratas clades. Eadem tradit S. Auguſtinus lib. 3. de Ciuit. Dei, capite vltimo ad finem, enumeratis multis antiquorum temporum, quæ præterierant ante Chriſtum, vaſtitatibus, ac malis horrendiſsimis, quorum nihil ſimile deinde euenit, & tamen, inquit, Diis ſuis (gentiles) non iſta tribuunt, quorum ideo cultum requirunt, ne iſta vel minora patiantur, cum ea maiora pertulerint, a quibus antea colebantur. Hucuſque ſanctus volens poſt Chriſtum accidiſſe minora hominibus mala. Sed, & Oroſius initio hiſtoriarum ſuarum, nactus, ait, ſum præteritos dies non ſolum æque, vt hos, graues, verum etiam tanto atrocius miſeros, quanto longius a remedio veræ religionis alienos, vt merito hac ſcrutatione claruerit, regnaſſe mortem auidam ſanguinis, dum ignoratur religio, quæ prohibet a ſanguine: iſta illuceſcente, illam obſtupuiſſe: illam concludi, cum iſta iam præualet: illam penitus nullam futuram, cum hæc ſola regnabit. Ita

Oroſius

A Oroſius a Chriſtianæ religionis cultu volens id fieri, vt mundus leuioribus calamitatibus concutiatur. Conſentit Oroſio Arnobius, qui libro primo maximas antiquorum temporum miſerias, & clades recenſens, longe pauciores, ac leuiores poſt ortum Chriſtum contingere affirmat. Sed, & Conſtantinus Imperator oratione ad ſanctorum cætum, quam recitat Euſebius capite xx. verba Eclogæ quartę Virgilij.

Aſpice ventura lætentur vt omnia ſæclo.

huc refert. ait enim Chriſtus Orbem terrarum afflictum aduentu ſuo leuabit, & aſpice, immenſi Orbis, & omnium elemento-
B rum aſpectus, Dei deſcēſum, non hominis alicuius conceptionem indicat. Atque ita cum præſideat Chriſtus vniuerſitati toti rerum, quæ ſunt à Deo, modereturque illam, ipſe in terris ab hominibus colatur, felicius eſt omnibus, tempora ſunt feliciora, Regnante ſcilicet ſapientiſsimo, & optimo, qui pro nobis intercedit apud Deum, noſque illi mirabiliter adnectit, patronus ac ſupremus moderator.

Et quidem nos multis in locis librorum de ſignis Eccleſiæ Dei tractauimus hoc argumentum. Nam libri primi capite decimo ſexto oſtendimus nullas eluuionum, quas priſci ſcripto
C res atrociſsimas narrant poſt Chriſtum accidiſſe: At libri decimi quinti capite decimoſeptimo narramus horrendas vaſtitates, quæ obtigerunt ante Chriſtum, quarum nulla ſimilis deinde memoratur. Amplius autem capite ſequenti explicamus, & omnibus modis corroboramus hanc veritatem, torridam zonam cum duabus frigidis nullo modo ante Chriſtum fuiſſe commodas habitationi humanæ, poſtea vero factas tolerabiles, & cum prius non incolerentur, ex eo fuiſſe cultas, ac frequentatas. Præterea vero vigeſimi ſecundi capite nono ad finem demonſtramus non ita cultas, ac frequentatas, quæ poſsiden-
D tur ab hoſtibus catholicæ religionis, quod etiam concluditur vigeſimiquarti capite ſecundo, ſicut etiam decimiquinti capite decimooctauo aperimus terras, quæ tenentur ab inimicis Chriſtianæ pietatis amiſiſſe plurimum bonitatis a priſcis celebratæ, ac decantatæ. Denique libris de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu palam facimus miſerrime illi fuiſſe ante Chriſtum, quin ante exceptum Chriſti cultum vſque ad Conſtantinum. id liquet duobus primis libris. Tertio deinde manifeſtum fit, ex eo terræ Italicæ plurimum fœcunditatis, ac bonitatis adiectum, & alibi ponimus ob oculos legentium, quantum felicitatis ac-

tis acquiſiuerint Hiſpania, Gallia, Britannia, ac reliquæ ad Aquilonem vergentes terrę, poſtquam Chriſti omnium Domini ductum ſequuntur, quod latiſsime, quantum ſpectat ad Borealia loca, explicamus toto libro vigeſimoſecundo de ſignis Eccleſiæ, & vigeſimi capite ſeptimo. A

Ex his igitur omnibus confirmatur, quod S. Auguſtinus, Oroſius, Arnobius, ac Tertullianus affirmant, eſſe veriſsimum. Atque imprimis toti Orbi terrarum felicius eſſe poſt Chriſti religionem, quod ſcilicet per eum prouecta ſit in melius vniuerſitas tota creatarum rerum, quod aſſeruere poſt alios S. Thomas, & Scotus. Per alios enim Deus antea gubernabat a ſe producta longe inferiores meritis Chriſto, cuius humana natura habet adiunctam diuinam, atque in perſona diuina ſubſiſtit, & qui ſuperat vnus vel vti homo mentes cunctas benignitate, ſapientia, & potentia, vt valeat, ſciat, ac velit efficacius, ac beneficentius, & humano generi, & omnibus rebus conſulere pro conditione, & appetitu illarum. Hinc, quæ ſe adiungunt illi per cultum, meliori ſunt ſtatu; quæ recedunt, infeliciori. Hinc legimus prædictum de Chriſto, quem Deus alloquatur, poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, Reges eos in Virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos. ſed quoſnam? Nonne eos, de quibus idem Deus verba ad eundẽ facit Dauide canente, Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos ſuos ſcabellum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion dominare in medio inimicorum tuorum, & mox. Dominus a dextris tuis cõfregit in die iræ ſuæ Reges, iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum. B *Pſal. 2.* C

Recte etiam S. Hyppolitus Martyr, cui conſentiunt diuina oracula, & reliqui ſcriptores hac de re ſolidius agentes, aiebat fore, vt cum mortales maxime abiunxerint ſe a Chriſto, & Antichriſtus latiſſime dominetur, innumeris modis omnia vaſtentur in terris, omnia mala contingant pollicitante hoc longe contraria, donec iam confractus Orbis elementorum, ac veluti quadam ſenectute, vt aiebat Triſmegiſtus, vndique debilitatus, & concidens cum ſuis omnibus miſerrime corruat, & intereat a Chriſto renouandus, & in æternam, nobiliſsimamque formam reſtituendus, detruſis ad infera inimicis veræ pietatis, & omni ornamento, ac prope omni bonorum genere in æternitates ſæcurum ſpoliatis. D

Tria

A *Tria dedit Eccleſiæ ſuæ potiſſimum Chriſtus, vt errare non poſſit in ijs, quæ ſunt æterna veritatis vniuerſali lege ſanciendis, habeat ſemper ſanctiſſimos viros, ac ſummum Pontificem, qui in vniuerſalibus æternorum ſanctionibus haud erret nanciſcatur.* *Cap. IIII.*

MOderator igitur omnium rerum, quæcumque ſunt, ac Rex a Deo conſtitutus Chriſtus, vt rebus humanis bene proſpiceret, quando homo finis eſt omnium, quæ videntur; cum
B ſine diuinarum rerum veritate felicitas eſſe non poſſit, nam bonum primum mentis per quam ſumus homines, eſt verum, ac ſummum bonum verumque, quod nos beat, eſt diuinum, prouidit iccirco vt ipſius locum teneret in terris, qui ut in aliis faciendis, iubendiſue erraret, tamen nullo modo labi poſſet in legibus vniuerſalibus imperandis, quę ad mores, ac veritatem cæleſtiũ pertinerent. Atque hic eſt Petri ſucceſſor, Chriſti Dei Vicarius, Pontifex Romanus, cui claues regni cælorum tradidit, & quem Orbi terrarum præfecit. Qua de re late egimus ſigno de
C Petri cathedra octuageſimo libri decimioctaui. Non eſt, quod agamus actum. Huic autem ius eſt in omnia temporalia, non vt pro arbitrio verſet, ſed quatenus ad vniuerſale bonum conducit, quæ eſt omnium Theologorum ſententia communis, vt libro quarto ad finem de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu docuimus, e Sanctis Ignatio, Epiphanio, Paulino, Ephrem, Chryſoſtomo, Cyrillo, Macario, Procopio Gazeo, Thoma Aquinate, Bonauentura, Alexãdro Halenſi, & innumeris alijs, quos Scholaſticos vocãt, ſiue qui S.Thomæ, ſiue qui Scoti doctrinã ſequuntur. Hoc igitur Eccleſiæ primũ, maximumq. priuilegium, vt errare
D non poſſit in doctrina morum, diuinarumque rerum per Pontificem Romanum ſancita, & imperata, Quamobrem nemo certo credere tenetur, niſi vel hæc, vel quæ neceſſario præcedunt, aut ſequuntur iſta. Quod ſiquid aliquis præterea credat, nondum conſtitũtum vel à ſe cognitum, quamuis conſtanter, aut etiam, præfracto, & oſtinate credat, in Pontificem tamen lege lata iubentem, quid in ea re ſentiendum ſit, illud reiicere debet, credere id paratus, quod ille per vniuerſalem conſtitutionem decernat, Hoc enim modo is agit Pontificem. Quamobrem cum propter Deum cuncta ſint, ac generentur, vt illum nos a-

Ign. ad Phil. Ep. her. 29. Pau. ad Cit. Ep. ſe. d. tra. Cyr. li. 2. de ſacer. Cyr. in. The. Mac. ho. 26. Prec. 15. c. 16. Th. l. 3. de reg Pr. c. x. & 2. d. 44. q. 2. Bon. in 4. d. 37 du. 4 Alex 4 q. u. par. 2. §. 2.

memus,& cognoſcamus, atque huic rei præſideat Pontifex Romanus,nihil nõ huic ſubiicietur,quod eſt in hominis poteſtate, cum nihil noſtrũ vel minimum ſit,quod ad Deum referre non debeamus,ac propterea Pontificis Romani poteſtati,quatenus adhunc, cui præeſt ipſe,finem tendet,non ſubiiciatur. A

Verum,quãdo ſatis non eſt intellectu verum tenere,niſi noſmetipſos ad illius normam componamus,felicitas namque humana eſt,cum mens virtutibus cunctis exculta Deum contemplatur; Iccirco Chriſtus hoc Eccleſiæ largitus eſt, vt habeat ſemper homines ſanctiſſimos ac vere Heroas,quod ita eſſe conſtat è ſigno de perpetua ſanctorum ſucceſſione vigeſimo quinto libri octaui. Ab his eorumque ſtudioſis innumeræ gentes barbaricæ,& efferæ ad omnes humanitatis artes, diſciplinas ac mores in Europa,Africa,Aſia,Indijſque Orientalibus, & Occidentalibus expolitæ atque excultæ ſunt. Religioſiſſimi preterea ſapientum cætus inſtituti, vt ſigno de gentibus efferis ad humanitatem perductis,& de religione apparet. B

Chriſtus itaque Populum ſuum cæleſtium rerum doctrina,ac vitæ ſanctimonia muniuit vndique ac repleuit, ita vt nõ poſſet vel intellectu ſibi perſuadens aliquid falſum, vel moribus propter enormitatem vitæ aberrãs, excidere à felicitate. Vidimus enim iam ruinam quoad bona temporalia duci a gentibus,& ad interitum,quò deleantur omnia,earumq. memoria,vel aboleatur ex animis mortalium,vel in terris obſcuretur,ob hanc cauſam perueniri, quod imperfecti non habeant, quibus innitantur perfectis,vel ab his diſcedant;Atque vt altiſsimas in electis à ſe radices ageret ſapientia, ac proinde felicitas, voluit idem Chriſtus ita credi ab ipſis,quæ ad diuinorum ſcientiam pertinent, vt nihil omnio hæſitarent, ac potius millies emori,acerbiſsima quælibet perpeti vellent, ac paratiſsimi eſſent, quam vel leuiſsimam ſignificationem darent, in iis vllo modo ſeſe nutare.Atq. ita intellectum fide hac firmiſsima, voluntatemq. ſimul fortitudine inuicta,& inconcuſſa armauit,& corroborauit. C D

Tertium præterea largitus eſt ſocietati ſuæ,vt toto Orbe cognito diffunderetur, neque eſſet vlla peruiæ telluris pars, aut gens, è qua non eſſet aliquis ipſi adhærens. Hoc enim ſummę bonitatis eſt latiſsime ſe ſe, ac ſua communicare, & effundere, Hoc latiſsime eſt regnare, ac dominari,ac proinde nulla erit natio,quæ non aliquo tempore,vel aliquem Chriſto dederit aſſeclã,vel ipſa è maxima parte non ſit ipſum ſectata,ita vt opus ſit Or-

A ſit Orbem terrarum totum ſubiici,dedicari, ac conſecrari po- teſtati,Maieſtati,ac Diuinitati ipſius. Contrarias autem gentes radicitus euelli,bonis omnibus expoliari, conteri, aboleri, euaneſcere.

Mirabiliſsimum ſit igitur poſt annos mille quingentos ſexagintatres.qui numerantur ex quo Petrus poſt illapſum Spiritus ſancti in Apoſtolos prima ſua cócione ex omni prope gente habitati Orbis aliquos perduxit ad Chriſtum,ſic adfuiſſe Chriſtianæ Eccleſiæ Tria hæc,vt nullus è tot Romanis Pontificibus Petri ſucceſſoribus,& Chriſti locum tenentibus diſſenſerit, vel ab
B vno è reliquis in ſancienda æternorum veritate,ac legibus vniuerſalibus imperanda,quamuis variatum ſit in ijs,quæ propter varietatem temporum,gentiumque diuerſitatem variari debent quoad morum,rituumue obſeruationem. In cæteris qualia ſunt diuina,& vniuſmodi ſemper,nihil inuenitur diſcrepans nihil diſſonum,nihil diſsimile,quod eſt illuſtriſsimum veritatis clariſsimæ ſignum.

Mirabiliſsimum ſit etiam ſemper Eccleſiæ catholicæ in hac, illaue gente adfuiſſe viros altiſsimæ ſanctitatis, qui diuinis operibus humanam potentiam ſuperantibus, atque ad Humani
C generis vtilitatem editis oculos in ſe mortalium conuerterét, & quò magis Eccleſia ſancta diris eſt tempeſtatibus agitata, eo ſanctiores protulit viros, atque ex illa parte potiſsimum, cui magis conſultum Deus volebat, maioremque temporalium bonorum felicitatem præparabat, quod ſeptimo libro de ſignis Eccleſiæ Dei latiſsime aperietur, & libro ſecundo de imperio virtutis cap.xiv.

Quid illud poſtremum? Nullum fuiſſe ſæculum, nullum luſtrum,nullum prope annum,menſemque,aut diem,quo non ex alienigenis gentibus,& interdum valde in cognitis acceſſerint
D multi ad Eccleſiæ cultum,non illi ſe ſe addixerint,& quo maioribus aliquando viſa eſt cladibus affligi,ac pene opprimi, & ſepeliri,eo clarior paulo poſt fulgentior;ac plures ſibi,quos diuinæ veritatis luce ſplendidiſsima illuſtret, aggregans emerſit, quod quarto, & decimo ſeptimo libro de ſignis Eccleſiæ Dei liquet.

Hec vero tria nunquam defuiſſe Chriſti Populo longe admirabiliſſimum videri debet, quod nullus umquam Populus tam diros,tam crebros, ſiue potius perpetuos, tam potentes habuit hoſtes,vt ille. quod manifeſtiſsimum fit è ſigno nonageſimo pri-

mo, de ſumma catholicorum pace, & capite decimo tertio libri ſecundi de imperio virtutis. A

Adfuerunt autem tanta Eccleſiæ catholicæ, non parta, & conſeruata in primis armorum pœnarumue metu. hoc enim ſpectat ad malos, de quibus eſt dictum.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Sed adfuerunt ipſius virtutis, Religionis, ſapientiæ, ac denique ipſo Dei ſummi amore, atque intimo impulſu, contra adnitentibus, ac nulla non ratione contendentibus contrariis multis, vt vere de Chriſtianis dicendum ſit.

Oderunt peccare boni virtis amore. B

Quamobrem Pontifex ſummus Chriſtianæ ſocietatis dominatus eſt in mediis inimicis, eiuſque ſanctionibus obedierunt in extremo Orbe poſiti, vel Regibus alioquin alienis ſubiecti, obedieruntque in ſingulis actionibus. quando ſingulæ ad Deum referri debent, potiſsimumque in potiſsimis, quales intimæ ſunt, neque illis defuerunt bona temporalia, quatenus non modo neceſſaria, ſed vtilia quoque ſunt ad virtutes hæc enim ſimpliciter cadunt ſub merito inquit S. Thomas, alioquin quomodo duraſſent? Durarunt autem quæcunque perſtiterunt in obedientia, periere ab hac deſciſcentes, at illæ inimicos omnes adduxerunt in ſuam poteſtatem, ſub Imperium ſuum miſere, vt nulla vmquam natio fuerit, aut etiam futura ſit tam magna, tandiu permanens, in vnam omnino doctrinam conſentiens, vni Pontifici parens, virtutibus diuinis vndique circũfulgens, omni corporis, atque externo bono ſublimiſſime, vt aperietur, amplificata. C

1 2. q. vl. art. vlt.

Afferuntur argumenta quibus comprobatur in Eccleſia futuram largiſſime temporalium bonorum copiam, & ſummum temporalis felicitatis culmen. Cap. IV. D

Sed aderunt huic Eccleſiæ duo inter ſe remotiſſima, non quidem ſemper, verum aliquando. Propter perfectos aderit aliquibus inopia ſumma temporalium bonorum, vt eluceſcat in illis penitus operans diuinitas abſque vllis prope inſtrumentis, excelſiſſimum, quodque; & admirandum. Nam tales diximus eſſe Heroas perfectiſſimos, qui nullis externis adiumentis exem-

A exemplo Dei, cui ſunt coniuncti, indigeant ad efficienda maxima inter mortales, Quos cum neceſſe ſit eminere in Eccleſia Chriſti, & omnium maxime in terris effulgere multo apertius quam foret ante Chriſtum, pluresque, & excellentiores, ſimul etiam neceſſe id appareat, ex eo quod dicimus, atque à nobis eſt explicatum fuſius primo libro, quod ſcilicet non egeant inſtrumentis externorum bonorum. At propter imperfectos ſiue in Eccleſia comorantes, ac tuendos, ſiue extra illam poſitos alliciendos opus eſt, adſit etiam ſummum felicitatis temporalis in omni bonorum genere, ſummum, inquam, quoad copiam,
B & amplitudinem, & quoad temporis diuturnitatem. A ſumma enim virtute, hoc ſummum naſcitur. Altiſsima eſt in Eccleſia Chriſti ſapientia, Religio, virtus, ergo attinget fortiter à fine ſuo vſque ad finem temporalium, quæ à ſe pendent, atque oriuntur, ac diſponet omnia ſuauiter non ab extremo profundiſsimo imperfectionis, inſipientiæ, & nequitiæ protinus trahens homines ad aliud extremum celſiſsimum bonitatis, ſapientiæ, ac perfectionis, ſed modo quodam ſuaui per ea temporalia, quæ conueniunt imperfectis, rerumq. largitionem, ut perducantur ad faſtigium ſanctitatis, aliique ſubinde, & alii in
C uitentur, & attrahantur. Nam, & hoc etiam eſt trahere in funiculis Adami, quod à Chriſto faciendum prædixit vates. Ac *Oſeæ c. 11* pertinent ad maximam virtutem maxime indulgere, & accommodare ſe ſe imperfectiſsimis, quantum fieri poteſt ad ipſos in bonum promouendos, imperfectiſsimi egent affluentia maxima temporalium bonorum, capiuntur illa, confirmantur in aliquo virtutum ſtatu, eam, vel ipſi habentes, vel aſpicientes eſſe in Eccleſia Dei. Nunquid igitur non aderit illa aliquando ſaltem perquamabundantiſsime inter Chriſtianos? An forſan Chriſtus ad ſanandos ſanos venit? Et quid opus eſt his medico? Propter ægrotos aſſerit ſe veniſſe, & quidem maxime ægrotos. Quid igitur ob iſtos non aget amantiſsimus Pater? Cur non
D obiiciat iſtis temporalis etiam felicitatis ſplendorem, quo deinde pelliciatur ad contemplandam virtutis hæroicæ nuditatem multo rutilantius coruſcantem, quam fluxus color & adſcititius caducæ felicitatis. Non enim per ſe mala eſt illa. Ac pertinet ad ſupremam bonitatem cōmunicare beatitudinem ſuam, non modo degentibus in arctiſſima paupertate, & ærumnis in altiſsimo tamen virtutum ſtatu, ſed etiam viuentibus in culmine temporalis felicitatis, modo referant illam ad

Deum

Deum,vt per eam ſimpliciora ingenia, quæ non æſtimant, niſi A
quæ aſpiciunt,conſeruentur in fide,aut ad hanc vocentur.
Id ſane bonitatis, ſapientiæ potentiæque eſt ſummæ, ne dica-
mus infinitæ,qualis eſt diuina,ſcire, poſſe, ac velle mortales ad
ſe aggregare non vno modo, ſed plurimis, atque omnibus, qui
ſua natura virtutibus non aduerſentur, atque iccirco etiam lu
ce quadam felicitatis temporalis ampliſsimæ. Id certe affir-
mat de ſe Chriſtus totius ſapientiæ fons, nullo modo futurũ,vt
homo vllus conqueri poſsit non omnes rationes initas in Ec-
cleſia ſua à ſe,qui Dominus eſt, ac Rex omnium rerum, quibus
homines ad amorem virtutum, ſapientiæque moueri poſſent, B
& hec igitur haud omittetur ineunda ratio temporalis felici-
tatis ampliſsimo modo elargiẽdæ,vt in ſingulos effundi queat,
& quẽlibet pro ſuo captu capere. Alioquin quomodo appare-
bit in effectu, & huius eſſe Dominum, largitoremq. Chriſtum
creatis omnibus iam præſidentem,niſi ſuis eam donet? Recte
enim S. Auguſtinus argumentatur in libris de Ciuitate Dei,ic-
circo ad Chriſtianos Imperium Romanum deuolutum,quod ſa
ne videtur fuiſſe totius boni temporalis compendium,ſiue Em
porium,vt ſcirent omnes à Deo donari ſumma regna,& Impe-
ria. vt Chriſtus homines ſibi adiungeret,ijs benefecit,pertran- C
ſiit,inquit Euangeliſta, benefaciendo, ac multa miracula pa-
trando,Quidni & hac ratione benefaciat, conciliet ſibi morta-
les, cum ſit ipſa omnium maxime conſentanea naturæ illorum,
neque ipſe deſtruat naturam,ſed perficiat. An non igitur Chri-
ſtus omnium rerum dator ſuis dabit effuſiſſime,vt ſint illi effu-
ſiſſimi inſtar Conſtantini, & Caroli magni in vſus Religioſos,
ac pios?Compelli vult aliquos ad virtutem Chriſtus, cum ſcri-
ptum ſit in Euangelio,compelle intrare.Multo igitur magis vo
let ſuauitate amoris,a quo magis inſeruntur virtutes, inflam-
mari, amoremque hunc excitari beneficentia temporalium, D
quæ ſuis ipſe dominus omnium diſtribuat. Et quando Chri-
ſtus eſt nobis à Deo Patre datus, nonne omnia ſimiliter cum
ipſo nobis ille eſt elargitus,ait Paulus? An forſan minus amans
eſt ſuorum Deus poſt ortum Chriſtum, quam fuerit ante? Et
quibus igitur cõueniẽt hæc bona dabit,ſicut prius. Nõ enim da
bat impulſus odio Iudęis,quos magis amabat,quã gẽtes alias,&
ideo magis eos amplificauit honeſta tẽporaliũ copia,amore per
citus tradebat illis. Refrixit hic amor?Nemo hoc dicat. Amat i
taq. Deus Chriſtianos ad eſsẽtiã ſũmã,purãq. virtutũ,& beati-
tudinis

A tudinis humanæ,in qua ſtãt abſq; vllis extraneis.Nõ eſt hoc om
niũ,quãuis in Eccleſia ſint modo plures,ac præſtantiores quam
prius. Igitur amabit etiã Deus Chriſtianos in virtutibus quidẽ
potiſsimũ, ſed quibus adſint huiuſmodi additamenta,quaſi cir-
cũpoſitæ frõdes ad obtegenda ac defendenda quædã poma deli
catiora,& per quã tenerrima. Quãuis adeſſe poſsint & infirmiſ-
ſimo ad opera virtutis efficienda,& potentiſsimo ad eadem.Illi
quidem,vt ex illis cõfirmetur ipſe, huic, vt alios debiles corro-
barare poſsit,aut inimicos arcere, & aduerſantia quæque perũ-
pere, diſijcere, ad nihilum redigere.& quibuſnam magis com-
mittenda ſunt temporalia bona, quam bonis? quam virtutum
B ſtudioſis? Cum Chriſtus itaque ſit omnium rerum Dominus,
diuidat ipſe omnia, nunquid malis dumtaxat ea diuidet, non
bonis quoque, ac multo magis, quam malis; quibus quidem
qua parte ſunt boni, ac boni aliquid agunt, non ſunt, vel ne-
ganda, vel auferenda temporalia quæque, Regia,Principalia,&
cuiuſuis gradus; multo abundantiora tamen Chriſtianorum
iuſtis tradẽda ſunt.quod ſi aliter eueniat,nequitia fit,ac peruer
ſitate hominũ, ſiue illi Chriſtiani ſint,ſiue alieni prorſus à Chri
ſtiani nominis profeſsione,niſi Deus diſpoſuerit ob ſummã ſa-
pientiam ſuam propter iuſtorum bonum temporalia bona eis
C non conferre. Ex quo fit, vt omnia conturbentur non ſequen-
tibus nobis Chriſti voluntatem, quæ non eſt alia,niſi vt ſapien-
tiſsimis omnia credantur, qui ſunt in ſtatu virtutis acquiſitæ,
quæ ne exerceatur,& actus multos producat ob opum,dignita-
tum, poteſtatiſque inopiam, fit ex eo quod ſapientes ad huiuſ-
modi ſtatum non eligũtur, multis,quæ ſua ſunt,non quæ Dei,&
Chriſti quærentibus. Quamobrẽ neceſſe eſt ſæpius,vt Chriſtus
manifeſte ſe prodat, aut potius ordinem rerum naturalem, &
ordinarium commutet,ac veluti prudens Agricola ferro ter-
ram ſæpius proſcindit,ac verſat omnia ſurſum,deorſumque, vt
D noxias herbas vndique pullulantes radicitus extirpet,ac bono-
rum ſemina iaciat, quin flammis aliquando campos exurit ſpi-
nentis horrentes,dumiſque ex omni parte implexis oppletos.
Eodem modo Chriſtus,qui per homines,quos ipſe homo amat,
terras moderatur, vt in meliorum ſtatum, ſuaque Regna & reſ-
publicas reducat, ferro,ignique mandat mortalia,vt ad religio
nem,religioniſque, & ſapientiæ Præfectos, ac ſtudioſos omnia
reuocet,vt infra ſuo loco aperietur.Quocirca in fine ſæculorum
ſic omnia deſtruet oppreſsis omnibus fere ſapientibus,vt in no
nam,

uam, atque imutabilem formam terras renouet, totamque A
vniuerſitatem rerum.

Poſt argumenra adducta adducuntnr prædictiones Propbetarum, quibus prænunciatum fuit Eccleſiæ Chriſti futurum temporalis felicitatis culmen. Cap. V.

INſpiciamus, an prædictum fuerit, Eccleſiæ Sanctæ futuram felicitatem temporalium bonorum maximam, quæ contineat, ac ſuperet alias omnes, quæcumque mortalibus ob B tigerunt: Sic igitur Iſaias alloquens Eccleſiã

Cap. 60. Sanctam. Videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad ſe multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio Camelorum operiet te, Dromedarii Madian & Epha. omnes de Saba venient, aurum, & Thus deferentes, & laudem Domino adnunciantes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, Arietes Nabaioth miniſtrabant tibi, offerentur ſuper placabili altari meo (eo ſcilicet modo quo fas erit offerre) & Domum maieſtatis meæ glorificabo. Qui ſunt iſti, qui, vt C nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? me enim Inſulæ expectant, & naues Maris in principio, vt adducam filios de longe. argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui & Sancto Iſrael, qui glorificauit te, & edificabunt Peregrini muros ſuos, & Reges eorum miniſtrabunt tibi, in indignatione enim percuſsi te & in reconciliatione mea miſertus ſum tui, & aperientur portæ tuæ iugiter, die, ac nocte non claudentur, vt adferatur ad te fortitudo gentium & Reges earum adducantur. Gens enim, & Regnum, quod non ſeruierit tibi peribit & gentes (notentur hæc) ſolitudine vaſtabuntur, D gloria libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo, & venient ad te curui filii eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatem Domini Sion Sancti Iſrael. pro eo, qui fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat, qui per te trãſiret, ponam te in ſuperbiam ſæculorum (audi quam magna) gaudiũ in generatione, & generationẽ, & ſuges lac gentiũ, mamilla regum lactaberis (Quid hæc ſibi volunt?) & ſcies

quia

A quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. pro ære afferam aurum, & pro ferro argentum, & pro ligno æs, & pro lapidibus ferrum. Hucuſque Iſaias pretioſa quæque, pulcherrima, honorificentiſsimaque Chriſtianis affluentiſsime adfutura prædicens, quaſi cuncta bona in vnum coeant, vt Eccleſia repleatur, perituras autem gentes, & regna ad ſolitudinem redigenda, quæ non ſeruiant ipſis. Hæc verò omnia intelligi de temporalium ſumma felicitate, ac prędici ſcribunt Cyrillus Alexandrinus, Procopius Gazæus, Hieronymus, & omnium clariſsime doctor Angelicus, qui diſtincte, ac late
B verba Prophetæ exponit: & alibi in ſumma ſua ſcribit diuini 1.2.q.162.
vatis oracula intelligenda de ſuperexceſſu, ſic ipſe loquitur, ar.1.ad 1.
temporalium bonorum, qui continget Eccleſiæ. In primis igitur ait affutura Chriſtianis pretioſiſsima quæque, argentum, inquit, & aurum eorum cum eis, iucundiſsima etiam, ſuges, ait, lac gentium, & mamilla Regum lactaberis, omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth, honorificentiſsima addidit, Reges eorum miniſtrabunt tibi, Reges gentium adducentur, gloria libani ad te veniet, venient ad te curui filii eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuo
C rum. Adiicit potētiſsima, afferentur ad te fortitudo gentium, fortitudo gentium venerit tibi. Vult eſſe abundantiſsima e remotis, ac vicinis, maritimis, ac mediterraneis locis, conuerſa fuerit ad te multitudo maris, me enim inſulæ expectant, & naues maris à principio, vt adducam filios de longe, argentum eorum, & aurum eorum cum eis. Quid eſt autem, qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ſuper feneſtras? numquid alludit ad nauium vela inſtar nubium cādida, & volantia? nunquid ad nomen latinum Chriſtophori Colūbi, cum dixit, quaſi Columbæ? Atque hæc ad mare pertinent; illud ad terras, è qui-
D bus vndique conuehenda optima quæque abundantiſsime aſſerit, inundatio Camelorū operiet te, Dromedarii Madian, & Epha: omnes de Saba veniēt. huiuſmodi adhuc omnia perpetua ſcribit futura, non quoad omnes Eccleſiæ partes, ſed quoad præcipuas, aperientur portæ tuæ iugiter nocte ac die, non clauden tur, vt afferatur ad te fortitudo gentium, Reges earum adducantur, & mox, ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generatione, & generationem, atque ita nullo non ſæculo, nulla non generatione habebit Eccleſia, quo gaudere poſsit, ac iure quodammodo ſuperbire, Verum cuncta hæc ad religionem

referantur, ei ſubiiciantur, argentũ ait eorũ, & aurum eorum A
nomini Domini Dei tui, & ſancto Iſrael, gloria libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus ſimul ad ornandum locum ſanctificationis tuæ, & vocabunt te Ciuitatem Domini Sion Sancti Iſrael, & ſcies, quia ego Dominus ſaluans te, & redemptor tuus fortis Iſrael. Rurſus idem capite ſequenti de Sacerdotibus catholicis ait, ſacerdotes Dei vocabimini, miniſtri Dei noſtri dicetur vobis, fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorũ ſuperbietis. Hæc Iſaias, qui multis in locis eadẽ canit. Cui conſentiens Daniel refert à Nabuchodonoſoro in ſomnis viſam ſtatuam, cuius caput erat aureum, brachia pectuſq. argenteum, venter, & femur, æreum, tibiæ ferreæ, pedes partim fictiles, partim ferrei. Poſtea, fuiſſe abſciſſum e monte lapidem ſine manibus, qui percuſsit ſtatuã in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi fauilla æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento, nulluſque locus inuentus eſt eis, lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam; factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram. Hucuſque ſomnium Nabuchodonoſoro diuinitus immiſſum, cuius interpretationem volunt eſſe hanc ex eodem Daniele, vt Aſſyriacum regnum notetur aureo capite; Perſicum argenteo pectore ac brachiis; Græcanicum æreo ventre, ac femore, Romanum tibiis ferreis, ac parte ferrea pedum, nam fictilis pertinet ad eos, qui Romano ſe ſe Imperio adiunxerant, non bene tamen cohæſerunt, ſicut non bene lutum ferro adglutinatur. B C

At lapis eſt Chriſtus, qui comminuat hæc omnia regna, ad nihilum redigat, ipſe excreſcat in montem, atque occupet vniuerſam terram. Quæri tamen poteſt. An Chriſtus regno ſuo terras occupabit, cum mundus vniuerſali incendio conflagrauerit, an etiam ſimul antea, & quamuis Tertullianus, qui longe ante Cõſtantinum fuit, videns opprimi Chriſtianos non longe proſpiciens exiſtimauerit, tum dumtaxat futurum. D

Doctiores tamen, & ſancti Theologi ſecus tradiderunt, clariſsimeque id apparet è verbis Danielis, qui ſic ait. in diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſsipabitur. En igitur vt Chriſti regnum ſit excitandum ſtantibus aliis. Præterea prius inquit Imperium Romanum conterendum, deinde reliqua. Amplius antea

Chri-

A Chriſtus fiet mons, mox vniuerſam terram occupabit, Romano Pontifice ipſius Vicario preſidente, qui Imperatorũ, Regũ, Principum, mortaliumque cunctorum bona, & actiones quaslibet omnino ordinet ad Deum, beatitudinemq. ipſius ſupra naturæ vires collocatam, nobiſque impartiendam, atque ita conterens quoad alia, huic ex omni parte, ac proinde in hunc finem ſibi, ſiue Chriſto ſubiiciens.

Audi Auguſtinũ, qui ſic contra Iudæos, & Arianos. Ipſe enim (Chriſtus) eſt lapis ille abſciſſus de monte ſine manibus concidentium, ideſt, Chriſtus natus de Virgine, ſine manibus complectentium, qui tantum creuit, vt mons magnus fieret, & impleret vniuerſam faciem terræ, & mox hunc cognouit Petrus, dicens, Tu es Chriſtus filius Dei viui, agnouit mõtem, & deſcendit in montem teſtimonium dixit veritati; & dilectus eſt à veritate. ſupra Petram fundatus eſt Petrus, vt montem ſuſciperet illum amando, quem ter negauerat timendo. & tract. ix. in c. 2. Ioannis, mons ille vnde præciſus eſt, non impleuerat vniuerſam terram, non enim tenuerat regnum Iudæorum omnes gentes; & vniuerſum Orbem terrarum cernimus occupare. Hæc S. Auguſtinus. At S. Hieronymus interpretans illud Iſaiæ capite ſecundo, erit in nouiſsimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper omnes colles, quod ſane oraculum reſpicit hoc, quod tractamus, inquit abſciſſus lapis de monte ſine manibus creuit in montem magnum, & regnum, & repleuit omnem terram, à quo, & Princeps in Ezechiele dicitur vulneratus. Hic mons in domo domini eſt, & mox ſuper vnum montium Chriſtus fundat Eccleſiam, & loquitur ad eum, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram fundabo Eccleſiam meam. Hæc ſanctus. Eadem tum multi alii, tum vero Otho Friſingenſis hoc argumentum ſpeciatim tractans libri ſexti capite octauo, Heſychius ſimiliter pſalmo ſecundo, à regno inquit D Chriſti, & ab eius poſſeſsione in terminos vſque terræ diffuſa finem terreni principatus impoſitum. Hęc ille. Dilucidius autem Guitmundus Auerſanus libro tertio de ſacramentis, interpretans illud Danielis cap. 2. In diebus regnorum illorum ſuſcitabit Deus Cæli regnum, & mox, comminuet autem, & cõſumabit vniuerſa regna hæc, Danielis, inquit, locus de noſtra Eccleſia, luce clarius conſtat. Ipſa enim Imperium cum adhuc ferreum eſſet, & cætera regna contriuit.

Apparet itaque prædictam vniuerſam omnium bonorum

temporalium copiam iuſtorum cœtui affuturam, Imperiaq. il- A
lis omnia paritura,eadem multis in locis idem vates, & Zacha
rias capite ſexto de Regia poteſtate, ac ſacerdotali ſimul iun-
cta loquens,& ibi S.Hieronimus alios citans interpretatur. Ea-
dem Dauid plurimis pſalmis,ac præcipue ſecundo, quadrage-
ſimo quarto,quadrageſimo primo, octuageſimo octauo, & cen-
teſimo nono, e quibus omnibus apparet Eccleſiæ ſanctæ pro-
nunciatam,quod euentus comprobauit,quoad bona temporalia
ſupremam felicitatem,niſi quis dicat(horrendum ſcelus)diui-
nam Scripturam,totamque ſimul antiquitatem falſam.

B

E *dictis Chriſti, Apoſtolorumque ipſius confirmatur, Eccleſiæ Chriſti futuram ſupremam temporalium bonorum felicitatem. Cap. VI.*

ANnon autem Chriſtus ipſe iuſtis, ac ſectatoribus
ſuis eadem promiſit euentura,quamuis haud lo-
queretur de Imperiis, ac regnis? Audiamus eum
Mar. 10. diſcipulos ſuos, vt eſt in Euangelio Marci, allo-
quentē. Amen dico vobis,nemo eſt qui reliquerit C
domum, aut fratres,aut ſorores, aut Patrem, aut matrem, aut
filios, aut agros propter Euangelium, qui non accipiet centies
tantum,nunc in tempore hoc, domos,aut fratres, & ſorores, &
matres, & filios, & agros cum perſecutionibus, & in ſeculo fu-
turo vitam æternam. Hæc Chriſtus apertiſſime de tempora-
lium felicitate ſuis impartienda, nam dicit agros,& domos,ex
ponuntque ſancti ac docti viri, quantum ad Monachos, vt in
communi potiantur innumeris fundis, domibus,miniſterioque
amantiſsimo plurimorum, qui ſint inſtar propinquorum, ita
Caſsianus inter alios collatione vigeſima quinta de mortifi- D
tione.Præterea vero tradunt ex his verbis iidem,vt Deus aliis,
qui reliquere omnia propter Euangelium prouidentia ſua mul
tiplicet ad omnes vſus neceſſarios, & expedientes quicquid o-
pus eſt tēporalium,ſic Paulus ait,Apoſtolos nihil habuiſſe, ſed
omnia poſſediſſe, quod ſpectare ad temporalia vult S. Ioannes
Chryſoſtomus eo loco. Poſtremo ex iiſdem verbis iidem con-
cludunt,Deum imperfectis, qui non omnia reliquere, ſed ali-
quid propter Euangelium, multiplicare illud centies. Idque
promittat in fide,& iuſtitia permanentibus ad omnes allicien

dos pro

A dos pro natura ſingulorum, vt imperfectis imperfecta, perfectis perfecta proemia proponātur, ita interpretantur ea verba ss. Ioannes Chryſoſtomus, ac Thomas poſt Origenem, aliique in commentariis huius loci, & S. Ambroſius libro ſeptimo in Lucam capite primo.

Quamobrem ſi quis dicat tunc Chriſtum locutū cum Apoſtoli erant imperfecti. Is etiam conſideret, quando Chriſtus ſemper loquitur in Eccleſia, nunc eſſe multo plures, ac multo magis imperfectos in Eccleſia, quam forent eo tempore Apoſtoli, ad quos verba Chriſtus faciebat.

B Addiq. poteſt huiuſmodi hominibus à Chriſto reponi, quandoque in his etiam terris inter mortales maiora, & centies multiplicata bona temporalia, vt cum contemnit aliquis honores ob diuitias, potentiamue humanam dandos, recipitque honores ob religionem, ſanctitatemque perpetuo tribuendos, eodem modo ſpernit aliquis opes, auctoritatemque humanam, recipit auctoritatem, quæ defertur illi, vt homini diuino, ita vt diuitiæ, & quicquid magni fit à mortalibus ad eius pedes proiiciantur, in eius manus adhuc viuentis perueniant, quamuis fluxa omnia, niſi quantū perducupt nos ad Deum, nihili ducat.

C Hoc in ipſis Apoſtolis dilucidiſsime apparet. Nam qui fuiſſent quæſo Petrus, Andreas, Iacobus, Ioannes, ac reliqui? Illi piſcatores erant, piſcatu ſibi victum tenuem comparabant, ac pauperime degebant. Verum poſteamque ſunt Chriſtum ſecuti, Apoſtolique ipſius effecti, quot, ac quantis illi in honeſtimos vſus abundabant opibus, quas vltro innumeri ad eos deferebant, ipſi vero conuenientiſsime partiebantur? Quot hominum millia primis poſt illapſum Sancti Spiritus diebus illi alebant? An non eorum numerus ipſas legiones Romanorum ſuperabat? & tamen Craſſus diuitem ſtatuebat eſſe, qui vnam duntaxat aleret. Iam qui, quantiq. honores iiſdem tribuebantur? *act.2.& ſeq.*

D Ex actis Apoſtolicis habemus eos pro diis habitos, ac ne ſacra ſibi fierent, vti Diis, ipſos vetuiſſe. Ex hiſtoriis autem ſcimus eos Orbem terrarum peragraſſe, exceptos hoſpitio à nobiliſsimis viris, à Principibus, Regibuſque honeſtatos. In varia loca miſiſſe plurimos Epiſcopos, qui poteſtate ab ipſis accepta præſederunt, ac leges toti terrarū Orbi dederunt, eorumque ſucceſſio iam ſuper quindecim ſæcula perdurat inuicta aduerſus omnes hoſtium quorumuis impetus. At illorum corpora vitali motu caſſa, cineres ipſi quāto paſſim ſunt in honore apud Principes *act.14.*

cipes, Reges, Imperatores. An non igitur bona temporalia haud dicam centies, verum millies millies à Chriſto, Deoque ſunt ipſis multiplicata in terris inter mortales? Sed quæ reliqua ſunt horum, poſtea dicemus. Recitemus hic alia teſtimonia Euangelii, Apoſtolicorumq. voluminum. Sic igitur idem Chriſtus de temporalibus bonis verba ad ſuos faciens. Non *Matt. 6.* poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ, Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, neque corpori quid induamini. Nonne anima noſtra plus eſt, quam eſca, & corpus, quam indumentum? & mox, quærite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Hęc Chriſtus aſſeuerans aperte futurum, vt omnia bona temporalia dentur bonis pro additamento quodam, & hęc eſſe, vt indumentum corpori, vel vt corpus animæ, ac veluti indumentum ſequitur corpora, corpora autem ſequuntur animas, ita, & diuitiæ virtutem ſiue Regnum Dei, iuſtitiamque eius. Ita clare interpretantur hunc locum tum cæteri omnes, tum centum quinquaginta Epiſcopi ſextæ Synodi ad Papam Vitalianum ſcribentes. A B

Eph. c. 6. Haud diſsimilia Chriſto S. Paulus aſſerit ad Epheſios inquiēs, honora Patrem tuum & Matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis lōgeuus ſuper terrā. Hæc ſanctus. cuius verba intelligenda eſſe de bonis temporalibus, vitaque hac, nemo eſt, qui inficiari poſſit, ac poſt alios ita *S. Th. 1. 2. q. 100. ar. 7. & 2. 2. q. 122. ar. 5.* declarant Alexander Alenſis, & ss. Thomas, & Bonauentura, vt ſupra dicebamus. Eodem ſpectat, quæ late affert S. Paulus, ac differit in Epiſtola ad Hebræos extollens fidem, fideique poten*S. Bo. ſer. de decem præc. Alex. Alen. in ſumma.*tiam, in quibus eſt illud, ſancti per fidem vicerunt regna. Volens illa expugnari per ipſam fidem, quo freti Deo aggredimur aliquid ad ea, vel conſequenda, vel nobis concilianda. Ita illum locum Vigilius Papa interpretatur, vt infra aperiemus. Eandem veritatem continent illa Apoſtoli eius verba in prima Epiſtola ad Timotheum capite quarto, pietas ad omnia vtilis eſt promiſsionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ, quod pertinere ad vitam longeuam venerantibus maiores ac propinquos (in hos enim pietas) nemo eſt, qui dubitare poſſit, atque inter *S. Tho. 2. 2. q. 122. ar. 5. in reſp. ad 4.* alios ita declarat illum locum S. Thomas in ſua ſumma ſubiiciens quandoque ſecus accidere ob occulta Dei iudicia, ſed illud eſſe ſpectandum, quod plerumque contingit. C D

1. Pet. 3. Eadem cum Paulo tradit S. Petrus in Epiſtola ad Chriſtianos ita ſcribens, non reddentes malum pro malo, nec maledi-

ctum

A ctum pro maledicto, ſed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſsideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & ſequatur eam, quia oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, vultus autem Domini ſuper facientes mala. Huc uſque S. Petrus manifeſtiſsime loquens de temporalibus bonis. Iccirco enim ſubiicit, & quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? ſed & ſi quid patimini propter iuſtitiam beati. Hæc ille, quæ nullo modo, niſi de temporalibus, &

B malis, & bonis intelligi poſſunt. E quibus omnibus concluditur poſt Euangelium promulgatum ſequentibus illius leges promitti, ac dari bonis quidem bona temporalia, malis autem mala, quod ſi bonis aliquod malum temporale contingit, vel redditum eſt, vel reddetur eiuſdem generis temporale ſcilicet aliquod maius. Hoc autem ſatis eſt, ſi plerumque eueniat, quamuis non ſemper, vt optime aiebat S. Thomas. Nam multa poſſunt accidere nobis occultiſsima, quæ ſint in cauſa, vt aliquid ex natura ſua omnino futurum, nullo modo contingat.

C *E ſignis, & cladibus, quæ contingebant Orbi terrarum, cum vexabatur ab impiis Olim Chriſti Eccleſia, comparationeque Imperatorum quoad mortem, & ignominias & Pontificum Romanorum palam fit à bonis pendere temporalium felicitatem infeliciuſque fuiſſe ante Conſtantinum Romanis Imperatoribus, quam Pontificibus Romanis, quoad vitæ diuturnitatem, mortem, & honores.*

Cap. VII.

D ICcirco cum perturbatur ordo rerum naturalis, atque inſtitutus à Deo, totus ſimul Orbis, tota vniuerſitas rerum commouetur, concutitur, labem ducit, ac ruinam minatur; Omnia nanque ſunt inter ſe apta, connexa, & coherentia. Cauſa vero finalis, & meritoria ſunt potiſsimæ, propter quas ſtat mundus, atque humanum genus, atque vbi fit aliquid contra illas pro modo illius inuertitur mundus. Quod ſi magnum ſit, maxima fit omnium labefactatio, & confuſio. Sic vero eſſe nos oſten-

oſtendimus late libro vltimo de ſignis Eccleſiæ Dei palam facientes, quoties aduerſus Chriſti Vicarium Pontificem Romanum, ſtudioſoſque ipſius concitatæ ſunt ab hoſtibus Chriſti, vel ſedis ipſius, quatenus eſt in terris ſuprema, maximæ tempeſtates ad eam conuellēdam, tunc elementa omnia commota ſunt, A
Luc.21. atque, vt Chriſtus prænunciauit, facta ſunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis, & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus
Matt.24. maris, areſcentibus hominibus præ timore. conſurgit enim gens in gentem, & reguum in regnum, ac ſunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.

Enumerauimus autem viginti quatuor tempora, quibus hæc acciderunt, neque eſt quod eadem repetamus. Hic enim, quæ ibi omiſimus, explicanda nobis latius videntur, faciuntque maxime, ac propie ad rem propoſitam. Primumque ſit illud, quoties in mala temporalia per impios, ac malos, boni, piique conjecti, ac raptati ſunt, plerumque Orbi terrarum funeſtiſsima & diriſsima contigerunt. Adnotauit hoc etiam S. Ioannes Chryſoſtomus, cuius nos teſtimonium non attulimus libris de ſignis Eccleſiæ Dei, nunc placet afferre, ac verba ipſius recitare, ſic igitur ille homilia quarta in Euangelium S. Matthei, poſtquam retulit exempla multa, & euenta ad illud, quod erat dicturus comprobandum. Mos ſiquidem, inquit, Dei eſt certiſsimus (nota hoc verbum) vt cum mala ad cumulum ſuum venerint, cumque viderit grauiter, & ſuos affligi, & aduerſarios Tyrannide quadam contra ſe impietatis extolli, vel potius mentis ebrietate bacchari, diuinitatis ſuæ potentiam per ſigna declarare, quod etiam propter Iudæos in Babylone legitur impleſſe. Hæc ſanctus, cum multa tēpora enumeraſſet, quibus ad ſuorum, qui ab impiis vniuerſi opprimebantur, defenſionem pugnauit admirabilibus portentis ac ſignis, eademque repetit multis uerbis libro demonſtrationis aduerſus gentiles, quod Chriſtus ſit Deus. Nos autem, quod ille generatim, ſed uere dixit, diſtincte ſingula tempora recenſentes, euentaque ipſa allatis in medium uerbis hiſtoricorum ob oculos lectorum prapoſuimus. Hic autem ſit ſatis oſtendiſſe eſſe hoc à S. Ioanne Chryſoſtomo obſeruatum, memoriæque proditum. Quod confirmatur ex eo, quod ſupra libro ſecundo diſſeruimus Deum ſolere modis inuſitatis cum deſunt ſolita, punire flagitioſos, idque auctoritate multorum, ſimulque exemplis confirmauimus. Quamobrem ſecundum ſit illud huic, quod diximus, affine Deum ſolere inimicis B C D

A micis veræ religionis irrogare maiora, ac diriora ſupplicia, vbi
ſtudioſos illius affligunt, ac bonis temporalibus nudant. Id
etiam libro quarto multis euentibus, atque admirandis eſſe ve
rum palam fecimus, explicantes à religione circumuehi quo-
dammodo orbem totum. Nunc illud adducamus, quod conti-
git Imperatoribus Romanis, Senatoribus, Plebeiis, Diuitibuſ-
que Imperio Romano ſubiectis, quoties Eccleſia Chriſti impe-
tebatur, Chriſtiani occidebantur, & cunctis opibus ſpoliaban-
tur, aperiamuſque multo diriora accidiſſe hoſtibus eorum, ni-
mirum Imperatoribus iſtis, Senatoribus, Popularibus quibuſ-
uis, Diuitibuſque.

B Igitur poſtquam Romæ Sedem Pontificiam Petrus fixit an-
no 44. vſque ad Conſtantinũ tenuerunt Imperiũ Romanũ, Clau
dius, Nero, Galba, Otho, Vitellius, Veſpaſianus, Titus, Domitia
nus, Nerua, Traianus, Hadrianus, Antoninus Pius, Antoninus
Philoſophus, Lucius Antoninus, quibus regnãtibus in Oriente
arripuit Imperium Auidius Caſsius, poſt hos eſt Commodus,
Pertinax, Septimius Seuerus, Albinus, Niger, Antoninus Geta,
Antoninus Caracalla, Macrinus, Diadumenus, Heliogabalus,
Alexander Mãmeæ, Maximinus pater, & filius, Gordiani tres,
Maximus, Balbinus, Philippus pater, & filius, Decius pater, & fi
C lius, Valerianus pater, & filius. Inde Tyrãni, qui tamen alicubi
geſſere Imperiũ, Cyriades, Poſthumi duo, Lollianus, Victorini
duo, Marius, Ingenuus, Regillianus, Aureolus, Macriani duo,
Quietus, Odenatus, Herodes, Mæonius, Baliſta, Valentes duo, Pi
ſo, Aemilianus, Saturninus, Tetrici duo, Trebellianus, Herẽnia-
nus, Timolaus, Celſus, Zanobia, Victoria, Titus, Cẽſorinus. His
adiiciuntur, qui ſunt habiti legitimi Imperatores, Gallienus pa
ter, & filius, Gallus, Hoſtilianus, Voluſianus, Claudius, Quintil-
lus, Aurelianus, Tacitus, Florianus, Probus, Firmus, Proculus,
Bonoſus, Carus, Numerianus, Carinus, Diocletianus, Maximia-
D nus Herculeus, Galerius, Cõſtantinus Chlorus, Maximinus, Se-
uerus, Maxẽtius, Licinius, omnes hi ſunt ſupra nonaginta, è qui-
bus quinquaginta, & nouẽ plus minus videntur habiti pro legiti
mis à Senatu. Cuncti autẽ fuerunt interfecti, exceptis duode-
cim, Veſpaſiano ſcilicet, Tito, quẽ tamen aliqui volunt à fratre
Domitiano necatum, Nerua, Traiano, Adriano, Antonino Pio,
Philoſopho, Lucio, Septimio Seuero, Maximino, qui miſerabili-
ter excruciatus interiit, ſicuti & Hadrianus, Claudio, Chloro.
Mirandum ſit itaque tot Imperatores, quorum pleriſque, vel

hoſtes fuerunt Chriſtianæ religionis, vel nihil curarunt, vt Chri- A
ſtiani vexarentur, ac perimerentur, occiſos fuiſſe, cum tamen nihil ipſis deeſſet ad vitæ præſidium, & militibus vndique munirentur. Atque, vt tot interimerentur, id fuit in cauſa, quod eorum culpa catholici tot iniuriis onerarentur.

Hinc S. Hieronymus in cap. 14. Zachariæ, nos autem, inquit, dicimus omnes perſecutores, qui afflixerunt Eccleſiam Dei, vt taceamus de futuris cruciatibus, etiam in præſenti ſæculo recepiſſe, quæ fecerunt. Legamus Eccleſiaſticas hiſtorias, quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximianus, quid ſæuiſſimus omnium Maximinus, & nuper Iulianus B
paſsi ſunt, & tunc rebus probabimus, etiam iuxta litteram prophetiæ, veritatem eſſe completam, quod computruerunt carnes eorum. Huc vſque ſauctus, citans exempla Imperatorum proxima ætati ſuæ.

Et S. Ioannes Chryſoſtom. contra Gentiles libro ſecundo. è ſuperioribus, ait, Imperatoribus ij, qui ſimilia (cum Iuliano) attētarunt multis, atque intolerabilibus calamitatibus acceptis, fœda, ac miſerabili morte interierunt, ita vt cuiuſdam, dum adhuc viueret, ſponte ex oculis pupillæ exilireut. Maximinus hic C
fuit, alius autem furore, alius alia id genus calamitate vexatus, mortem cum vita commutauit.

Sed enim dicet aliquis, & ipſi Pontifices Summi miſerabiliter interempti ſunt. Hic igitur apparet aliud longe admirabilius. à Petro vſque ad Conſtantinum numerantur hi Pontifices Romani; Petrus, Linus, Cletus, Clemens, Anacletus, Euariſtus, Alexander, Sixtus; Theleſphorus, Hyginus, Pius, Anycetus. Sother, Eleutherius, Victor, Zephirinus, Caliſtus 1. Vrbanus 1. Pontianus, Antheros, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus ii. Dionyſius, Felix, Euthychianus, Caius, Marcellinus, D
Marcellus, Euſebius, Milciades, Silueſter: Omnes hi triginta quatuor, e quibus vigintiquatuor tantū necati, vt enumerauimus ſigno de prudentia politica. Sic itaq. triplo plures, & amplius ex Imperatoribus eodē temporis interuallo fuerūt interfecti, quā Pontifices Romani, quāuis eſſent illi tot vndique militibus circūſepti nocte, diuq. cuſtoditi. At Romani Pontifices nulla habebant militum præſidia. Vno tantū Dei patrocinio protegebantur. Et, quod caput eſt omnium, maxime, primique è Chriſtianis ad necem quærebantur, quod eſſent Eccleſiæ totius moderatores in terris ſupremi. An non hoc admirandum? Quid ad

hæc dici

A hæc dici poteſt? Adiiciamus aliud. Pontifices Romani eligebantur ſenili ætate: Imperatores non ita, ſed, qui plerumque militares adhuc labores ferre poſſent. En, vt prolixior noſtris ſenibus ſit vita, quamuis ad mortem quærerentur, inſidiis omnium paterent, quam vel iuuenibus, vel confirmata etate viris, non tamen inclinata. Non omittamus denique Imperatores iſtos tribus, aut quatuor, credo, exceptis, fuiſſe trucidatos à militibus ipſis Romanis, quorum ſe fidei, ac defenſioni committebant, neque, quibus magis fiderent, habebant, & ab iſtis ipſis interficiebantur. An non igitur felicitas malorum temporalis B breuior? An non fallacior? Nunquid in minima re? in omnium maxima, qualis eſt vita, & tamen hic infeliciſſima noſtra tempora cum feliciſſimis modo comparamus.

Apparet autem propoſitum ſupplicia diriora in terris exiſtere aduerſus eos, qui iuſtos affligunt. Quod ſi quis dicat Pontifices Romanos cum reliquis catholicis iniurioſe tractatos, publica nanque ſententia condemnati ſunt, veluti impii, ac publico poſtea ſupplicio ſunt affecti. Quin Petrus cruci affixus capite deorſum verſo, quod erat infame, ac ſeruile. Calixtus in Puteũ proiectus eſt. Marcellus, vt beſtiis inſeruiret, in ergaſtulum de-C truſus interiit. negari non poteſt. Verum multo indigniora pluribus Imperatoribus euenere, & quidem à ſuis. Atque vt omittamus probra in Tiberium, Caium, Neronem, Domitianũ Galbam, Caracallam, Hadrianum, Maximinum, Valerianum Gallienum, Aurelianum, Carinum, Maxentium publice à populo cuncto, & ſenatu iactata, ita vt parum abfuerit, quin aliqui ex his per vias Vrbis raptarentur, atque in Tiberim proiicerẽtur. Vitellius certe, inquit, Suetonius, religatis poſt terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veſte diſciſſa, ſeminudus in forum tractus eſt inter magna rerum, verborumque ludibria, per D totum viæ ſacræ ſpatium reducta coma à capite, ceu noxii ſolent, atque etiam mento mucrone gladii ſubiecto, vt viſendam preberet faciem, neve ſubmitteret, quibuſdam ſtercore, & ceno inceſſentibus, aliis incendiarium & patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam vitia corporis exprobrãte, tandem apud Gemonias, minutiſſimis ictibus excarnificatus, atque confectus eſt, & inde vnco tractus in Tyberim. Eadem, atque etiam multo fœdiora, contigere Heliogabalo. Valerianum, ſcribunt, à Perſarum Rege Sapore captum ſeruiſſe illi pro ſcabello, quoties equum conſcenderet, & in omnibus habitum indigniſſime.

Hæc igitur Imperatores iſti, quæ in Romanos Pontifices, qui A
cuncta hæc pro Chriſto toleranda ſummæ gloriæ duxiſſent, licet habeantur ſumma dedecora, nunquam ſunt patrata. Illud autem quid? Nullus non Imperator conabatur diuinos ſibi honores aſciſcere, Chriſto autem, Chriſtianiſque, & Pontificibus ignominias omnes reponere. contra accidebat, protinus his cultus habebatur à Chriſtianorum Eccleſia toto Orbe diffuſa, & huculque habetur, illisq. omne opprobium relictum. Quamobrem, cum honor, & gloria primis bonis temporalibus annumerentur, ita vt diuinum aliquid dixerit eſſe Ariſtotiles, ac vitæ in multis anteponatur, & hac parte Romani Imperatores B
adeo ſunt diuinitus puniti, vt illuſtriſsimum fiat maximis onerari poenis eos, à quibus iuſti affliguntur, & quando his eſt iucundiſsimum pati aliquid pro Deo, apertiſsimum fit nihil eſſe inter eos comparandum.

E collatione ſenatorum, nobilium, plebeiorum, diuitumque gentilium, & Chriſtianorum, ante Conſtantinum, comprobatur illos fuiſſe infeliciores, quoad vitam, honores, opes, ac tranquillitatem, in quibus eſt potiſſimum felicitas temporalis. Cap. VII. C

AC ne quis exiſtimet Imperatoribus ſolis infeliciter fuiſſe quoad temporalia, quoties Eccleſia Chriſti, ac iuſtorum vexabatur, non autem Senatoribus, Populo reliquo, aut diuitibus, explicemus his peſſimam, miſerrimamq. ſimul conditionem fuiſſe, atque, vt dilucidiſsima omnia fiant, conſideremus Chriſtianis fuiſſe Epiſcopos, qui ſenatoribus, aut decurrionibus reſponderent in qualibet Ciuitate. Romæ autem Præſbyteros, & e noſtris quidem multi ſunt occiſi. An non autem D
multo plures in Vrbe ſenatores ab Imperatoribus interfecti? Atque quatuordecim legimus excitatas perſecutiones in ſenatores, nempe à Tiberio, Caio, Nerone, Domitiano, Hadriano, Commodo, Septimio, Caracalla, Macrino, Heliogabalo, Maximino, Aureliano, Carino, Maxentio; quorum multi omnem prope ſenatum, quin omnem è gentilibus bonum ſuſtulerunt, vt nos antiquorum teſtimoniis, verbiſq. ipſis in medium productis, oſtendimus libri de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu ſecundi capite ſecundo. Et tamen iſti ſenatores ſecundi erant poſt

Impe-

A Imperatores, ac Prouincias, Magiſtratus, & iura adminiſtrabant, ipſique erant, qui cædes in Chriſtianos exercebant, verum diuinitus, & iſti, vt vidimus, acerbiuſque puniebantur. Hinc ad Scapulam Tertullianus de quibuſdam eo tempore notiſsimis, Saturninus, inquit, qui primus gladium in Chriſtianos egit, lumina amiſit, Claudius, Herminianus, Cælius, Capella, & alii peſte vaſtati interierunt. Ita ille.

Nunquid autem tranquillius erat ignobilibus gentilium, qui nobis per annos prope tercentum fuerant infeſti? Videamus, & hos peiori fuiſſe conditione, quam chriſtianos. Imperatores
B enim duodecim ſæuierunt atrociſsime, ac ſupra omnem fidem in omne hominum genus, Tiberius, Caius, Claudius, Nero, Vitellius, Commodus, Heliogabalus, Maximinus, Gallienus, Aurelianus, Carinus, Maximianus. In primis autē Tiberius innumeros, leuiſsimis de cauſis, omni genere crudelitatis, inquit Suetonius capite ſexageſimo primo, occidit, neque ſupplicio cuiuſquam pepercit. dānatos poſt longa, & exquiſita tormenta præcipitari coram ſe in mare iubebat, excipiente claſsiariorum manu, & contis, atque remis elidente cadauera. Caius maxima ex parte militum ducenta quinquaginta millia necauit, cum de
C ficiebant dannati ad beſtias corripi ſpectatores iubebat, ac beſtijs obijci. cum pontem trium milliariorum inter Puteolos, & Baias edificaſſet, pleroſque ſocios ponte deiecit, alios è nauibus roſtratis in profundum iaciebat, magnam auri, & argenti uim cultellis admixtis, in Populum conſertiſsimum ſparſit, ex quo plerique, dum colligerent, interfecti ſint, & alia multa huiuſmodi patrauit; quæ Suetonius, ac Dion narrant.

Eadem, multoque diriora quandoque alii memorati admiſerunt, vt cum viuos defodiebant, mortuis alligabant, parietibus includebant, recentibus coriis animalium circumdatos vincie
D bant, feris dabant, quæ nos recitauimus libris de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu, & iccirco ab iis recitandis ſuperſedemus. His adnumeramus, qui abſumebantur ſeuiſſime bellis ciuilibus, quæ creberrima erant, & a quibus abſtinebant chriſtiani, vt auctor eſt inter alios Tertullianus in Apologetico, & ad Scapulam, ita vt lōge plures ex alienigenis, quam è chriſtianis interficerentur, ſiue in pace ab Imperatoribus, ſiue ſeditionibus, ac prœliis ciuium. Verbigratia: Nerone Imperante a Britannis interfecta ſunt Romanorum, ſociorumq. ſeptuaginta millia, pugnaq. inter Vitellianos, & Othonianos cōmiſſa vtrinq.

militum

militum quadraginta millia perierunt, Rurſus ad Cremonam bello inter Vitellium, & Veſpaſianum quinquaginta millia, & Romæ quinquaginta item millia. cum bella Ciuilia geſſit Septimius contra Albinum, & contra Nigrum deſiderata ſunt vtrinque hominum pluſquam centum millia, neque cædes minor fuit Romæ inter Pretorianos, Maximino ſtudentes, ac Romanos Balbino. Gallienus quidem ſuorum militum quandoque terna, & quaterna millia ſingulis diebus occidebat. Innumerabiles porro occiſi ſunt digladiãtibus inter ſe Tyrannis triginta, de quibus proprio libro Trebellius, Hoſtiliano que, & Voluſiano, quos vna cum exercitu Aemilianus Maurus interemit, ac denique Diocletiano aduerſus Carinum, Conſtantino aduerſus Maxentium pugnantibus. Mittimus copias innumeras à Barbaris deletas, vt cum Gothi Decium peremerunt, Perſæ Valerianum ceperunt, aut alios aliorum Imperatorum Duces fuderunt, quod varijs in locis euentu vario ſæpe accidebat. A B

His aliud admirabilius eſt ſubiiciendũ, quotãnis ob innumera ſcelera gentiles innumeros ad metalla dannatos, ad beſtias, ad opera publica, ad omne ſuppliciorum genus. Ex his vero nullus prope Chriſtianus erat, niſi cum perſecutiones commouebantur. Tanta vero illorum multitudo erat, vt incredibile foret. Exprobat autem Tertullianus id gentibus in Apologetico his verbis. de veſtris (gentilibus ò gentiles) eſtuat carcer, de veſtris ſemper metalla ſuſpirant, de veſtris ſemper beſtiæ ſaginantur, de veſtris ſemper munerarii noxiorum greges paſcunt, nemo illic Chriſtianus, niſi plane tantum Chriſtianus, aut ſi & aliud, iam non Chriſtianus. Hæc Tertullianus. Iam vero aduerſus Chriſtianos decem tantum numerantur perſecutiones, quibus aliquæ adduntur repetitæ ex edictis Imperatorum, ſuperiorum, vt quindecim ſint ad ſummum, quindecies igitur accidit Chriſtianis, vt aliquot eorum dannarentur, at gentilibus id contingebat per ſingulos annos vſque ad Conſtantinum, quod eſt ſpatium annorum tercentum. Vide quanto crebrius gentilibus eueniebat, vt innumeri ipſorum damnarentur ob ſcelera. Chiſtianis, quando innocentes erant ab omni crimine primis Eccleſiæ naſcẽtis temporibus ob pietatem, & religionem, id non ita crebro eueniebat. C D

Quid ego hic commemorem ſpectacula gladiatorum, quæ ſæpius per annum toto Orbe Romano edebantur in ſingulis vrbibus inſignioribus, illorumque innumeri occidebantur, ita,

vt

A vt Traianns eorũ dena millia munere vno dederit in vna vrbe Roma. Nullus autem Chriſtianus poterat eſſe gladiator, ſi Chriſtianus eſſe vellet.

Non omittamus illud, Tiberium, Caium, Claudium, Neronem, Veſpaſianum, Domitianum, Commodum, Septimium, Caracallam, Maximi num, Carinum, Maxentium, Hos tredecim Imperatores fuiſſe rapaciſſimos, atque ob id ab iſtis innoxios inumeros interfectos, vt eorum diuitiis potirentur. quod nos eodem libro de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu, ex antiquorũ ſcriptis, oſtendimus, ita, vt crimen foret eſſe diuitem.

B Quamobrem Chriſtianis felicitati erat bonorum temporalium mediocritas, quod illis haud inhiarẽt Imperatores, quando nihil faciebat ad explendam ipſorum ingluuiem. Neque ob hoc tantum felices erant, quod ob modicas opes tuti forẽt, ſed ob aliud etiam, ex quo dici poterant opulentiſſimi non proprio vel Dominio, vel poſſeſſione, & vſufructu, ſed libera omnium, quæ toto orbe haberentur & ad victum facerent, commu nicatione. Nam Chriſtianis cuncta erant, vbi opus fuiſſet mutuæ benignitatis largiſſimo ſubſidio, communia, quamuis ſua

C quiſque curaret, vt Tertullianus in Apologetico teſtatur. Quo circa quiuis Chriſtianus quocũque ſe contuliſſet, habebat a qui bus exciperetur, & aleretur cunctis in locis, cum ſecum litteras Epiſcopi ſui tuliſſet; quibus teſtimonium fieret ipſius rectæ fidei, quod libro de præſcriptionibus idem refert, ac Lucia nus in Peregino, qui narrat aliquos Chriſtianam religionem finxiſſe, vt quocumque proficiſcerentur haberent à quibus excepti alerentur. Alii ſtudebant id, vt in Carcerem coniicerentur ob Chriſti cultum, nam protinus vbi à reliquis id Chriſtianis reſciebatur, tot, ac tanta iis donabantur, vt omnibus abun

D darent, ac diuites fierent, quod eodem dialogo idem teſtatur. Cum vero per Apoſtolos, & alios Chriſtianos non modo intra Romani Imperii confinia, ſed toto Orbe inumeri ſe ſe Chriſto adiunxiſſent, vt ex Irinei libri primi capite tertio, ac Tertullia no aduerſus Iudeos conſtat, Hinc oriebatur, vt opes Chriſtianorum, Chriſtianis omnibus paterent, innumeræ eſſent, ac feli ciſſimo loco forent gentilibus comparari.

Magis adhuc eluceſcet, quam meliori denique conditione Chriſtiani eſſent, quam gentiles ipſi, vel ante Conſtantinum, ſi conſideremus ab Imperatoribus ipſis, maxime tandem ſæuitũ in proprios conſaguineos, & intimos quoſque, ita vt omnes

fundi-

funditus excinderet. Incredibile namque eſt quanta fuerint di ritate, Tiberius, Caius, Claudius, Nero in propinquos, conſtat id è Suetonio. ac nos omnia collegimus capite vltimo libri primi de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu. A

Igitur quemadmodum ſupra vidimus pro vno Romano Pontifice tres Imperatores occiſos, pro vno Epiſcopo plures ſenatores, aut alioquin Ciuitatum præfectos, ita ſi ſpectes multitudinem reliquam, tam Chriſtianorum, quam gentilium, colligere poſſumus ex iis, quæ dicta hucuſque ſunt, pro vno Chriſtiano illorum millia trucidata, neque iis aut nobilitatem, cognationem, potentiam, diuitiaſue profuiſſe ad euitandam mortem, felicitatemq. temporalium conſeruandam, verum multo magis obfuiſſe, quod ab iſtis ipſis maxime extimeſcerēt Imperatores, eos vellent depreſſos, aut ſublatos, & quando per factiones Imperium conferebatur, hinc fiebat, vt nemo non paulo audacior ad illud occupandum proſiliret; & innumeros ſecum traheret, quod plerique omnes alieni à Chriſtiana religione ſeditionibus, ac tumultibus gauderent. Chriſtiani autem cum pacem ſectarentur, atque ea, quæ ſunt pacis, aurea mediocritate contenti tranquillius degebant, neque ſe periculis huiuſmodi obiiciebant. B C

Quod ſi rurſus intuearis multitudinem eorum, qui bellis Ciuilibus, veluti perduelles interficiebantur, & quorum corpora inſepulta feræ deuorabant, ſi criminum reos, ſi gladiatores, videbis iſtos habitos infames, non modo à Chriſtianis, ſed a gentilibus etiam. Martyres autem Chriſtiani à gentilibus dumtaxat, verum neque ab horum benemoratis. Imperatores enim boni coercebant perſecutiones commotas in Chriſtianos, aut non iubebant, quamuis aliquando vexarentur ex edictis generalibus, vt ex Apologijs Iuſtini, & Tertulliani apparet. Reſtat itaque, vt Chriſtiani infames haberentur à gentilibus malis, non bonis. Hinc à Dione veluti laudabile refertur de laudatiſſimo Imperatore Nerua, quod reos impietatis abſoluerit, neminemque accuſari permiſerit, vel impietatis, vel Iudaici ritus. quæ pertinere ad Chriſtianos cuncti interpretantur. Atque ita ſiue opes, ſiue honorem, ſiue tranquillitatem, ſeu demum vitam, vitæque conſeruationem reſpicias, meliori erant denique conditione Chriſtiani, quam gentiles, quamuis a principio non ita viderentur exitum rerum neſcientibus, aut non examinantibus, quoties Chriſtiani vexabantur. D

A *Eccleſia Chriſti.ſiue ſanctorum quo magis opprimitur,eo magis dilatatur quoad numerum, & denique etiam quoad bonorum tempo ralium felicitatem, quod Prophetiis, ſanctorum dictis, & euentis comprobatur. Cap. VIII.*

DVo iam perſcrutati ſumus,atque in apertam lucem produximus.Primumque illud,Orbē totum ſimul commotum,perturbatumq. ſignis, prodigiis, cladibuſq. horrendis, quaſi ruinam minaretur, quoties Eccleſia Chriſti eſt vexata,& vna ipſius Pōtifex Summus.
B Secundum vero magis poſtea diuinitus punitos,qui chriſtianos exagitabant. Atque his infelicius demum fuiſſe quoad temporalia,quamuis à principio non ita foret.Tertium ſit illud, quod innuimus,ad extremum longe maximam gloriam contigiſſe chriſtianis poſt exantlatas ærumnas; Nam, quo honore poſt tot annorum ſecula non modo habentur ipſi toto Orbe terrarum, ſed eorū leuiſsimi cineres,eorum tenuiſſimæ reliquiæ ? Non eſt quod huiuſmodi de re verba faciamus. Notiſsima nāq; res eſt,veluti & illud,Imperatores,qui ſunt eos
C perſecuti cum ſuis rebus omnibus, ſuiſq. Diis ignominiarum nunc eſſe pleniſsimos,nomen, memoriamque ipſorum paſsim proſcindi, ac dilacerari. Igitur ad quartum veniamus, quod accidebat,vbi Chriſtiani vexabantur. Nam quoties chriſtiani occidebantur magis, & quoad numerum, & quoad temporalia diuinitus amplificabantur,& quo longior, ac ſæuior erat perſecutio,ita vt cuncta ipſorum radicitus extirpari viderentur, eo maior, ac ſublimior erat amplificatio. Sunt huius euenti oracula innumera,illud eſt inſtar omnium,quod certiſsimo pertinet ad bona temporalia, vt è verbis liquet, & auctoritate ſan-
D ctorum Cyrilli, Thomæ, Hieronymi, & aliorum nos probauimus ab Iſaia deſumptum, cum prædicit illa, inducens Deum loquentem ad Eccleſiam pro eo, quod fuiſti derelicta, & odio *Cap.60.*
habita,& non erat,qui per te tranſiret,ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generatione, & ſuges lac gentium & mamilla Regum lactaberis,& ſcies quia ego Dominus ſaluans te,& redemptor tuus fortis Iacob. pro ære afferam aurum, & pro ferro argentum, & pro lignis æs,& pro lapidibus ferrum. Hæc Iſaias. eodem ſpectat ſomnium Nabuchodonoſori diuinitus immiſſum,vti interpretatus eſt Daniel,fore vt petra è mon-

te exciſa creſceret ſemper, nunquam coanguſtaretur, atque im- A
minueretur, ſed occuparet vniuerſam terram, ſibi ſubiiceret omnia regna. qua ſane Petra Petri ſucceſſorem, Petræque, qui eſt Chriſtus, Vicarium Petrum Pontificem Romanum ſignificari oſtendimus è SS. Auguſtino, Hieronymo, nec non Heſychio, Othone Friſingenſi, & Guitmundo Auerſano. Nunc igitur ſpeciatim probemus hanc Petram continentem Chriſtianos omnes, veluti caput continet membra, ac perinde Eccleſiam chriſtianorum, quo magis tunditur, premitur, & ad nihilum redigi videtur, eo maiores vires ſumere, latius, ac ſublimius amplificari. Sic igitur S. Iuſtinus in Dialogo: Quanto ma- B
gis in nos ſæuitur, tanto plures pietatem, fidemque per nomen Ieſu profitemur, haud ſecus, quam ſi quis vitem putatione prouocet ad vbertatem. Et S. Irenæus: Opprobrium eorum, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, & omnes pœnas ſuſtinent, & mortificantur propter eam, quæ eſt erga Deum, dilectionem, & confeſſionem filii eius, ſola Eccleſia pure ſuſtinet ſæpe debilitata, & ſtatim augens membra, & integra fiens. Et Tertullianus ad Scapulam: Non deficit hæc ſecta, quã tunc magis ædificari ſcimus, cum cædi videtur. Et ad finem Apologetici: Plures efficimur, quoties metimur. ſemen eſt ſanguis chri- C
ſtianorum. Et S. Auguſtinus libri vigeſimi ſecundi de ciuitate Dei capite ſexto: ciuitas chriſti, quamuis haberet tam magnorum agmina populorum, nunquam aduerſus perſecutores ſuos pro temporali ſalute pugnauit, ſed potius, vt obtineret æternam, non repugnauit. ligabantur, includebantur, cædebantur, torquebantur, vrebantur, laniabantur, trucidabantur, & multiplicabantur. Eadem S. Hieronymus epiſtola ad Theophilum. Quod vero ex prædictione Iſaiæ, Danielis, & aliorum poſt ſuperatas inimicorum oppreſſiones peruenerit ſemper Eccleſia ad ſupremum temporalis felicitatis verticem, liquet ex eo, quod D
cum perductum eſt Imperium Romanum ad maiorem, quam fuiſſet, vnquam amplitudinem, redactum eſt in poteſtatem Chriſtianorum Conſtantino Imperante, qui tenuit illud multo latioribus ditionum ſuarum finibus, quam ſuperiorum Imperatorum vllus, vt aperuimus libro de Imperio virtutis, ac robore bellico. Quo ſane libro explicauimus nullam fuiſſe vnquam nationem, quę conuenerit in vnam rerum diuinarum fidem, qualem ſigno de vna fide deſcripſimus, vni Pontifici in cultu diuino parens, quæ tam lata Imperia, & regna diuerſis Principibus obedien-

A bedientia gubernarit, vt Eccleſia Chriſti. Quinque autem temporibus maxime ad amplitudinem maximam ditionum perducta eſt. Ac primum quidem fuit Imperante Conſtantino.

Secundũ regnante Mauritio, cum Perſica regna occupauit, & Æthiopici reges Chriſto ſe ſe addixerant, Iuſtino, ac Iuſtiniano viuentibus. Viſigothi præterea, Longobardi, Angliq. chriſto, & catholicæ pietati nomen dedere, cum Populo Chriſtiano Gregorius Magnus præſideret ſub annum Chriſti 600.

Tertium, cum ſimiliter Heraclius eadem regna Perſica cepit ſedẽte Bonifacio Quinto ſub annum Chriſti 618. His enim temporibus Catholici tenebant quidquid erat in Europa excul-
B ti vſque ad Danubium, in Africa vſque ad Atlantem, locaque Nili fontibus propinqua, in Aſia quodcunque peruium erat vſque ad vltimas Imperii Perſici regiones, Iberumque, & Oceanum.

Quartum, quod ſuperat ſuperiora, fuit regnantibus quinque Tartaricis Regibus, qui Chriſto ſe ſe dediderunt, ac Romani Pontificis Imperium agnouere, ii fuere Mangus, Cobila, Haloon, Nicolaus, Baidus, qui vixere poſt annum 1254. ac tenuerunt plerumque, quicquid eſt ab vltimis Serum, ſiue Sinarum terminis, quos Oceanus alluit vſque ad Syriam, & Armeniam, vt a-
C peruimus capite quinto de robore bellico, & conſtat ex hiſtoriis Haitonis Armeni, & Marci Poli. Atque eodem tempore Catholicis erat ſubiectum Imperium Conſtantinopolitanum, Germanicum, cum Regnis Hungariæ, Poloniæ, Daniæ, Noruegiæ, Suediæ & Scotiæ. Atque omnes horum Reges Pontificis Romani religionem colebant.

Quintum, vincens omnia memorata, eſt ab anno milleſimo, & quingenteſimo vſque ad ætatem noſtram, poſtquam detenti, & acquiſiti ſunt Indiæ Orientalis, atque Occidentalis latiſſimi tractus, depulſique ex Hiſpania Saraceni.

D Interiectis autem temporibus Eccleſia in magnas eſt redacta euentuum diuerſorum viciſſitudines, & anguſtias. Nam primo tempore vſque ad Conſtantinum per annos fere tercentum, quid non ærumnarum pertulit? Notiſsimæ ſunt Imperatorum gentilium oppugnationes.

Secundo autem, Tertioque à Conſtantino, vſque ad Mauritium, & Heraclium multi fuerunt in Oriente hæretici Imperatores, Ariani quidem Conſtantius, & Valens, Eutychiani Zeno, Anaſtaſius. tunc etiã Viſigothi, Hiſpanias, Vandali Africam,

Oſtrogothi Italiam occuparunt omnes hæretici Ariani: at è A gentilibus Franci Gallias, Angli Britanniam, primiſque annis Heraclii Perſæ Aſiaticas prouincias.

Quarto ab Heraclio vſque ad Tartaricos Reges, ideſt ab anno 630. vſque ad 1260. in Oriente fuerunt hæretici Imperatores Heraclius ſupremis annis, & huuc ſecuti Conſtans, Iuſtinianus ii. quamuis hic reſipuerit, & Philippicus Bardanes monothelitæ. Poſt hos Leo Iſauricus, Conſtantinus Copronymus, Leo Copronymus Iconomachi, Nicephorus generalis Manicheus, Leo Armenus, Michael Balbus, Theophiluſque Iconomachi. Quibus Imperantibus Mahometani totum pene Orientem, B cum magna Africæ parte, Hiſpaniamque occuparunt.

Poſtremo à Tartaricis Regibus poſt annum ſcilicet milleſimum, & tercenteſimũ, vſque ad annum milleſimũ, & quingenteſimum, Turcæ præter Aſiaticas Terras, Aegyptum, Lybię maximam partem, Mauritaniæ nonnulla loca, quæ iam Mahumetani detinebant, occuparunt, Græciam, Illyrium, Myſiam, Pannoniarumque, & Dalmatiæ plurima loca. Denique hoc ipſo noſtro ſæculo abominandæ hęreſes ex Inferis enatæ, Septentrionis maximam partem alienarunt ab obedientia Pontificis Romani.

Sicut autem Populi, qui ſunt amplexati ipſius religionẽ ab an C no tercentenſimo, ac ſexto, quo Cõſtantinus Romam cœpit, vſque ad ætatem noſtram ſunt aucti omni temporalium bonorum felicitate, vt patet e ſigno de catholicorum decenti felicitate nonageſimo tertio, cultu deſertorũ locorum octuageſimo octauo, felici exitu Regum catholicorum octuageſimo nono, & pace ſumma nonageſimo. Sic quæcunque gentes à Pontificis Romani auctoritate deſciuerunt ad interitum properantes ab omni bonorum temporalium felicitate, quod videmus, ac lugemus in Græcia, miſerrime exciderunt, vt aperuimus vigeſimo tertio, & quarto de ſignis Eccleſiæ, quod nos ſigillatim percurrentes omnia regna, ac tempora mox infra clariſsime explicabimus, vt euidentiſſimum fiat a recta religione oriri illam, repudiataque hac intermori, ſicuti nunc oſtendimus, nunquam tam lata Imperia, ac regna in vnam fidem, Pontificiſque vnius obedientiam, & doctrinam conueniſſe, vt appareat illud oracu- D
Pſal. 47. lum verum. Reges terræ congregati ſunt, cõuenerunt in vnum,
Pſal. 101. &, in conueniendo populos in vnũ & Reges, vt ſeruiant Domino, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei; Contra autem ad Eccleſiam dictum de inimicis eius, gens,

A gens,& regnum quod non ſeruierit tibi peribit,& gentes ſolitu dine vaſtabuntur. Neque vero quemquam moueat, quod Mahometani teneant, Aſiæ, Africæ,& Europæ magnam partem. Africæ enim per Aethiophicos,& Hiſpanicos; Europæ autem per alios multo maiorem catholici poſſident. Aſiæ porro non tenent illi decimam partem. Nam reliquas Indi hebent à Mahomete alieni. Nihil porrò habent in occidentalibus Indiis, & Inſulis, quas Oceanus circumfluit, quæ tertiam ſine dubio partem terrarum conficiunt. Sed & qui Mahometem colunt non conueniunt in vnam doctrinam. Verum diuerſis Pontificibus parent, inter ſe diſſentientibus, vt apparet è ſcriptis Ioan B nis Leonis. Neque eſt vllus ex ipſis, cui tot, ac tanti Reges, Imperatores, ac Populi, tanta animi demiſsione, reuerentiaque,& obedientia obtemperent, vti catholicorum tot, ac tanti Romano Pontifici, ſubiectiſque ipſi Epiſcopis tanta cum poteſtate, & auctoritate obedierunt, quod apparet e ſigno octuageſimo ſexto de Regum ſumma reuerentia,& ſeptuageſimo quinto,& ſexto de preſtantia,& admiranda progreſsione ſacræ poteſtatis. *Iſa.c.60.*

Denique omnes, qui noſtram religionem non ſequuntur, aliquo temporalium bonorum maximo carent, vt infra hinc inde C ſingulorum collatione facta aperietur, cum noſtris omnia pateant, atque expoſita habeantur, ita vt participare poſsint Imperia ſuprema, quale eſt Pontificium, cui parent alia, quale eſt Epiſcoporum, quorum multi Reges,& Imperatores eligunt, iiſque leges, ac Iura conſtituere, ac præſcribere poſſunt, ac ſolent. Quod ſi de vno vnius Principatu prophano agatur, illud eſt etiam certum nulli Populo tam lata, ac tam diuturna ſimul Imperia in vnius poteſtatem Principis redacta vnquam fuiſſe, vt Catholico. Quod apparet ex iis quæ late diſſeruimus capite quinto,& ſexto de robore bellico agentes de Imperio Romano, quan D diu continuit Occidentē, & Orientem, de Orientali ſeparato, & de Occidētali, Gallicano, Germanico, Tartarico, Luſitanico Caſtellano, ac duobus hiſce coniunctis, quæ nunc moderatur catholicæ religionis gloria florens Philippus Secundus, qui tenet Imperium omnium, quæ memorentur ex omni æuo latiſsime patens, Idemque Pontificiæ Religioni maxime parens.

Teſtimo-

Teſtimonio S. Auguſtini comprobatur, malis plerumque tem- A
poralia mala, bonis autem bona contingere, ac Sancti
Thomæ bonis dari bona vtilia ad virtutes.
Cap. IX.

S.Aug.l.20. c.2.de Ciui. Dei.

NOn igitur male S. Auguſtinus eſt locutus, cum dixit bona temporalia plerumque ipſis bonis contingere, non malis, Audiamus eum loquentem, & quomodo intelligenda ſunt quæ dicit exponamus. Nunc autem, & mala æquo animo ferre diſcimus, quæ patiun- B
tur, & boni, & bona non magni pendere, quæ adipiſcuntur, & mali. Ac per hoc etiam in his rebus, in quibus non apparet diuina iuſtitia, ſalutaris eſt diuina Doctrina. Et mox: Nunc vero, quando non ſolum in malo ſunt mali, & boni, quod videtur iniuſtum: verum etiam plerumque, & malis mala eueniunt, & bonis bona proueniunt, magis inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Hæc Sāctus: aperte aſſerens malis mala temporalia plerumque euenire, bonis autem bona. Si fiat collatio ſcilicet eorum, qui ſunt eiuſdem con-
dicionis, vt ſerui cum ſeruo, pauperis cum paupere, Regis cum C
Rege, ac denique infimi cum infimo, ac ſummi cum ſummo, vt capite vltimo libri primi diſtinximus. Comparatio nanque eſt inter pares. Enim vero falluntur homines in huiuſmodi rebus. cum plures ſint vitioſi, quam boni: iccirco plerumque malis cōtingere bona temporalia multi exiſtimant, neque vident plures etiam malos eſſe pauperiores, atque in numero æquali, vel pro ratione multitudinis bonos quoad temporalia ſemper eſſe feliciores. Verbi gratia ſint centum ſenatores, ex iis decem boni ſint, vt hi dicantur alios bonis temporalibus ſuperare, ſatis erit
ſi non à nonaginta reliquis, quamuis ab octuaginta ſuperentur, D
ipſorum namque vnus eſt pro nouem ex illis, ac niſi ſit pauperior ſingulis iſtorum, cœtui bonorum victoriā adiudicabit. Ideoque ſi è malis ſumantur pauperiores, ac ſimiliter boni: ex illis pro numero vtriuſque cœtus, longe plures erunt inopes, quam ex his. Vt ſi tertia pars iuſtorum tēporalibus bonis egeant, multo maior malorum egebit, veluti dimidiā, aut etiam ſeſquimidia. Eodem modo, ſi vnus è probis adeo bonis tēporalibus abundet, vt quemlibet prauorum vincat, vniuerſitas iuſtorum palmam feret.

Deci-

A Decipimur nimirum, quod reſpicimus nõ omnes malos, ſed aliquos duntaxat in tanta ipſorum turba, oculoſque coniicimus in temporalium copiam, quam cupimus, non in omnes improbos qui nudi ſunt. Quod ſi hoc S. Auguſtinus ſenſit, nemo non dicet ipſum nihil aberraſſe a veritate. An etiam voluit ſibi illud? malis eſſe aliquando diuitias, verum non hæ tantum conficiunt temporalium felicitatem, nam pluris æſtimantur veri amici, au ctoritas in negociis explicandis, prudentia, fauores, dignitates, ac ſex illa, de quibus eſt dictum libro primo, quæ bonitatem con ſequi ſolent. mittimus vires corporis, quas debilitat vitioſitas, B virtus autem confirmat. Quamobrem, licet vna parte temporalium flagitioſus videatur beatus, longe pluribus eorundẽ miſer eſt iudicãdus. Nunquid illud etiam ſignificauit, omnibus ſceleſtis temporalia bona eſſe fugaciſſima, vt ſupra experimentis quotidianis manifeſtum facimus, probis autem maxime diuturna, itaut nihili ſint illa, ſi comparentur iſtis, vt vrceus aquæ reputatur nullus, ſi conferatur fonti perenni quamuis paruulo. Igitur hæc omnia reſpexit S. Auguſtinus, ac vere definiuit, bona temporalia plerumque diſtribui bonis, malis autem mala. Audiamus poſt ipſum quid aſſerat S. Thomas, qui ſolitus eſt C omnia reuocare ad trutinam. Sic igitur ille articulo vltimo quæſtione vltima prima parte ſecundæ. Illud quod ſub merito cadit eſt præmium, vel merces, quod habet rationem alicuius boni. Bonum autem hominis eſt duplex, vnum ſimpliciter, aliud ſecundum quid. Bonum hominis ſimpliciter eſt vltimus finis eius ſecundum illud pſalmi ſeptuageſimi ſecundi, Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, & per conſequens omnia illa, quæ ordinantur, vt ducentia ad hunc finem, & talia ſimpliciter cadunt ſub merito. Bonum autem ſecundum quid, & non ſimpliciter hominis eſt, quod eſt bonum ei, vt nunc, vel D quod ei eſt ſecundum quid bonum, & huiuſmodi non cadunt ſub merito ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Secundum hoc ergo dicendum eſt, quod ſi temporalia bona conſiderentur prout ſunt vtilia ad opera virtutum, quibus perducimur in vitam æternam, ſecundum hoc directe, & ſimpliciter cadunt ſub merito. Sicut & augumentum gratiæ, & omnia illa, quibus homo adiuuatur ad perueniendum in beatitudinem poſt primam gratiam. Tantum enim dat Deus viris iuſtis de bonis temporalibus, & etiam de malis, quantum eis expedit ad perueniendum ad vitam æternam, & in tantum

ſunt

ſunt ſimpliciter bona huiuſmodi temporalia, vnde dicitur in A
pſalmo trigeſimotertio. Timentes autem dominum non minuentur omni bono, & alibi, non vidi iuſtum derelictum pſalmo trigeſimo ſexto. Hæc ſanctus, aſſerens dari bonis temporalia, non modo quatenus neceſſaria ſunt, ſed etiam quatenus vtilia ſunt. Quædam eſſe neceſſaria conſtat, ſimiliter vtilia, vt ſupra oſtendimus ratione, experimentis, auctoritatibus. non aderunt itaque iuſtis bona ſuperuacanea, non enim patitur hoc virtus, vt aliquid ſit ocioſum, & inutile, cum perducat omnia ad Deum, qui ſemper operatur, ſed commoda ad virtutum functiones haud deerunt. Si quando autem negentur ob hominum B
peruerſitatem, vti Chriſto, Apoſtolis, ac Sanctis ſæpe hominibus denegata ſunt, ac denegantur adhuc, Deus ipſe aliunde ſubminiſtrat eis etiamnum viuentibus abundè alia temporalia, velint nolint iniqui, quod ſupra dicebamus, ac fuſius explicauimus libro primo. Hinc illud verè dictum. Beatus vir, qui, poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecuniæ theſauris, quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua. Ita diuinus ſcriptor, vt ſciamus temporalium felicitatem non oriri, niſi ab ipſa pietate, ac virtute, ac ſine hac illorum copiam diu ſtare non poſſe. Quod vitioſi ſit omnia di- C
ſperdere, atque ob id bona temporalia plerumque ipſis bonis contingere, malis autem mala, ſi neque initia, neque imaginem rerum primam cōſideremus, ſed intueamur progreſſus, exitus, atque ipſam rerum naturam, & quota pars malorum quoad temporalia ſit felix, aut infelix, & quota bonorum, & qui ad ſummum perueniant, vel fælicitatis, vel infelicitatis.

Vniuerſalia concilia multis in locis teſtantur bonorum temporalia felicitatem dari à Deo Regibus, ac Regnis ob rectæ religionis cultum. Cap. X. D

QVamobrem clamant omnia propè Concilia collecta ex vniuerſo Orbe felicitatem temporalium bonorum naſci a pietate, ac rectæ religionis cultu. Audiamus eorum teſtimonia.

Concilium Chalcedonenſe Epiſcoporum ſexcentorum triginta, multas continet Epiſtolas ad Imperatorem Leonem ſcriptas ab omnium prouinciarum

A ciarum Epiſcopus,in quibus aſſeritur Imperium Romanum ſtare per fidem Catholicam, ac per eam ſuperari hoſtes omnes: nam ſic Epiſcopi Phœniciæ. His bene diſpoſitis,manus hoſtium vertitur in timorem,&,qui pridem imprudenter reſiſtere didicerant, propter veſtræ fidei magnitudinem confuſi venient ad ruinam. Imitatores enim eorum principum conſtituti, qui iuſtitia,& æquitate claruerunt, facillime rebus præſentibus præualebitis. & Epiſcopi Meſopotamiæ. Hæc cnm ſacerdotibus Chriſti pietas veſtra tenens, atqne confirmans in pace Imperii gubernacula moderabitur.& Iulianus Epiſcopus Coenſis. Mar-
B tianus,inquit,amoris diuini diademate coronatur ſpiritualem quoque ſuſcipiens veritatem feſtinauit Apoſtolorum dogmata cõfirmari a præſulibus Eccleſiæ deſiderio fidei accenſus orthodoxæ, quæ cum veſtra pietas imitatur, & victoriam contra barbaros adipiſcitur, & veritatis quoque deſtruit inimicos.

Sexta ſynodus vniuerſalis habita Agathone ſedente à centum quinquaginta Epiſcopis ſic actione iv.in fine ad Imperatorem Conſtantinum iv.Rex & Propheta Dauid ad Deum loquitur, Zelus domus tuæ, inquiens, comedit me. Vnde pro tali Deo placito Zelo collaudatus, illam beatam vocem audire à
C creatore omnium meruit, Inueni Dauid ſecundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. cui & in pſalmis pollicetur, Inueni Dauid ſeruum meum,oleo ſancto meo vnxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum, vt, cuius cauſam conflagranti ſtudio elaborat Chriſtianæ Clementiæ veſtrę piiſſimus principatus efficere, remunerationis gratia omnes actus fortiſsimi eorum Imperii felices, & proſperos faciat,qui in ſuis ſacris Euãgeliis repromittit,inquiens, Quærite primum regnum Dei,& hæc omnia adiicientur vobis.

Septimum Concilium generale tercentum quinquaginta
D Epiſcorũ ad Conſtantinum,& Ioannem Imperatorem,qui illud colligi ſtuduerant,ita ſcribit. Saluator omnium Deus,& qui nobiſcum regnat Eccleſiæ ſuæ pacem pro præmio ſuo tribuat, veſtrũ autem Imperium cum Senatu,& ducibus, & fideliſsimo militum exercitu in multos annos conſeruet, & victoriam vobis concedat.ipſe enim dixit. Viuo ego,dicit Dominus,glorificantes me glorifico,ipſe eſt,qui accingens vos potẽtia omnem hoſtilem impreſsionem à vobis auferet, obedientiam autem apud omnes conciliabit. Ita Concilium volens pro præmio ſtabilitæ fidei Catholicæ dari Imperatoribus vitam longæ-

uam, victorias, obedientiam populorum. A

Concilium Romanum Martino i. præſidente ad Imperatorem Conſtantinum: Solet enim vna cum Orthodoxa fide ſtatus Reip. florere, ac veſtræ poteſtati merito hoſtes ſubiugabit Dominus a veſtra ſerenitate recte creditus ad vindictã inimicorũ creaturam armans. Induet enim lorica iuſtitiæ pietatem veſtram, galeaque muniet iudicio vero, ac ſimulationis experte, & clypeum præbebit inexpugnabilem religionem ad ſubiiciendum pedibus eius Barbaras omnes gentes, quæ bella volunt.

Concilium Pariſienſe Ludouico, & Lothario imperantibus B habitum in proœmio, & toto libro ſecundo late oſtendit, à Catholicæ religionis obſeruantia pendere omnia bona temporalia, & regnum.

Concilium Toletanum tempore Theodori Papæ i. regnante Siſenãdo anno 643. ſic ait: Multa regna terrarum cæleſtis iracundia ita permutauit, vt pro impietate fidei, & morum alterum ab altero ſolueretur. Vnde & vos cauere oportet caſum huiuſmodi gentium, ne ſimiliter plaga feriamur præcipiti, & pæna puniamur crudeli. Hæc illud Conciliũ, ſeptuaginta annis antequam Saraceni occuparent Hiſpanias regnantibus Vitiza, & Roderico impiis pronuncians futuram ruinam. C

Concilium Aquiſgranenſe collectum Ludouico I. imperante anno 833. Magis, inquit, Chriſtianum regitur ac propagatur imperium, dum Eccleſiaſtico ſtatui per omnem terram conſulitur, quam cum in parte quacunque terrarum pro temporali ſecuritate pugnatur.

Concilium Meldenſe habitum Carolo Iuniore Francorum Rege anno 845. enumerat quatuor Concilia, quæ regibus prædixerant futurum, vt maximæ à Deo clades immitterentur in omnem temporalem ſtatum, niſi curarent, vt ſtatus Eccleſiaſticus religioque conculcata defenderetur, ac ſubleuaretur. D Eamdem prædictionem repetit Concilium, & adeſſe oſtendit.

Epiſcopi Hiſpaniarum quoties vngebant Reges, ſic ad illos poſt multa, vt habetur in tomo Conciliorum Toletanorum nuper excuſo. liber quoque Iob ore Domini ſacratus de hoc ipſo teſtis eſt, maxime de Regibus dicens, Nõ aufert à iuſto oculos, & Reges in ſolio collocat in perpetuum, & illuc eriguntur. releuat quoque aurem eorum, vt corripiat, & loquitur, vt reuertantur

A tantur ab iniquitate, ſi audierint,& obſeruauerint, complebũt
dies ſuos in bono,& annos ſuos in gloria: ſi vero non audierint,
tranſibunt per gladium,& ſtultitia cõſumẽtur. & in fine: O quã
beata eſt vita Regum iuſtorum, quæ & hic temporalibus rebus
fulta niteſcit,& in æternum cum Angelis immortaliter requie
ſcit. hic terrenis nutritur deliciis, illic gloria veſtitur decoris,
hic populorum conſtipatur cateruis, illic choris comitatur An
gelicis, hic hominum multitudine lætatur, illic cum Angelo-
lorum choro lætatur. Hæc illi conſtituentes temporalem feli-
citatem Regum, Regniq. in ipſa iuſtitia, ſiue obſeruantia per-
B fecta Catholicæ religionis.

Teſtimonia ſanctorum Eccleſiæ Doctorum. Cap. XI.

SAnctus Ambroſius ep. 30. ſic inducit Va-
lentinianum præſentem loquentem cum
Valẽtiniano filio: De me peſsime iudicaſti,
ſi mihi ſuperſtitio aliena non fides mea ſer-
uauit imperium. Hæc ille, volens Imperium
Romanum ſeruatum per fidem Catholi-
C cam.

Idem ep. 31. ad Valentinianum teſtatur aperte propter fidei
conſtãtiam, qua multi Martyres occiſi ſunt, datum Chriſtianis
Imperium Romanum, ſic inquiens de illo, Nunquam nobis am-
plius contulerunt (gentiles) quam cum verberari Chriſtianos
atq; proſcribi, ac necari iuberent, præmium fecit religio, quod
perfidia putabat eſſe ſupplicium. & mox: Hæc eſt caritas expe-
ctanda: hæc eſt caritas maior imperio, ſi fides tuta ſit, quę ſeruat
imperium.

Sanctus Hieronymus in Epitaphio Nepotiani Noſtris pecca
D tis barbari fortes ſunt, noſtris vitijs Romanus ſuperatur exer-
citus. Infelices nos, qui tantum diſplicemus Deo, vt per ma-
nus barbarorum illius in nos ira deſæuiat. Ezechias egit pæni-
tentiam, & centum octuaginta quinque millia vna nocte ab vno
Angelo deleta ſunt. Ioſaphat laudes Domini continebat, & Do-
minus pro laudante ſuperabat, Moyſes contra Amalech non gla
dio, ſed oratione pugnauit. Non intelligimus prophetarum vo-
ces, fugiunt mille vno perſequente, nec amputamus cauſas mor
bi, vt morbus auferatur.

Sanctus Auguſtinus lib. 22. c. 38. de Ciuitate Dei affirmat im-

perium Romanum datum Eccleſiæ Chriſti Dei ſponſæ, quod A
Reges, & Imperatores eam conati ſint violare, fidem catholicam contendentes euertere. Regnũ, inquit, terrenum ſæculi huius, cuius figuram Reges gerunt, qui ſacra polluere permiſſi nō ſunt, non expertum eſt, nec inuenit Eccleſiam eſſe coniugem Chriſti, niſi cū eam violare tentauit, ac propterea correctū eſt in poſterioribus Regibus, ac eam honorauit munere, quam corruptionis ſuæ ſubdere in prioribus non eualuit.

Idem lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 25. affirmat Conſtantinum fuiſſe omnium Imperatorū feliciſſimum, quod Chriſtianam religionem coluerit. Bonus Deus, inquit, ne homines, qui eum crederent propter æternam vitam colendum, has ſublimitates, & B
Regna terrena exiſtimarent poſſe neminem conſequi, niſi Dæmonibus ſupplicarent, quod hi ſpiritus in talibus multum valerent, Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantem Dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet. Cui etiam condere ciuitatem Romani imperio ſociam velut ipſius Romæ filiam, ſed ſine aliquo Dęmonum templo, ſimulacroque conceſſit, diu imperauit, vniuerſum orbem Romanum vnus Auguſtus tenuit, & defendit, in adminiſtrandis, & gerendis bellis victorioſiſſimus fuit, in Tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt, C
grandæuus ægritudine, & ſenectute defunctus eſt, filios imperantes reliquit.

Idem explicans Prou. 21. Si cor Regis in manu Dei eſt, non ſeruatur armorum robore, ſed diuino adminiculo, & ductu; eſt autem in Dei manu non quiuis, ſed hoc Regis nomine dignus.

Idem lib. 5. cap. 25. de Ciuitate Dei dicit vnum Deum colendum, quod ipſe ſit felicitatis dator.

Sanctus Gregorius Theodorico Francorū Regi, Studete eſſe ſolliciti, vt per hoc quod Dei noſtri inimicis fideliter repugnatis, & hic feliciter ipſius protectione regnetis. Rurſus ad eũdē: D
Regno vero per omnia proficit, ſi, quod cōtra Deum in illis partibus geritur, emendatione veſtræ Excellentiæ corrigatur. & ad Brunechildim Reginam. In terrenis etenim rebus ſemper cauſa damni eſt origo peccati. Vos igitur, ſi eminere aduerſantibus gentibus vultis, ſi earum auctore Deo victrices exiſtere deſideratis, eiuſdem omnipotentis Domini cum timore præcepta ſuſcipite, vt ipſe pro vobis contra aduerſarios veſtros pugnare dignetur, qui per ſacrum eloquium pollicitus eſt dicens,

A dominus pugnabit pro nobis, & vos tacebitis: & ad eandem: Cum ſcriptum ſit, Iuſtitia eleuat gentem, miſeros autē facit populos peccatum, tunc regnum ſtabiliri creditur, cum culpa, quę cognoſcitur, citius emendatur.

Idem ad Mauritium Imperatorem, Tūc magis dominorum (Imperator) exercitus contra hoſtes creſcit, quanto Dei exercitus ad orationem creuerit.

Hucuſque quatuor Sancti doctores Latini. Sequuntur Græci.

Sanctus Athanaſius in Apologia ad Imperatorem Conſtantium: Veritas, inquit, in Concilio adſit, quæ regum, & in primis

B Chriſtianorum tutela eſt, per eam vos regna adminiſtrare tutiſſimum eſt, cum dicat ſacra Scriptura, Miſericordia, & veritas Regi pro cuſtodia eſt.

Idem ad Iouinianum Imperatorē: Decet deo, inquit, amabilem Principem diſcendi habere voluntatem, deſideriumq. cæleſtium. ſic enim vere, & cor habens in manu dei, & imperium cum pace multis annorum curriculis gubernabis. Hæc Sanctus. At Iouinianus breui regnauit, octo ſcilicet menſibus? Ita ſane. verum multo breuius plurimi alienorum à nobis, vt Gal-

C ba menſibus ſeptem, Otho tribus, Pertinax diebus octuaginta duobus, vt alios omittamus. In omnibus vero his, quæ diſſerimus, quod plerumque accidit, illud eſt ſpectandum. Nam vere Ariſtoteles, Illud eſt à natura, quod aut ſemper, aut plerumque euenit.

Sanctus Gregorius Nazianzenus oratione prima in Iulianū, Cum Chriſtianorum, ait, rebus Romanorum (ideſt Imperii Romani) res ſimul increuerunt, ſimulque cum aduentu Chriſti imperium ingreſſum eſt.

Idem in eadem oratione: Salutifera doctrina (Chriſti) longe

D lateque fuſa, ac circa nos maxime vigente religionem Chriſtianam inuertere ac labefactare conari, nihil aliud fuerit, quam Romanorum Imperium conuellere, omnibuſque Reip. partibus periclitari, eaque, quibus ne hoſtes quidem grauius quidquam nobis imprecari poſſint, à nobiſmetipſis accipere.

Idem orat. 2. alloquens Imperatorem Iulianum, inquit: Futurum quoque tempus, mihi crede, ſuſcipiet te, tuaque ſcelera, proſcindentem, ceteroſque omnes erudientem, & admonentē, ne eadem audacia aduerſus deum efferantur, ne alioquin eadem crimina iiſdem quoque pœnis mulctentur.

Sanctus

Sanctus Ioannes Chryſoſtomus hom. in verba Iſaiæ, Vidi Dominum: Haud rite ſe habent Principũ negotia. de his plerunq; loquimur. ingẽs periculũ. quid autẽ in cauſa eſt? eorũ, inquiunt, qui principatum gerunt, incogitantia. non eſt principum Incogitantia, ſed noſtra iniuſtitia pœna eſt pro noſtris ſceleribus exacta. illa nihil non ſurſum deorſum miſcuerunt, illa quidquid eſt calamitatum inuexerunt, illa armarunt hoſtes, illa fuerunt, vt victi deſcenderemus, non aliunde malorum examen inundauit, quam ex hac cauſa. Hæc ille, tota homilia late rem explicans. A B

Teſtimonia aliorum Sanctorum. *Cap. XII.*

HVcuſque antiqui Doctores. Addamus his, quos poſtremo addidere Pontifices Summi.

Sanctus Bonauentura introductione ſpeciali Dominicæ primæ poſt pentecoſtem, portæ abiegnæ in templo magnates ſunt, atque potentes in Eccleſia Dei, hi autem poſtibus nituntur oliuarum, quia niſi pietatis operibus fulciantur, cadant neceſſe eſt. & mox: Mathatias Dauidici C regni perpetuitatem aſſignat miſericordiæ dicens, Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſæcula. & Iſaias, Idem regnum ob miſericordiam aſſerit ſtabiliendum, & deinde: coniungit vero miſericordiam cum ſcientia Dei, quia dilectio proximi, & cognitio dei ſimul currunt.

Sanctus Thomas libro de eruditione Principum cap. 2. Fides in bello corporali, & ſpirituali triumphare facit hominem, etiam dæmonas vincens. Heb. xi. Fide muri Hierico corruerũt fides à Deo fortitudinem recipit. 2. par. 16. Præbet fortitudinẽ his, qui perfecto corde credunt in eum. ibi. 20. Credite in Domi D num Deum veſtrum, & ſecuri eritis. & mox: Sicut fides in bello corporali facit triũphare iuxta illud Ioſu. 1. Confortare, & eſto robuſtus, noli metuere, & noli timere, quia tecum eſt Dominus Deus tuus, ſic defectus fidei facit hominem vinci, iuxta illud Eccl. 2. væ diſſolutis corde, quia non credunt Deo, & ideo non proteguntur ab eo.

Idem lib. 4. c. 8. In mundo iſto punit Deus raptores multipliciter, paupertate, ſterilitate, mortis acceleratione, & quod gladio moriuntur filii, & eorum mendici fiunt, & gladio pereunt.

Hæc

A Hæc ille qui deinde hæc multis probat.

Sanctus Cyrillus lib. de recta in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fide ad Imperatorem Theodoſiũ: Præclari, inquit, imperii veſtri ſummum præſidium eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Nam per illũ reges regnant, & potentes ſcribunt iuſtitiã, ſicut ſcriptum eſt, eſtque illius potentiſſima voluntas; ſoluſque modus boni operis impletio. diſtribuit autem prompte diligentibus ſe omnia quæque admirabilia, & laudabilia, atque eximia. Ad hæc, quæ diximus, demõſtranda ſufficiũt vel ea, quæ veſtræ maieſtatis donata ſunt, & ad huc danda, vt credimus. Quod B autẽ glorioſa in Deũ pietas Regiis honoribus immobile ſit fundamentum, etiam ex ipſa ſancta, diuinaq. Scriptura docere attentabo, idque quãta fieri poteſt breuitate. Nam plurimi olim fuere, qui Iudæorum terræ præfuerunt, & regni illius gloriam rexere, ſed qui ex illis impii reuerentiam in Deum nihili faciebant, & legem iudicij adminiſtratricem contemnebant, ſibique in amore ſui indulgebant, plurimum miſeri, & mali male perierũt. grauiſſimum enim eſt offendere Deum, & offendendum illum, vel in illo ab æquo deficere. qui vero ex illis pietatis in Deum cultores erant, & fideliter, quæ illi placent, obſeruabant, C ſine labore vincebant inimicos, & aduerſariis præualebant. Hæc ſanctus, qui pluribus deinde exemplis ea probat.

Sanctus Hilarius in pſal. 137. Eliſeus abſolutiſsime docuit. humanas infirmitates Angelorum auxiliis defendi, & in omnibus periculis, ſi fides maneat, in nobis adeſſe ſpiritualium virtutum defenſionem.

Sanctus Bernardus ad Ludouicum Francorum Regem: Dico vobis, inquit, non erit Deo inultũ, ſi hęc ita facere pergitis, & ideo Domine mi Rex amicabiliter moneo vos, & fideliter conſulo vobis, vt citius ab hac malitia deſiſtatis, ſi forte iam D ferire parantis manum Niniuitę Regis exemplo pænitentia, & humilitate præuenire poſsitis. Rurſus ad eundem, Regna terræ, & iura regnorum tum ſana ſuis Dominis, atque illæſa perſiſtunt, ſi diuinis ordinationibus, & diſpoſitionibus non reſiſtunt.

SAnctus Leo I.ad Imperatorem Theodoſium: Quid enim rebus,ait, humanis ad exorãdam miſericordiam Dei efficacius ſuffragetur, quam ſi vna gratiarum actio, & vnius cõfeſſio Maeſtatis eius ab omnibus offeratur.

Idem ad eundem: Obſecramus,corã vnius Deitatis inſeparabili Trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipſa ſit veſtri cuſtos,& auctor imperii,& corã Sanctis Angelis Chriſti, vt omnia in eo ſtatu eſſe iubeatis, in B quo fuerunt.Et mox:Cum enim Eccleſiæ cauſas,tum veſtri regni agamus,& ſalutis,vt prouinciarum veſtrarum Chriſti dextera defendat imperium. Eadem repetit multis aliis Epiſtolis ad eundem Imperatorem, & ad Pulcheriam Auguſtam.

Idem ad Martianum Imperatorum: Profectus charitatis, & fidei vtrorũque armorum inſuperabilem facit,vt propitiato per vnam confeſsionem Deo ſimul, & hæretica falſitas, & barbara deſtruatur hoſtilitas. Ita Sanctus Leo. Quam vero feliciter imperarint Theodoſius,ac Martianus, qui volet cognoſcere,legat Sozomeni, ac Theodoreti hiſtorias, ac videbit Leonem oracula fudiſſe. C

Sanctus Ioannes Papa ad Iuſtinianum Imperatorem. Quamobrem glorioſis Principum votis omnibus exorabitur diuina prouidentia,vt pietatem veſtram in hoc ardore fidei, in hac deuotione mentis, hoc integro religionis ſtudio, ſine defectu ſui,in longiora tẽpora conſeruet.hoc enim,& ſanctis credimus Eccleſiis expedire. ſcriptũ eſt enim:Labiis regit Rex.& iterũ: Cor Regis in manu Dei eſt,& vbi voluerit inclinabit illud.hoc eſt enim,quod verum firmat Imperium,hoc,quod veſtra regna conſeruat. Nam pax Eccleſiæ,religionis vnitas,auctorem facti D in ſublime prouectum grata ſibi tranquillitate cuſtodit: neque enim pauca ei viciſsitudo a potentia diuina tribuitur, per quẽ nullis rugis Eccleſia diuina ſecernitur, nullis inſertis maculis variatur ſcriptum eſt enim, quia cum Rex iuſtus ſederit ſupra ſedem,non aduerſabitur ei quidquam malignum.

l. inter claras. C. de ſum. Trin.

Sanctus Symmachus ad Anaſtaſium Imperat.hæreticum,qui fulmine perculſus interiit, prædicens illi huiuſmodi euentum. Nos autẽ humani generis conſcientiam conteſtati,qua poſſumus voce nullatenus reſtamus omnipotentemDeum ſuis euentis

A tis minime defuturum, & quantacunque ſit humana præ imperio, quantacunque potentia, ſub diuino nutu huius atrocitatis cenſuram ſine dubitatione vindicandam. Nam tale auſum neque hic confidimus euaſurũ, & in illo magno Dei iudicio recepturum, quod iis temeritatibus diuina retributione debetur. Hæc nos nequaquã tacuiſſe, ſufficiat, & cum ſuperna fuerit vltio ſubſecuta, & vera nos protuliſſe conſideratio humana cognoſcat, & pœnam non inaniter pronunciaſſe venturam, & propoſuiſſe præmonitionis formam, qua huiuſmodi præcipitiis de cętero temperetur.

B Sanctus Cæleſtinus papa ad Auguſtum Theodoſium. Maior vobis fidei cauſa debet eſſe, quam Regni: ampliuſque pro pace Eccleſiarũ clementia veſtra debet eſſe ſolicita, quam pro omnium ſecuritate terrarum. Subſequuntur enim omnia proſpera, ſi primitus, quæ Deo ſanctiora, ſeruentur. Abraham fide floruit, omnemque orbem gloria ſuæ proſperitatis impleuit. Moyſes populi liberator, zelum Domini contra eos, ſi quos à Dei cultu receſſiſſe probaret, armauit. Dauid Regem ſua pręcępta ſeruantem in regno, vt ille inimicos ſuos ſubderet, Dominus cuſtodiuit. His rogo exemplorum vallati præſidio, fide,

C obſeruatione, virtute vniuerſalis Eccleſiæ in Deum noſtrum piiſſimum cultum, ne ſibi aliquid diſſenſio vindicet, cuſtodite. Pro veſtri enim Imperii ſalute geritur, quicquid pro quiete Eccleſiæ, vel ſanctæ religionis reuerentia laboratur.

Sanctus Simplicius ad Zenonem Auguſtum antequam rueret in apertam hæreſim: Abſit, vt temporibus veſtris diuini cultus integritas & antiquitas roborata fidei catholicæ putetur interpellanda ſinceritas. Atque, ut hæc proſpera valeant permanere, propitiandum eſſe cenſete autorem muneris, non lædendum.

D Idem eidem, cum de recepto gratulatur Imperio, atq; expulſo hæretico Baſiliſco, qui illud inuaſerat, Reſpicite, quæſo, Auguſtæ memoriæ Martiani, atque Leonis omni mũdo conſpicuã Catholica deuotione conſtantiam, & ſalubri conſideratione, perpendite, cum in eodem loco ſtare nequiuerint, qui ab eorũ rectitudine dęuiarint, ſucceſſorem Regiæ poteſtatis legitimũ, ac diuinitus attributũ eum fore ſine dubio, qui illorũ fidei fuerit imitator. & mox: Ipſa eſt quippe, ſicut experti eſtis, Catholica fides, quæ potentes de ſede læſa depoſuit (Conſtantium, Iulianum, Valentem, Anaſtaſium, Baſiliſcum) & exaltando hu-

miles cuſtodita ſeruauit, Valentinianum, Theodoſium, cum A
poſteris, Martianum, Leonem. quare ſatis agendum eſt pietati
tuæ, vt qui huius autor eſt doni, ſit ipſe etiam propagator.

Idem inducens Eccleſiam loquentem, cum iam Zeno ſe hæreticis fauere aliquo modo proderet, Ego Piiſſime Imperator te de Imperio expulſum rurſus introduxi, & malignos, & inobedientes meis diuinis dogmatibus dedi pro ſepultura tua, viāque potentiæ aperui ante te, inimicos tuos percuſsi, vna cum iniquo eorum dogmate. Hæc Pontifex. Atqui non multo poſt, cum Zeno in hæreſim incidiſſet, datus eſt ipſe tanquam inobediens diuinis dogmatibus pro ſepultura aliorum. Viuus enim B
defoſſus ſuis ſe dentibus laniauit.

Sanctus Hormiſda ad Iuſtinum Imperatorem. Non eſt dubium ideo ad rerum ſummam cæleſti vos prouidentia perueniſſe, vt veſtris temporibus impacta religioni in Orientis partibus (per Anaſtaſium, & Zenonem hæreticos) aboleatur iniuria. Et mox: Vbi Deus recte colitur, aduerſitas non habebit effectum. Sic prædixit Hormiſda, atque ita fuit.

Agapetus ad Iuſtinianum Imperatorem. Hinc eſt quod vſque ad principalis coronæ faſtigia, & vltra nunc vſque proſperis veſtra tranquillitas ſucceſſibus gloriatur, nec vnquā cæleſti- C
Rom. 8. bus fraudabitur adiumentis, quia ſcriptum eſt: Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

Vigilius Papa ad Iuſtinianum Imperatorem: Docet Apoſtolus, quia ſancti per fidem vicerunt regna. qualia enim regna
Heb. 11. plus armis fidei, quā corporea fortitudine viceritis, docet immenſitas gentium ſubiectarum, quæ quanto maior aſſurgit numero, tanto myſtici ſolius perfecta operatione miraculi ſuperatur.

Vitalianus Papa ad Oſuuium Saxonum Regem: Feſtinet igitur quæſumus veſtra Celſitudo (vt optamus) totam inſulam D
ſuam Deo Chriſto dicare. habet enim profecto protectorem humani generis redemptorem D.N. Ieſum Chriſtum, qui ei cuncta proſpera impartiet, & vti nouum Chriſti populum coaceruet, Catholicam ibi, & Apoſtolicam conſtituens fidem. ſcriptum eſt enim: Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. nimirum enim querit, & impetrabit. & ei omnes ſuæ inſulæ, vt optamus, ſubdentur.

Beatus Nicolaus I. cognomento Magnus ad Imperatorem Michaelem. Petrus denique à firmitate Petræ, quæ Chriſtus eſt, ſtru-

A eſt, ſtructuram vniuerſalis Eccleſiæ inconcuſſam, & fidei robore ſolidatam ita precibus ſuis munire non ceſſat, vt errantium veſaniam rectæ fidei norma reformare feſtinet, nec non intrepide eam conſolidantes remunerare procuret.

Idem ad Cæſarẽ Bardam horrende, & cito apparebit vobis, quoniã iudicium durum his, qui preſunt, fiet. exiguo enim conceditur miſericordia. potentes autem potenter tormenta patientur. quas voces ſedulo tractans, & mente reuoluens pietas tua paueat, ò Cæſar, quoniam ſecũdum Apoſtolum horrendum eſt, incidere in manus Dei viuentis. Hæc Sanctus Bardæ impio prædixit, qui mox eſt miſerabiliter trucidatus.

B Beatus Hadrianus ad Imperatorem Baſilium: Quoniam trãquilliſsime Imperator, audiſti vocem Dei per Apoſtolicæ Sedis officium ſibi delatum, & honoraſti eximios eius Apoſtolos, & reſtituiſti Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Throno proprium paſtorem, (Ignatium) repellens adulterum, (Photium) Benedictus ſis ab omnipotenti Deo, & videas ſubiectionem inimicorum, & temporum longitudinem, ac in ſolio tuo de lumbis tuis hæredem, atque in futuro vitam perpetuam, ſi tamen ab his, quæ bene cœpiſti, non diſceſſeris. Hæc Sanctus Pontifex. atque

C Baſilius Imperator maxima felicitate eſt vſus. Mahometanis eripuit omnia, quæ cis Euphratem tenebant, Syriãque, & Phœniciam. Præterea vero nullus Imperator tot poſteros habuit Imperij ſucceſſores. quin eius poſteritas feminea non deficit, vt alibi explicauimus.

Idem Hadrianus ad Carolum Regẽ, antequam tam late extẽdiſſet imperium, in Hiſpania, Italia, Germania, Pannonia: Si veſtra, inquit, à Deo præfata Regalis excellentia erga eius ſanctã Catholicam, & Apoſtolicam Rom. Eccleſiam, & nos, vt cœpit, vſque in finem in amore, & dilectione fideliter exiſteret, *Sig. de fol. poſt. Sanct. lo. 8.*

D non ſolum eum ab omni peccati macula abluens eripiet, ſed etiã in hoc mundo ſuper omnes barbaras gentes cum ea committentes ſuffragiis ſuis victorias tribuet immenſas, inſuper & regnum cælorum ſine fine.

Ioannes viii. ad Ederedum Archiepiſcopum Anglorum: Admoneri, inquit, exhortariq. curauimus Regem veſtrum, vt tibi pro Ieſu Chriſti D. Noſtri amore, in omnibus, quæ Sanctæ Eccleſiæ ſibi commiſſa vtilia ſunt obedieris, & adiutor deuotus ſicut anteceſſores tuos piiſſimos Reges Anglorum (narrante hiſtoria) fuiſſe recolimus, adſiſtere non prætermittat, ſi

 & Re-

& regnum ſibi temporaliter conceſſum voluerit retinere ſecurum, & vitam poſtmodum regni percipere ſempiterni. A

Idem Michaeli Regi Bulgarum: Reuertimini ergo ad beatum Petrum Apoſtolorum primum, quem amaſtis, quem elegiſtis, quem quæſiſtis, cuiuſq. in neceſſitatibus patrocinium percepiſtis.

Idem Carolo Regi: Si per vos Sãcta Romana Eccleſia fuerit exaltata, atque defenſa, veſter honor, & gloria, hic & in futuro ſine dubio coram Domino multiplicata manebit.

Beatus Gregorius vii. ad Alfonſum, & Sanctium Reges Hiſpaniarum. Poſtquam veſania Priſcillianiſtarum diu pollutum, & perfidia Arianorum deprauatum, & à Romano ritu ſeparatum irruentibus prius Gothis, & demum inuadentibus Saracenis regnum Hiſpaniæ fuit, non ſolum religio eſt diminuta, verum etiam mundanæ ſunt opes ſeparatæ. B

Idem ad Philippum Regem Francorum: Attendere nobiſcum, & diligenter conſiderare volumus in quãta dilectione Sedis Apoſtolicæ, quantaque gloria, & laudibus fere per Orbem terrarum anteceſſores tui Reges clariſſimi, & famoſiſſimi habiti ſunt, dum illorum Regia Maieſtas in amplificandis, & defendendis Eccleſiis pia, ac deuota conſiſtit, in tenendo iuſtitiam libera, ac deſtricta permanſit. Poſtquam vero diuina, & humana iura ſubuertendo tanta virtus in poſterioribus cœpit hebeſcere, totius regni gloria, decus, honor, & potentia, cum peruerſis moribus immutata ſunt, & nobiliſſima fama, & ſtatus regni a culmine ſuæ Maieſtatis inclinata ſunt. Et mox: Vt igitur eorũ, quorum ſucceſſor, es in regno nobilitatis, & gloriæ apud Deum, & homines ſingularis, & indiuiduus hæres e[illegible]as, virtutem illorum ſummopere te imitari, & iuſtitiam Dei totis viribus exequendo Eccleſias quantum potes reſtaurare, & defendere exhortamur. C D

Idem ad Salamonem Hungariæ Regem, conquerens, quod illud regnum ſpectans ad Eccleſiam Romanam ſubiecerit Imperatori, & abſtulerit Apoſtolicæ Sedi: Qualiter, inquit, gratiam beati Petri, aut noſtram beneuolentiam ſperare debeas, tu ipſe, ſi iuſtitiam vis attendere, non ignoras, videlicet te non aliter eam habiturum, nec ſine Apoſtolica animaduerſione diu regnaturum, niſi ſceptrũ regni quod tenes correcto errore tuo, Apoſtolicæ non Regiæ Maieſtatis beneficium recognoſcas. Sic Sanctus menſe Octobri, & non multo poſt Salomon expulſus eſt

Mirabilis prædictio, & euentum.

A ſus eſt a Geyſa Rege, vt liquet ex Epiſtolis eiuſdem datis menſe Aprili ſequentis anni.

Hæc Gregorius Septimus, a quo deiectus eſt imperio, Henricus tertius, qui cum per aliquot annos victor extitiſſet, a filio proprio eſt omni honore, & ope ſpoliatus, ita vt ab omnibus deſertus fame quodammodo perierit, & eius corpus ſepultura caruerit.

At Gregorius, quamuis multa paſſus in Sanctorum numerum relatus, poſt obitum, ſicut viuẽs multis miraculis claruit, teſte illorum temporum ſcriptoribus Lambetro Schaſnaburgenſi, ac Petro Damiani, ſic eius corpus honorifice ſepultum

B poſt annos quingentos, eſt integrũ, illæſumq. repertũ Salerni.

Innocentius iij. ad Imperatorem Conſtantinopolitanum. Vt autem firmius, inquit, & fortius imperium tuum in huius fundamenti firmitate perſiſtat, oportet, vt Deum vniuerſis tuis affectibus anteponas, & ſponſam eius Rom. Eccleſiam.

Idem ſcribens ad Regem Portugalliæ, vt ſoluat annuum regni cẽſum Sedi Apoſtolicæ debitum. Ex quo, inquit, præter æternæ remunerationis præmium, temporaliter quoque ſibi, & regno tuo per Apoſtolicæ Sedis protectionem, & gratiam multa prouenire poterunt incrementa

C Idem Regi Hungariæ, qui Epiſcopum Vuacienſem multis iniuriis affecerat, eius bona inuaſerat, cum multas temporales pœnas ſacrilegorũ narraſſet, Sano, ait, igitur ductus conſilio per condignæ ſatisfactionis effectum tantæ præſumptionis reatum ſtudeas abolere, ne pręter canonicæ deſtrictionis rigorem, quem debes merito formidare, Deus vltionum Dominus, qui reddit retributionem ſuperbis, in te ac regnum tuum iniurias dicti Pontificis, immo ſuas potius grauiter vlciſcatur.

Teſtimonia Imperatorum, Regumque Catholicarum idem pro-

D *bantia. Cap. XIV.*

Conſtantinus Imperator oratione ad Sanctorum cœtum. Ego certe, & proſperam meam fortunam, & meas res omnes pietati acceptas refero. teſtis eſt etiam rerum omnium ex animi ſententia euentus. teſtes ſunt præclara facinora. teſtes Victoriæ contra hoſtes, & trophæa. *Euſeb. c. 22.*

Impera-

In Synodo Ephe ſina. Imperatores Cęſares Theodoſius, & Valentinianus. Cum A magnam omnium, quæ ex Rep. ſunt curã habeamus, tum vero maxime illorum, quæ ad pietatem, religionemque conſeruandam pertinere arbitramur. Per ea namque cætera quoque bona hominibus ſuppeditantur.

Iuſtinus Imperator ad Hormiſdam Papam: Tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus ſtudio pacem Catholicæ fidei, pro remuneranda celeriter pace noſtræ Reip. pro conciliando ſubiectis meis ſuperno præſidio.

Conſtantinus iv. Imperator Georgio Patriarchæ Conſtantinopolitano: Omnes Reip. noſtræ à Chriſto dilecte curas ponimus in ſequendo noſtram Chriſtianam fidem, quam & in bellis B tam noſtri, quam noſtrorũ exercituum a Deo dilectorum propugnatricem habemus.

Idem Conſtantinus omni habitanti in Occidẽte ſcribẽs: Firmamentum, inquit, ac fundamentum ſuperno nutu creditæ nobis Chriſtianiſsimæ exiſtit Reip. fides in Deo inflexibilis, & Inconcuſsibilis, in qua Chriſtus Deus noſter tanquam propriam domum ſuam conſtruxit Eccleſiam, & ſicut Rex omnium imperii noſtri ſedem conſtituit.

Act. 18. Sex. Syno. Iuſtinianus ii. ad Ioannem Papam: Magnam ſollicitudinem C nos habentes pro ſtabilitate immaculatæ Chriſtianorum fidei. dehinc namque clementiſsimum noſtrum Deum adiutorem, & ſuſceptorem noſtræ ſerenitatis eſſe confidimus aduerſus omnem inimicum Chriſto dilectæ noſtræ Reip.

Carolus Magnus ad Elipandum Toletanæ Sedis Epiſcopum, & alios Hiſpaniæ Epiſcopos, qui inciderant in hęreſim, Saracenorumque Imperio opprimebantur: Nunc vero, inquit, duplici pro vobis affligimur mærore, diabolica fraude deceptis in corde, & inimica ſeruitute oppreſsis in corpore. ſed redite, obſecro, ad vnitatem Sanctæ matris Eccleſiæ, vt vos eruat de anguſtia ſeruitutis terrenę. Et mox: Expellite vincula diabolicæ deceptionis de cordibus, quatenus Deus Chriſtus, qui ſol- D uit compeditos, excutiat catenam gentis inimicæ de manibus veſtris. Habetis nos, diuina auxiliante gratia, cooperatores gaudii noſtri, ſi vos nobiſcum Catholicæ fidei vultis eſſe Prædicatores. Certiſsimum itaque ibi erit diuinę miſerationis auxilium, vbi vna eſt totius Eccleſiæ caritas, & vna veræ fidei confeſsio.

Honorius ad Arcadium: Quis enim in facinore tam cruento Dei

A co Dei Omnipotentis non timeret offenſam? aut quo pacto extra ſummum Romani Orbis, omniumque mortalium putaret eſſe diſcrimen? cum ipſe auctor noſtri Imperii, & Reipub. quam nobis credidit Gubernator Omnipotens Deus funeſtis admodum exectabilibuſque commiſſis crederetur iraſci. Hæc ille, ob uexatum Ioannem Chryſoſtomum, ſacerdoteſque violatos.

Senatus Populuſq. Romanus ad Anaſtaſium Imperatorem: Pax illa regnorum tunc ſcitur prodeſſe ſubiectis, ſi hæc religionis cum populo ſuo proficit auctori.

B Franciſcus Galliarum Rex aiebat regnum illud tandiu ſtare poſſe, quamdiu coleretur in eo fides Catholica, iuxta formam a Pontifice Rom. Sancitam. Sic refert Doctor Nauarra conſ.xxv. lib.v. de ſententia excomm.

Teſtimonia Imperatorum, Regumque impiorum, aut Gentilium, cum ſane mentis fuerunt, idem probantia. *Cap. XV.*

C ZEno Imperator. Imperii noſtri initium conſeruationem, tum autem opus, & armaturam inexpugnabilem perſuaſum habemus eſſe ſolam rectam, & veram fidem, & deinde addit, Eccleſiam matrem Imperialium ſceptrorum eſſe, a qua Imperia defendantur. *Niceph. li.6. c.12.*

Athalaricus Victorino Epiſcopo: Fauete, ait, orationibus ſacris, noſtris libenter auſpiciis, vt rex cæleſtis humana nobis regna confirmet, gentes externas atterat, peccata abſoluat, cóſolidet, & conſeruet propitius, quod parentibus noſtris dignatus eſt præſtare glorioſus. *Lib.8. ep 8.*

Antoninus Pius ad Ciuitates Aſiæ. De terræmotibus porro, vel præteritis, vel præſentibus libet mœrorem veſtrum ad-

D monitione iuſta ſolari: quandoquidem compertum habeo vos in huiuſmodi rebus communes caſus referre ad eorum (Chriſtianorum) inuidiam. quapropter eorum magis augetur erga Deum fiducia, vobis Interim per ignorantiam, & reliquorum hominum cultum negligentibus, & ſummum illum aſpernantibus, cuius cultores odiis capitalibus perſequimini. Hæc Antoninus Pius, communes clades in Orbe Rom. aſcribens gentilium peccatis.

Antoninus Philoſophus, cum narraſſet victoriam ſe confecu-

tum

tum nobiliſsimam precibus Chriſtianorum, qui fulmina in hoſtes barbaros impetrarant, Iam nûc igitur, ait, permittimus eſſe Chriſtianos huiuſmodi hominibus, ne forte contra nos tale quodpiam telum poſtulando impetrent. Hæc iſte afferens, diuinitus puniri in hac vita inimicos Catholicæ religionis. A

Maximianus, ac Maximinus Imperatores cum poſt commotas in Catholicam Religionem perſecutiones viderent ſe plurimis modis affligi, eorum res in deterius labi, palam confeſsi ſunt, iccirco ſe temporalibus pœnis affici, quod Catholicam Religionem impeterent, ait Euſebius in vita Conſtantini. *Lib.1.c.51.* B

FINIS LIBRI SEXTI.

DE RVINIS GENTIVM, ET REGNORVM ADVERSVS IMPIOS POLITICOS

Liber Septimus.

Tria tempora referuntur, quibus imperium Romanum magis eſt viſum felicitate temporalium florere, ac magis etiam religioni veræ, & eius Præfectis fauit. & contra. Cap. I.

A COnſequens eſt, vt inſpiciamus, An huic doctrinæ conſonent euenta gentium, & regnorum. Quod vt clariſſimum fiat, quid acciderit Imperiis, ac regnis clarioribus poſt Conſtantinum, ſigillatim diſcutiemus. Alibi namque oſtendimus, ante illum quid obrigerit Imperio Romano: duoque manifeſtiſſima fecimus. Primum quidem, calamitatibus plurimis Orbem Terrarum concuſſum fuiſſe, quoties Eccleſia Chriſti vexabatur. Secundum vero, e gente in gentem fuiſſe illud
B Imperium tranſlatum, donec ad Conſtantinũ peruenit. Atque hæc vltimo libro de ſignis Eccleſiæ Dei. Igitur hoc reliqua

tempora complectemur, eaque ordine ſuo enumerabimus, vt A
omnia fiant illuſtriora; neque poſsit aliquis effugere vim veritatis. &, quoniã Conſtantinus diuiſit Imperium, in Occidentale, & Orientale, ab illo exordiemur.

Primum tempus, ab anno 312. ad 394. a Conſtantino ad Theodoſium primum.

Lib.5.c.25.

CONſtantinus Imperatorum omnium, qui fuerant ante ipſum, feliciſsimus, vt libris de Ciuitate Dei vult S. Auguſtinus, feliciſsime illud per annos multos adminiſtrauit, florentiſsimumque ad poſteros transmiſit. labefactare cœpit eius filius Conſtantius Arianus bello ſæpe fuſus à Perſis. Hic eſt, qui B
quantum potuit conatus eſt Catholicam fidem radicitus extirpare, hæreſimque Arianam ſtabilire, Liberium Papam Roma abductum relegauit in Thraciam, e primariis Ciuitatibus Epiſcopos Catholicos deiecit, Arianos ſubſtituit; cumque Cæſarem creaſſet Iulianum, atque hic arrepto Imperio in ipſum cum exercitu contenderet, impatiens doloris Conſtantius incidit in morbum, quo quaſi igne cælitus immiſſo depaſtus interiit. quæ late perſequitnr illorum temporum ſcriptor Ammianus Marcellinus, atque e noſtris Theodoretus, Sozomenus, Ruffinus, Euagrius. Atque hæc prima aduerſus rectam C
religionem commiſſa piacula. Hinc Iulianus anno 361. cum deſciuiſſet à Chriſtiana pietate, atque in priſtinum ſtatum reſtituiſſet Idolorum ſuperſtitiones impias, ac variis modis Chriſtianos afflixiſſet, in acie victus à Perſis, atque interfectus, in cauſa fuit, vt illi quinque Tranſtigritanis Prouinciis, Niſibique & Singara Imperium Romanum ſpoliarint anno ſequenti. Inde, paulo poſt, Iouiniano defuncto, Valentinianus, Valens, & Gratianus legem tulere religioſis damnoſiſsimam, ne viduæ ſcilicet aliquid Clericis aut Eccleſiæ legare poſſent. Atquo haud multo poſt Valentinianus infeliciter ad- D
modum, vt ſcribit Ammianus, Brigittione moritur anno 365. Rurſus a Valente, & Gratiano Religionis Iura imminuta. ſtatutum namque ab illis eſt, vt ſacerdotes criminum rei trahi poſſent ad illuſtres perſonas Valente V. & Valentianiano Coſſ. eodemque anno Gothi cis Iſtrum a Valente collocati in Romano ſolo ſunt, atque ab iis anno trecenteſimo ſeptuageſimo octauo victus ipſe, & concrematus eſt, ſuffectuſq. illi à Gratiano Theodoſius in Occidente. Poſt hæc anno tercenteſimo octuageſimo quarto Valentianus Iunior Arianus à Gratiano euectus ad Im-

Lib.16.Cod. Theod tit.de ep. eccl. & cler.

perium

A perium Iuſtina matre impellente Ambroſium, Catholicoſq. omnes Mediolani vexare cœpit, quo tempore Gratianus à Clemente maximo, qui Imperium in Britannia occuparat, ad Lugdunum victus, & occiſus eſt. Denique idem Valētinianus, quamuis ab hæreſi reſipuiſſet, conſtituit anno tercenteſimo nonageſimo primo aduerſus Eccleſiæ iura, ne quid à Diaconiſſa, Clericis, aut Eccleſiis legaretur, ne fieret Diaconiſſa niſi poſt annum ſexageſimum, qui ſecus fieri permitteret Epiſcopus, dignitate moueretur, Monachi ne in Vrbibus morarentur, ſed in vaſtas ſolitudines ſe ſe abderent. Atque anno ſequenti, aut li. eo. tit. 27.
B eodē, vt aliqui volūt, Valētinianus hic laqueo ſuffocatus ab Arbogaſte apud Viennam, Eugeniuſque Chriſtianæ religionis inimicus Imperium ſibi Occidentale arrogauit, ac tenuit vſque ad annum tercenteſimum nonageſimum quartum.

Ab anno igitur tercenteſimo, ac duodecimo vſque ad hunc Imperantibus hæreticis Cōſtantio, ac primis annis Valentiniano ii. deinde Iuliano, atque Eugenio Chriſtiani nominis hoſtibus, denique Iurium religioſorum violatoribus Gratiano, & Valentiniano primo Occidentale Imperiū ruinam facere cœpit. Picti namque, & Scoti partem vltimam Britanniæ cepe- Pol. Vir. l. 3.
C runt, quæ dicta eſt à Scotis ex Hibernia profectis Scotia. Quin Gre. Tur. l. i.
Inſula tota ab Imperio romano eſt auulſa, cumque à Maximo hiſtor. Frāc.
prius occupata fuiſſet, inde variis ſeditionibus eſt agitata. Franci vero loca Rhœno proxima armis acquiſita incolere cœperunt, ac frequentibus Gallias irruptionibus fatigare.

Secundum tempus, Ab anno tercenteſimo nonageſimo quarto, ad quadringenteſimum vigeſimum quintum; ſiue a Theodoſio Seniore ad Iuniorem.

D

VErum Theodoſius Senior ex Oriente mouens ad Aquileiam mirabiliter Eugeniū deuicit, Imperiumq. Occidentale in antiquam formā reſtituens anno eodem moritur, atq; illud Honorio filio reliquit, adiungens tutorem Stilichonem, quo viuente, atque omnia regente Iura ſacra ſunt maxime euerſa, vna cum Imperio Occidentali, quod ablatum Honorio quærere ſtudebat Eucherio filio iactanti ſe exciſurum Chriſtianam religionem, & antiquis Idolis priſcos honores redditurum, quód Oroſius teſtatur. Igitur paulo poſt initium Impe-

Fff 2 rij,

rii,conſtitutum fuit,ne Epiſcopi cognoſcere poſſent niſi cau- A
ſas religionis, cum prius ex lege Conſtantini omnes liceret,
C.Theo.c.9 vt habetur in Codice Theodoſiano. & anno tercenteſimo nona
tit.45. c.3. & lib.16.c. geſimo octauo conſtitutum eſt,vt quiſquis ad templa confugiſ-
32.33. ſet quacumque de cauſa, abreptus ab altari pœnas grauiores perſolueret;ne Clerici niſi e Monachis eligerentur, vt è vicis duntaxat,vbi ſunt Eccleſiæ,quibus præficiuntur,iſque Clericorum numerus adſcriberetur Eccleſiis, qui poſſent e fundis Eccleſiarum tributum ſoluere. Atque hæc vſque ad annum tercenteſimum nonageſimum nonum.Sequenti autem,qui eſt ſexcenteſimus,Alaricus Gothorum Dux Dalmatiam, Pannonias, B
Epirumque fœdiſſime vaſtauit vſque ad Alpes Iulias. & poſtero Italiam,vſque ad Thuſciã,victo,& fugato Stilichone. & quadringenteſimo ſexto Vandali, & Alani traiecto Rheno Gallias ſunt ingreſſi,vt ſcribunt Caſſiodorus, ac Proſper. In Britannia vero Conſtantinus per factionem creatus Imperator Gallias occupat, Arelate ſedem figit, cæſis Honorii Ducibus, Hiſpanias ſibi adiungit, Imperiumq. in iis locis tenuit vſque ad annum ſexcenteſimum decimum tertium. Vandali præterea,vt e Proſpero habemus,in Africam tranſmiſerunt,quo tẽpore Roma eſt ab Alarico capta,& direpta. Sed anno quadringẽteſimo C
decimo tertio Honorius cum Stilichonẽ proditionẽ detecta, vt Iornandes,Oroſius,Numatianus,ac reliquĩ illius ætatis ſcriptores teſtantur,occidi mandaſſet, Eccleſiaſticæ poteſtati multa reſtituit. In primis ſanxit,ne prædia Eccleſiaſtica tributis vllis onorarentur, niſi viſum fuiſſet Imperatori,vt præſtaretur aliquid e fructibus, vbi omnes conferunt ob aliquam repentinam neceſsitatem;præterea ne Clerici niſi apud Epiſcopos ac
C.Theo.lib. 16.51. cuſarentur. Ex hoc Imperium ſede diſcerptum redintegrari cœpit. Nam pace cum Barbaris facta, ſedes eis aſſignatæ ſunt, in quibus quieti degerent, Burgundionibus vltra Rhodanum, Vandalis in Hiſpania, Gothis in Gallia: Tyrannique D
in iis locis, Britanniaque exorti omnes ſublati ſunt. cumque ipſe obiiſſet anno quadringenteſimo vigeſimo tertio, Ioannes Imperium arripuit. Verum Theodoſius Iunior victum, captumque interemit, ac Valentiniano tertio, vti Honorius conſtituerat, illud mandauit anno quadringenteſimo vigeſimo quinto. Atque ita Occidentale Imperium, rebus,iuribuſque ſacris diſcerptis, eſt miſerrime & ipſum diſcer-

A ſcerptum, reſtitutiſque ex parte illis, & hoc ex parte eſt reſtitutum.

Tertium tempus, a Valentiniano tertio vſque ad Auguſtulum Momyllum, ſiue ad vltimam illius ruinam, quæ contigit anno quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

VErum paulo poſt Valentinianus tertius omnia confudit, Eccleſiaſtica iura omnia ſubuertit. Nam ſanxit, ne Epiſcopus vllius haberet iudicii poteſtatem, neque in ipſos cle- *In nouel. C. Theo. tit. 12.*
B ricos, niſi Clerici in ipſum compromittant. Si quis è Clericis litiganribus diſſentiat, adeundum iudicem profanum, Clericos à laicis ad Iudices profanos trahi poſſe, presbyteros quoque, & Epiſcopos; neminem vllius vrbis inquilinum collegio alicui obſtrictum fieri poſſe clericum. Atque ex hoc Vandali Africã ceperunt, Viſigothi Hiſpanias, Franci Galliam, Angli Britanniam. Sola Italia remanſit. Ipſe autem Valẽtinianus, cum vim intuliſſet vxori Maximi, eſt ab ipſo interfectus anno quadringenteſimo quinquageſimo quinto. Atque hic arripiens Imperium, cum Genſericus ex Africa euocatus Romam diripuiſſet,
C ab inimicis eſt occiſus. Cui ſucceſſere ex ordine Auitus, Maiorianus, Seuerus, Anthemius, Olybrius, Glycerius, Iulius Nepos, ac denique Momyllus Auguſtulus.

His imperantibus Religio maximã ruinam duxit pręter illa, quæ diximus, duas ob cauſas. In primis enim diuerſæ hæreſes diuerſis in locis exortæ, ſic omnia repleuerunt, vt Saluianus horũ temporum ſcriptor diſertiſſime teſtetur, plures fuiſſe hæreticos, quam Catholicos. Sic ille libro ſeptimo dę prouidentia. & ſanè ita veriſimile eſt. Nam Donatiſtæ, Manichæiq. in Africa quid non conturbarant? In Hiſpania Priſcillianiſtæ, de qui-
D bus Seuerus Sulpicius; in Britannia, & Gallijs Pelagiani plurimum poterant. Acceſſit aliud multo flagitioſius. Bellicæ enim res Imperii commiſſæ Vandalis, Gothis, atque aliis huiuſmodi barbaris hæreſi Ariana contaminatis. Quocirca Ricimer militiæ magiſter Imperatores, Maiorianum, Anthemiumque aperte, Seuerum veneno per dolum ſuſtulit. vt è Caſſiodoro, & Iornande conſtat. Fuit autem Ricimer Arianus Gothus. poſtremo autem magiſter item militiæ Oreſtes, & ipſe Arianus deiecto Iulio Nepote, Momyllum Auguſtulum filium ſuum Arianum creauit Imperatorem, aduerſus quem veniens Odoacer,

Herulo-

Herulorum Rex, Oreſte interfecto, atque hoc ſpoliato, finem A
dedit Occidentali Imperio.

Ex his porro omnibus liquet, eoſdem factos ad Imperii interitum gradus, qui facti fuerant per Imperatores ipſos, ac gentes, ad religionis Catholicæ ruinam. Creatoque Imperatore hæretico, ac militibus hæreticis bellica adminiſtrantibus, tum denique omnia perdita.

Octo temporibus Orientale imperium maxime felix fuit, ac maxime ſimul religioſum, alias infælix. Cap. II.

B

VIdeamus, quid Orientali Imperio contigerit, & cognoſcamus, quo tempore fauit Catholicæ religioni, floruiſſe, & illi quoad bona temporalia Deum fauiſſe, contra autem cum ſecus euenit.

Primum tempus, à Conſtantino ad Valentis obitum, ab anno 323. vſque ad 378.

PRimum tempus eſt à Conſtantino, cum priuauit Imperio Orientali Licinium anno tercenteſimo vigeſimo tertio, rectamque religionem mirabiliter extulit, Nicenum Conciliū C
aduerſus hæreſes congregari ſtuduit, Epiſcopis iudiciorū quorūlibet poteſtatem ſupremā cōtulit, vt è Codicis Theodoſiani titulo de Epiſcopali audientia, iiſdemque in omnibus primas detulit, vt è Concilii Romani, & Niceni vltimis actis conſtat.

Aduerſus hæc fecit primus Conſtantins, deinde Iulianus, vt ſupra diximus, quo tempore Perſæ, illo ſæpius profligato, atq; hoc occiſo, multa Imperio Orientali loca abſtulerunt. Poſt hos Valēs anno tercenteſimo ſexageſimo quarto iniuit Imperium, ſectamque Arianam complexus, variis modis Catholicos vexauit, multos occidit, relegauit, ac nihil non eſt conatus, vt hæ- D
reſim ſtabilirer, Gothos recte antea ſentientes illa contaminauit, ac cis Iſtrum collocauit in Romano ſolo, qui deinde ipſum ſeditione commota bello fuderunt, & in fugam compulsū, tugurioq; incluſum combuſſerunt & omnia late occuparunt, maximo Orientalis Imperii dedecore, ac detrimento. Atque hic ſcilicet eſt hæreſum, impietatumque fructus. Accidere hæc anno tercenteſimo ſeptuageſimo octauo. Auctores ſunt Ammianus Marcellinus, Theodoretus, Sozomenus, Euagrius, Caſſiodorus, & qui poſt hos ſcripſerunt.

Secun-

A *Secundum tempus, à Theodoſio maiore vſque ad obitum Imperatoris Anaſtaſii, annumque quingenteſimum decimum octauum.*

Theodoſius maior excepit Orientale Imperium, Epiſcopos Catholicos ab exilio reuocauit, legē pro Catholicis tulit, hæreticos oppugnauit, Gothos deuicit, occupata ab iis recepit, ac feliciſſime regnans Orientale Imperium Arcadio reliquit, multis præclare geſtis Magni cognomen aſſecutus. Arcadio Theodoſius ſucceſſit. huic Pulcheria Auguſta, Pulcheriæ Marcianus, huic Leo maior, atque hoc defuncto minor, & Imperiū tutati ſunt per annos nonaginta octo, vt nihil illi detractum fuerit, quin nobiliſsimas de Perſis, ac Barbaris victorias retulere, vt Sozomenus, & Euagrius inter alios tradunt. contra Zeno, Baſiliſcus, atque Anaſtaſius hæretici. Nam Zeno pœnam ſtatuit in profeſſores Concilii Chalcedonenſis, eos miris modis exagitauit, ac Legatos Apoſtolos indigniſſime habitos in carcerem coniecit, hæreticos Epiſcopos in primariis Orientis vrbibus fouit, ac protexit, eis bene ſentientes de fide compellēs communicare. Quamobrem non modo exactus eſt ſummo cum dedecore à Baſiliſco, ſed & eo regnāte, vt refert Euagrius, Barbari Scenitæ in Oriēte omnia populati ſunt, atque Hunni Maſſagetæ Græciā, Græciæq. finitima loca, nemine reſiſtente. Ipſe autē viuens eſt ſepultus, ac præ rabida fame digitos inuētus eſt comediſſe. Baſiliſcus porro, cum Zenonem Imperio expuliſſet, edidit ipſe etiam conſtitutionem contra Concilium Calcedonenſe. verum poſtea à Zenone deiectus cum ſuis fame periit, eoque Imperante, ait Euagrius, à Theodorico Gothorum Rege multæ vaſtitates illatæ ſunt finitimis Græciæ locis: Anaſtaſius denique multis, ac diris modis Catholicos uexauit, Acta concilii Chalcedonenſis cōbuſſit, Acephalos mirifice defendit, Apoſtolicos legatos per iniuriam ſummam tractauit. Illoque Imperante Hunni Hauares, vt ſcripſit Paulus Diaconus. e Caſpiis portis erumpentes Armeniam, Cappadociam, Galatiam, Pontumque late ſunt depopulati, neque minora perpeſſus eſt à Vitaliano Anaſtaſius in Græcia. Zonaras addit, à Bulgaris Illyrium vaſtatum, copiaſq. Anaſtaſii miſerrime trucidatas. Ipſe demum percuſſus fulmine infeliciter obiit anno quingenteſimo decimo octauo. Sic igitur his Imperantibus fœdiſsima Imperio Orientali detrimēta ſunt allata.

Euag. lib. 3

B

Euag. lib. 3.

C

D

Tertium tempus, a Iuſtini Thracis Imperio vſque ad alterius Iuſtini annos. A

IVſtinus Thrax iniuit Imperium anno 518. ac feliciter ſimul, & Catholice regnauit, Perſas multis cladibus affecit, vt è Zonara conſtat. Succeſſit illi Iuſtinianus, qui multis modis religionem Catholicam, & Iura ſacra promouit, atque amplificauit primis decem annis, ac tunc Africam, Vandalis expulſis, Italiamque recepit. Inde, ab antiqua pietate deſciſcens, Siluerium Papam Roma expulit, Vigilium malis artibus euehere contendit. Hunc deinde captiuum Conſtantinopoli perduci iuſſit, & indigniſsime tractauit. ac tunc totus Orbis eſt innumeris vaſtitatibus afflictus, ac prodigiis plurimis omnes exagitati. Quæ nos omnia collegimus vltimo libro de ſignis Eccleſiæ Dei. Quin idē conſtituit contra omne ius, ne Romanus Pontifex, quamuis rite lectus, cōſecrari poſſet, niſi prius conſulto Imperatore Conſtantinopolitano. Atque ex hoc ſemper in peiora Imperium prolapſum eſt, ſuſtinuere tamen eius caſum ſupremum viri ſanctitate præſtantes, atque Imperatores maxime pii, vt aperiemus. In primis defuncto Iuſtiniano, cum Iuſtinus Curopalates eſſet ſubſtitutus anno 565. paulo poſt Longobardi maximam Italiæ partem Imperatoribus Orientis eripuerunt, quæ nunquam recuperari potuit ab illis. Quin Paulus Diaconus libro xvii. in vita Tiberii ſcribit multas Vrbes, ac regiones ablatas fuiſſe Iuſtiniano, ac Iuſtino, & à Perſis adductas in poteſtatem. Atque hæc prima Imperii Orientalis labes, cum religionis iura imminuiſſet in Pontificis Romani conſecratione. B C

Quartum tempus, a Tiberio ad Conſtantis obitum.

VIſi ſunt tamen nonnihil Orientale Imperium recreare Tiberius, qui imperare cœpit anno 576. Mauricius, & aliquo tempore Heraclius. & Tiberius quidem miris laudibus ob pietatem effertur à Paulo Diacono, ac Perſas exuit nonnullis Vrbibus ac regionibus, quas abſtulerant illi Iuſtino, ac Iuſtiniano, Mauritius autem, cum primis annis egregium ſui ſpecimen dediſſet, Perſaſq. debellaſſet, atque eis Regem dediſſet, à ſemetipſo deinde deficiens, extremis annis auſus eſt Gregorium Pontificem Romanum litteris ſuis irridens ſimplicem vocare, Ioanniſque Patriarchæ ſuperbiam ſe ſe Oecumenicum vocantis aduerſus eum fouere, quo tempore a Bauaribus, Bulgaris, & Sclauinis toties eſt ſuperatus eius exercitus, ac tanti pro- D

A ti progreſſus facti, Vrbes, ac Regiones captæ, vt de relinquenda Europa cogitatum dicat Paulus Diaconus, ac tunc Sclauini Dalmatiam, quam de nomine ſuo Sclauoniã vocarunt, videntur cepiſſe, vt ex epiſtolis S. Gregorii, & Paulo Diacono colligitur. Atque hæc altera Orientalis Imperii ruina, quæ nunquam potuit reſarciri. Denique anno 602. Phocas concitata ſeditione Mauritium cum coniuge, ac quinque filiis atrociſſime interemit: cumque arrepto Imperio ſæuiſſime regnaret, ac nihil boni ageret, magna à Perſis, & Auaribus damna paſſus eſt, & ab illis Meſopotamia, Syriaque eſt occupata, reliquæ Aſiaticæ Prouinciæ vaſtatæ, ſicut in Europa à Barbaris

B aliis aliæ. & quamuis Heraclius anno ſexcenteſimo vndecimo Phocam peremerit, & Imperator factus fuerit, nihilominus Perſæ vſque ad annum ipſius duodecimum, vt numerat Paulus Diaconus, occuparunt non modo omnes prope Aſiaticas regiones, ſed Ægyptum præterea totam, Libyã, Carthaginemque ipſam. Poſt hæc tamen Imperator in Perſas mouens eos multis prœliis fudit, erepta recuperauit, captæque Perſiæ Regem dedit. Quibus victoriis inſolentior factus, anno Imperii vigeſimo, qui eſt Chriſti ſexcenteſimus trigeſimus primus

C incidit in hæreſim Monothelitarum. Ac tunc Saraceni Mahomete nefandiſsimo Duce, & impuriſsimo legislatore, Arabiam, Syriamque, & Ægyptum ceperunt. Scribit autem Nicephorus lib. 18. c. 45. hoc tempore Orientem plenum fuiſſe hæreticorum, Iacobitarũ, Georgianorũ, Theopaſchitarum, Monophyſitarũ, Agnoetarũ, Stauroblatarũ, Monothelitarũ, Seueritarum, Aphtarthodocitarũ, Phantaſiaſtarum, Manichæorum, Tetraditarũ, Arianorum, Neſtorianorum. Vt mirũ non ſit, traditum fuiſſe in poteſtatẽ hoſtium, iam cum Heraclius anno ſexcẽteſimo quadrageſimo primo vita migraſſet. & ſequenti Con

D ſtãtinus eius filius, inde Conſtans accepit Imperium, qui tantæ temeritatis fuit, vt Martinum Papam capi iuſſerit, captumq. contumelioſe habitum in Cherſoneſum relegarit. Ac tunc Mahometani Africam ceperunt, Aradum Inſulam inhabitabilem reddiderunt, Cyprũ vaſtarunt, Iſauriam cultoribus viduarunt, cunctis in ſeruitutem miſerrime abreptis. Atque hęc vſque ad annum ſexcenteſimum ſexageſimum tertium, quo Conſtãs hæreticus Monothelita interfectus eſt à ſuis in Sicilia, ac ſuffectus illi Conſtantinus cognomento Pogonatus.

Quintum tempus, a Conſtantino Pogonato ad Michaelis tertii Porphyrogeniti Imperium. A

RVinam labentis Imperii Orientalis cohibuit Conſtantinus Pogonatus, licet primis annis aliqua incõmoda ab hoſtibus pertulerit, Catholicus tamen fuit, & Pontificia comitia iuſſit eſſe libera. Quin eo procurante, ac præſidentibus Papæ Agathonis ligatis habita eſt ſexta Synodus vniuerſalis, in qua hæreſis Monothelitarum eſt damnata. Imperante vero illo tantus terror inuaſit animos Saracenorum, vt ſummoti vltra Armeniam, Cappadociam, Ciliciam, Libanumq. pacem fecerint, ac pacti ſint anno Imperii nono tributi nomine auri librarum tria millia, captiuos quinquaginta, totidemque equos. B at decimoſexto nummorum tercentum ſexaginta quinque millia, ſeruos ſexaginta quinque, totidemque equos. quod refert Paulus Diaconus libro decimonono. Succeſſit Cõſtantino Patri Iuſtinianus ſecundus filius, anno ſexcẽteſimo octuageſimo ſexto, qui primis annis adeo Catholicus fuit, vt ſextæ Synodo non modo ipſe publice ſubſcripſerit, ſed, vt primarii ei ſubſcriberent, curarit. Amplius autem, cum forent in Calabria, & Apulia multi Eccleſię Romanæ fundi, atque ex eis tributa Imperatori ſoluerentur, remiſit omnia. Atque hoc tempore per C duces ſuos ipſe ſubiecit Imperio Armeniam, Albaniam, Iberiam, Mediam, Hircaniam. quod ſcribit Paulus Diaconus libro decimonono: & Beda, qui ſub hæc tempora ſcripſit, Africam receptam tradit.

Deſciuit poſthæc a ſemetipſo Iuſtinianus. Anno enim nonageſimo ſecundo Conciliabulum quoddam coegit contra Eccleſiaſticum ritum, ſubſcribereque illi Legatos Pontificios coegit: repugnantem vero impiis conatibus Sergium Pontificem Romanum capi mandauit per Ioannem Exarchum Rauennæ anno 693. ac ſequenti ob eam cauſam miſit Zachariam protoſpatarium. D Ex illo, Saraceni, commiſſa cum Imperatore pugna, ipſum, copiaſque ipſius profligarunt, Armeniam proditione occuparunt, atque, vt ait Zonaras, Orientem totum direptionibus, & incendiis nunquam vaſtare deſtiterunt. Mox ipſe Iuſtinianus anno ſexcenteſimo ſexto pulſus eſt à Leontio, naſuſque ei pręciſus. deinde a Tiberio Abſimaro depulſus anno ſexcenteſimo nono; donec ſeptingenteſimo ſexto reductus eſt in imperium Iuſtinianus: qui tamen vndecimo vita ſpoliatus eſt à Philippico. Interim tamen Saraceni, Leontio regnante,

A gnante, Africam ſubegerunt, vt Zonaras, & Paulus Diaconus ſcribunt. At, Philippico hæretico rerum potito, Bulgari Thraciam fœdiſſime vaſtarunt, ac diripuerunt. Saraceni vero totum Orientem, capta Miſtia, & Antiochia Piſidiæ, inquit Paulus Diaconus libro xx. ſubegerunt.

Philippicus porro deiectus eſt Imperio, atque excæcatus. Illique Artemius, qui, & Anaſtaſius, ſuffectus, rerum deſperatione fractus, hoſtiumque oppugnationibus, Monachum induit. Eodemque modo illi ſubſtitutus Theodoſius Adramitenus, conſpirante Leone Iſaurico, qui & Conon, cum Saracenis, à qui-
B bus occupatum eſt Pergamum. Iniit Imperium Leo Iſauricus, Iconomachus hæreticus, anno 717. ac ſæpe inſidias Gregorio Secundo molitus eſt, vt eum vel caperet, vel occideret. Ex quo contigit, vt Populi, Exarcho obedientes, ab ipſo deficerent, vna cum Romano Ducatu, ac nihil iam retineret Imperator Orientis in Italia, niſi extremos Calabriæ, & Apuliæ tractus. Saraceni præterea Caeſaream Cappadociæ ceperunt, totamque Aſiam ſæpius incurſarunt, & fœdiſſime omnia deprædati ſunt. Quin Mediam finitimaſque regiones, quas à Iuſtiniano Secundo diximus recuperatas, cum Catholice ſentiret, ab iis
C occupatas, narrat Paulus Diaconus libro 21. Deceſſit Leo anno 741. Imperiumque Conſtantino Copronymo reliquit, qui fuit hæreticus flagitioſiſsimus, non modo imaginum ſacrarum inimicus, ſed omnium præterea ſanctorum, ipſiuſque etiam Sanctiſsimæ Virginis. Eoque regnante, Gizidus Saracenorum Princeps Cyprios omnes in Syriā tranſtulit, Turcæ e Caſpiis portis erumpentes, Armeniam populati ſunt, Sardiniam denique Mahometani occuparunt. Defunctus eſt, igne quodam quaſi cælitus immiſſo, ſe amburi exclamans, anno 774. Succeſceſsit illi filius Leo, qui, cum Catholicum ſe ab initio ſimula-
D ret, extremo anno Imperii Catholicos eſt inſectatus, & filio Conſtantino Imperium reliquit, vxorique Irenæ: qui, licet Catholici fuerint, inauditam tamen crudelitatem inuicem diriſsime exercuerunt. Quibus etiam ſuccedens Nicephorus, omnium flagitioſiſsimus fuit. ac, ſicut Irenæ, & Conſtantino nullæ à Saracenis ablatæ regiones leguntur, ſic Nicephoro nonnullæ Aſiaticæ per illos ereptæ ſunt. Tenuit Imperium Nicephorus vſque ad annum 812. ac poſt eum Michael Rangabe vſque ad annum 813. Quibus ſuffectus Leo Armenus, Iconomachus, à Bulgaris ita ſuperatus eſt, vt illi omnem Thraciam ce-

perint, Hadrianopolimque Vrbem primariam, Conſtantino- A
polimque obſederint. quod Landulphus ſagax refert. Leonis Armeni Imperium Michael Balbus hæreticus & ipſe, occiſo Leone, excepit: ac tunc Mahometani Cretam, Siciliamque, & aliqua Calabriæ, atque Apuliæ loca adduxerunt in ſuam poteſtatem. Michaeli Balbo patri ſucceſsit Theophilus filius, & ipſe Iconomachus, qui ter cum maximis copiis à Saracenis eſt profligatus, vt vix ipſe potuerit effugere. Amorium, ipſius patria, captum. quantus vero Populus, ait Zonaras, fuerit abductus, dici non poteſt. mulierum, puerorumque millia multa
abrepta. B

E ſuperioribus conſtat, hoc temporis interuallo à Catholicis Imperatoribus redditas Orientali Imperio, Africam, Mediam, Albaniam, Iberiam, Hircaniam, repulſos vltra Armeniam, Cappadociam, Ciliciamque Mahometanos, tributumque his impoſitum. Contra autem, regnantibus hæreticis, ab Imperio Orientali diuulſæ ſunt Africa, Media, Hircania, Armenia, Cappadocia, Piſidia, Pergamum, Cyprus, Sardinia, Sicilia, Creta, Amorium. Vt ſciamus, à religione, gentium, regnorumque temporalem felicitatem pendere.

***Sextum tempus**, a Baſilio Macedone vſque ad Nicephorum Botoniatem, ab anno ſcilicet 867. ad 1081.* C

THeophilo hæretico Imperatori filius fuit Michael, qui, cum luxui foret addictus, & ebrietati, ſæpe minacia verba per temulentiã iactabat in ſuos. Quam rem pertæſus Baſilius Macedo, ac ſibi timens, ipſum denique confodit, Imperiumque arripuit, & cum Catholicus foret, octauum Concilium curauit habendum, cuius extant nonnulla. Imperium præterea in aliquem priſtinæ dignitatis ſtatum, plurimis receptis, reparauit. In Syria namque, profligatis Mahometanis, multas Vrbes cepit. Ruſſos bello fractos religioni Chriſtianæ adiecit. D
Ei ſucceſsit Leo filius. Huic Alexander frater. Alexandro Leonis ſoboles Conſtantinus, cui Romanus Lecapenus, qui Hugonis Italiæ Regis, filiam habuit in matrimonio, &, cum eſſent omnes Catholici, Imperium non infeliciter adminiſtrarunt. Hic vero Armeniam, Melitenemque cepit, Meſopotamiam præterea, deletis, inquit Zonaras, Agarenis. Quocirca Oriens, qua parte ſubiectus prius erat Imperatori Conſtantinopolitano, prope totus eſt receptus. Romano Lecapeno ſuffectus eſt Romanus, adhuc puer: cuius duces Cretam prope

A omnem ceperunt. Romano puero ſucceſsit Nicephorus Phocas, à quo Cilicia fere tota eſt recepta, Cappadocia, Cypruſque ex omni parte, ac Romani Imperii fines, ait Zonaras, longe lateque propagati. Poſt Nicephorum regnauit Ioannes Zimiſces. Inde Baſilius Porphyrogenitus, cum fratre Conſtantino, anno nongenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Hic Iberiæ vlterioris, Phœniciæ, Syriæque Damaſcenæ Principes Imperio tributarios fecit, Bulgariam, Croatiam, Syrmiumque ſubiecit, Abaſgiam deuicit. Poſt hæc anno 1029. Romano Argyropolo Imperante, cuius ſoror Theophania nupſit Othoni B ii. Imperatori Occidentis, capta eſt Edeſſa, Meſopotamiaque ab eius Ducibus. Romano ſucceſſit Michael Paphlago: ac poſtea Michael Calaphates anno 1041. & poſt annum Conſtantinus Monomachus, quo tempore pluribus hæreſibus Græci ſe contaminauerant. eas refert Sigebertus. Quin Michael Patriarcha prorupit in hanc audaciam, vt Latinos excommunicauerit, & Conſtantinopoli expulerit, quaſi hæreticos: quod apparet e litteris Leonis ix. ad ipſum ſcriptis. Hoc igitur imperante, & Oriente, Græciaque, nõ bene de recta fide ſentientibus, Aſia prope tota, inquit Zonaras, a Turcis eſt ſubacta, Nor D thmani Apuliam, Calabriamque Imperio Orientali ſubiectas occuparunt. & quamuis ob Legatos Leonis ix. Conſtantinopolim miſſos, ac litteras Græci viſi ſunt reſipuiſſe, alienato tamen ex magna parte animo remanſerunt: vt apparet e ſcriptis ipſorum, Theophylacti, Zonaræ, Nili, & aliorum. Poſt Monomachum regnauit anno 1054. Theodora Auguſta: ac deinde Michael Stratioticus, Iſaacius Comnenus, Cõſtantinus Ducas's, Michael. Quo regnante, iam Croatæ, Bulgarique deſciuerant. Quin hi ſunt auſi, deuicta Macedonia, & Thracia, obſidere ipſam Conſtantinopolim. Huius autem ſucceſſori Ni- C cephoro Botoniatę Turci eripuerunt Nicæam Bithyniæ. Sic igitur Orientale Imperium, recta religione proculcata, fœdiſſime diſcerptum, & vndique coanguſtatum, mutilatumque iacebat, vſque ad annum 1095.

Septimum tempus, ab Alexio Comneno vſque ad Ioannem Theodori Laſcaris Iunioris.

Alexius Comnenus imperare cœpit anno 1081. pellens Imperio Michaelem Ducam, qui confugit ad Robertum Guiſcardum, & S. Gregorium Septimum, vt ipſi opem ferrent aduerſus Alexium. vterque eum, quantum potuit, adiuuit: & Rober-

Robertus quidem, litteris Gregorii maxime impulſus, in illum copias mouit, Dyrhachium cepit, atque aliquot oppida Theſſaliæ, victo in acie Alexio: mox tamen, vt opem S. Gregorio vii. ferret aduerſus Henricum iii. Imperatorem, reuocatus, inceptum dimiſit. A

Hoc autem tempore Græci nos hæreticorum loco haud reputabant, neque Eccleſia Catholica illos, quamuis in aliquibus diſſentirent, vt è Codice Iuris Orientalis apparet. Ab obedientia tamen Romani Pontificis, quoad multa, receſſerant. Quod potiſſimum contingere cœpit, cum Otho Primus, Secundus, ac Tertius, & ſequentium Imperatorum multi inuaſere Apuliam, Calabriamque, & tranſtulere in ſe Romani Pontificis electionem. Quamobrem refugiebant ab hoc, quaſi ſtudioſo inimicorum ſuorum, vt opinabantur. Ac tunc Michael Patriarcha eſt auſus Occidentales excommunicare, & Conſtantinopoli eiicere cum Pontifex Leo Nonus, ab Henrico Secundo datus, Romæ ſederet, 1053. B

Cùm tamen reſipuiſſent, vt diximus è Sigeberto, Græci, non multo poſt eſt habitum ſedente Vrbano ii. Bari Concilium, in quo Græci nobiſcum conſenſere. interfuit illi Cōcilio S. Anſelmus, vt eſt in ipſius vita, atque e ſcriptis eius liquet. Sic autē viſi ſunt nobis adhærere cum ſuo Imperatore Alexio Græci, vt hic anno 1112. Legatos Romam cum litteris miſerit, quibus iniurias ab Henrico iv. Pontifici Paſchali Secundo, ac Romanis illatas doluit, deinde gratias egit, ac laudes præcipuas Romanis tribuit, quod eximia virtute conatibus Henrici iv. obſtitiſſent, ac Pontificem tutati eſſent: ſe ſe ſummopere deſiderare, ſi illi probarent, Coronam Imperii à Pontifice ſumere, aut filio Ioanni tradere. Cui Romani, ſeſe ad eius nutum paratiſſimos, reſponderunt; ac menſe Maio ſexcentos è ſuis, qui illum deducerent, miſerunt. Sed hoc ipſo anno migrauit e vita. Antea nihilominus anno 1095. fœdus, ſocietatemq. cum noſtris iniit aduerſus Mahometanos in Orientem tendentibus; pecunia, commeatuque ipſos adiuuit; ac per eos Aſiæ minoris prouincias eripuit e poteſtate Mahometanorum, ſuæque adiecit, vt in eius vita referunt Zonaras, & Glycas, atque e noſtris ſcribunt Robertus Monachus, & Gulielmus Tyrius in hiſtoria ſacti belli. C D

Ex hoc igitur tempore melius nobiſcum, & cum Pontifice Romano Orientis Imperatores, ac Græci ſenſerunt; ac felicius

eorum

A corum res proceſſere: quamuis non omnino, vel à maleficiis abſtinuerint, vel ad mentem redeuntes nobis ſint, ac rectæ pietati reconciliati. affinitates tamen cum noſtris iungere ſtudebant, eos in multis promouere, vti opera ipſorum, adhibere ad maximarum rerum conſilia. Ob id Alexio ſuccedens Ioannes filius, filio Manueli Alemanam coniugem, Reginæ Gertrudis ſororem, inquit Otho Friſingenſis libro ſeptimo cap. 28. iunxit, genere Imperatorio natam; qui deinde, hac defuncta, filiam Principis Antiocheni, ſtirpiſque Italicæ duxit, filiam vero ſuã collocauit in matrimonio Marchioni Montisferrati, vt habet Nicetas libro primo.

B Quin Adrianus Quartus ſub annum milleſimum centeſimum quinquageſimum quartum miſit ad Manuelem Imperatorem Legatos, Balduinum, & Balditzonium, ſcripſitque de rebus fidei ad Baſilium Achridenum Metropolitam Theſſalonicenſem: qui benigniſsime Pontifici reſpondit, aſſerens, nihil diſsidii eſſe in fidei doctrina inter nos, & Græcos. Extãt litteræ vtrinque miſſæ in Codice Iuris Orientalis, inter reſponſa Patriarcharum. Ac paulo poſt Alexander Tertius curauit, vt, præter alios, Conſtantinopoli eſſet Hugo Eterianus Imperatori gratus, cuius extant ſcripta ſubtiliſsima aduerſus Græcos

C de Spiritus Sancti proceſsione. Acteſtis eſt Gulielmus Tyrius; Alexium, poſtremis annis, Ioannẽ, & Emanuelem, quamuis ob aliquas ſuſpiciones aliquando peſsime, ac ſceleſtiſsime noſtrorum copias in Orientem aduerſus Mahometanos profectas tractarint, Latinis tamen, atque eorum rebus plurimum ſtuduiſſe.

Quocirca, cum multa, vt diximus, per noſtros Alexius in Aſia recepiſſet, eius deinde filius Ioannes, Turcis in Phrygia deuictis, Laodiceam repit, deinde Zozopoli Seruios, ſeu Tri-

D ballos adductos in poteſtatem, tranſtulit in agros Nicomediæ, Perſarmeniis multas vrbes abſtulit. Sed, cum Raimundo Principi Antiocheno, quod fidem datam violaſſet, iratus, multa noſtris damna intuliſſet, quod refert, præter Coniatam, Otho Friſingenſis, eodem anno defunctus Imperium filio Emanueli reliquit. à quo plurima in Conradum Imperatorem, eiuſque copias, atrociſsima perpetrata. Quæ refert Græcus ſcriptor Coniata. Similiter & in rebus ſacris aliqua non ſatis decẽter attentata, ita vt nihil ei felix admodum fuerit: deceſſitq; anno 1172. filium prope impuberem Alexium ſibi ſucceſſo-

ceſſo-

ceſſorem relinquens:qui,cum Annam Francorum Regis filiam A
haberet vxorem,Latinos maximis honoribus afficiebat,vt Tyrius refert. Quocirca Andronicus Comnenus eius conſobrinus,qui,abiurata Chriſti religione,Mahometi ſeſe addixerat; & mox ad Chriſtum redierat,arripiens Imperium,Latinos aut occidit,aut Mahometanis uendidit,oſſa defunctorum, tunc exhumata,in mare proiecta ſunt,Ioanni,Pontificio Legato caput abſciſſum,atque ad ignominiam,caudæ canis immundæ alligatum,& per vias Vrbis eſt raptatum. Ac tunc Iſaacius Angelus Cyprum occupauit: Gulielmuſque Siciliæ Rex, à Comneno Alexio aduocatus Dyrachium, Theſſalonicam, Epidamnum, Amphipolim, Moſinopolim. Iamque Siculi Conſtantinopolim pergebant obſeſſuri Vrbem, cum, ſeditione concitata, B
Iſaacius Angelus creatus eſt Imperator. Andronico capto, dextra præciſa, oculi effoſſi, ipſe camelo fœdiſsimo impoſitus,ac per Vrbem ductus, caput clauis confixum: ſtercoribus proiectis omni ex parte conſpurcatus,aqua feruenti perfuſus, denique pedibus ſuſpenſus animam miſerrime emiſit. Iſaacius autem Friderico Imperatori,exercitum ducenti aduerſus Mahometanos in Orientem, ſtruxit inſidias, ac plurima mala machinatus eſt, teſte illorum temporum ſcriptore,qui his interfuit, Coniata. Tunc à Vualachis multæ captæ vrbes. In C
quos cum mouiſſet Iſaacius,à fratre Alexio Comneno,ſiue Angelo,priuatus eſt oculis,& Imperio. Sed poſt annos octo, Alexius,filius Iſaacii,Flandris,ac Venetis in ſocietatem aſcitis,ingenti claſſe,ac valido exercitu Conſtantinopolim capit. Verum Alexius Ducas, cognomento Marzuflus, ſummo ſcelere eum ſtrangulauit,& Imperium inuaſit. Quibus flagitiis commoti Latini, Conſtantinopolim redegere in ſuam poteſtatem, Balduinumque Imperatorem crearunt. Venetique tunc Cretam,Euboeam,Lemnum,Corcyrã, inſulas prope omnes Ægæi D
maris,multaſque in Peloponneſo, & reliqua Græcia,Vrbes occuparunt. Theſſaliæ Rex declaratus eſt Bonifacius, Marchio Montiſferrati. Theodorus autem Laſcaris, Alexii Comneni Imperatoris gener,in Aſiam traiiciens,Vrbes omnes Orientali Imperio ſubiectas ſibi adiungens, Imperatorium nomen, & poteſtatem aſſumpſit,occupatis Latinis tum belloVualachorũ, cum ceteris bellicis expeditionibus,in reliqua Græcia. Regnauit hic annis decem & octo. Poſt quem filius Ioannes Ducas triginta tribus. Atque ex hoc ortus Theodorus Iunior, cum

parum

A parum ſuperuixiſſet, Imperium reliquit Ioanni filio ſexenni,
ſub tutela Michaelis Palæologi. Atque hæc accidere Impe-
rantibus Conſtantinopoli Balduino Primo, Henrico, Roberto.
cui deinde ſuffectus eſt Balduinus Secundus.

Sic igitur, cum vires priſtinas ex aliqua parte Orientale
Imperium recepiſſet, & Græci Impeiatores cum ſuis aliqua
ex parte Pontifici Romano, ac rectæ religioni ſe ſe adiunxiſ-
ſent, poſtquam ab illa omnino deſciuerunt, ſimul illud etiam
concidit, conciſumque, ac prope euerſum iacuit.

Octauum tempus, à Michaele Palæologo ad vltimum Conſtan-
B *tinum.*

Diuiſo in tot partes, ac dilacerato Orientali Imperio, Mi-
chael Palęologus adminiſtrabat tutelam Ioannis Ducæ:
acciditque, vt per id temporis agitarentur quæſtiones, in qui-
bus diſſentiunt à nobis Græci, Nicephoruſque Blemmydes vir
maximæ apud omnes exiſtimationis, ob ſanctitatem, & doctri-
nam multa collegerit, è quibus concludebat, male Græcos ſen-
tire. Is à Theodoro Iuniore inuitatus, vt Patriarchæ onus ac-
ciperet, recuſauit. Nec multo poſt, Theodoro defuncto, capta
eſt à militibus Palæologi Conſtantinopolis, & expulſus cum
C ſuis Balduinus. At is Imperatorem ſe deſignari vna cum
pupillo curauit, ipſum deinde oculis, & Imperio priuatum Mo
naſteriò incluſit, Europeaſque, & Aſiaticas Vrbes in vnum Im-
perium coegit. Ac poſt aliquod tempus miſſis ad Pontificem
Romanum Gregorium x. Legatis, in Concilio Lugdunenſi Ca
tholicæ religioni ſe deuouit, conueniens, vt liceret cuiuis Ro-
mam veterem, quæ Curia maior, ac perfectior eſſet, appellare,
vtque illi Principatus in omnibus deferretur; perfecitque, vt
Patriarcha cum reliquis Epiſcopis in idem conſentirent.
quod Nicetas libro quinto late narrat. Enimuero quamuis
D membra Imperii diſciſſa Machael in vnum corpus collegerit,
nihil tamen magni egit. Quamobrem, cum defuncto Patri fi-
lius Andronicus eſſet ſubſtitutus, atque is ad hæreſes priſtinas
rediens recte ſentientibus Epiſcopis ſolio deiectis, Patri iuſta
perſolui vetuiſſet, vt Nicetas libro ſexto narrat, protinus Im-
perium labem ducere extremam cœpit. Nam ſeptem Turca-
rum Satrapæ omnes Aſiæ Prouincias inter ſe ſortibus partiti
ſunt. quod narrat idem libro ſeptimo. Ex his vnus fuit Athman
ſiue Othomanus, cuius poſteri ab anno tercenteſimo ſunt ita
amplificati, vt Aſia deuicta in Europam tranſgreſſi, diſsidiis

hæreticorum Palæologorũ confiſi, quin ſæpe acciti ab ipſis, & A
annua tributorũ pręſtatione, aut mutua fęderatione ſint aucti,
nihilq. Turcis prope ſupereſſet obtinendũ, præter vnam Con.
ſtantinopolim. Retardauit illud Imperii totius ruinam. Nam
Tamerlanes Scytha Baiazetem Regem, qui iam decennium
Conſtantinopolim cinxerat obſidione prœlio cruentiſsimo
ſuperatum cepit, ac Turcarum vires maxime attenuauit. Neque minus id fuit, quod Eugenius, Pannonicis exercitibus commotis, eoſdem maxime fatigauit, cum græcorum multi iam rediiſſent ad fidem, & obedientiã in Concilio Florentino; quod
imperante Ioanne eſt habitum. Sed, cum, defuncto illo, fide violata abieciſſent omnem obedientiam, contigit, vt Mahometes B
anno 1453. expugnata Conſtantinopoli, & mox Palæologis omnibus vel occiſis, vel eiectis, vltimum Imperio Orientali, græcorumque nobilitati excidium fœdiſsime attulerit.

Ex his euidentiſsime apparet, Orientale Imperium tum floruiſſe omni temporalium bonorum felicitate, cum floruit in illo religio pura; corruiſſe, ſimulatque hęc corruit: rediiſſe in aliquem dignitatis, potentiæ, opumque ſtatum, cum rediit ad antiquam pietatem. Vt nemo ambigere poſsit, a vera religione exiſtere temporalia bona. C

Quinque temporibus regnum Germaniæ temporalium felicitate præſtitit, ac ſimul ſtudnit ſinceræ pietati, a qua toties excidit, cum ſimul excidit a vera pietate. Cap. III.

Regnum, & Imperium germanicum poſt gallicum, & italicum fuit. Sed, quando hoc nullus erat prope exiſtimationis, illud autem conſiderabitur a nobis, cum de gallicano D
regno agemus, iccirco reſeruabitur in locum proprium. Quod pertinet itaque ad germanicũ regnum, quæ acciderint illi ante ortum Chriſtum, late ſumus perſecuti libro vigeſimo ſecundo de ſignis Eccleſiæ Dei; referentes etiam, quæ poſtea contigerunt. Hic autem tempora diſtinguemus, quibus illud præſtitit maxima temporalium bonorum copia, aut excidit aliqua ex parte ab illa, oſtendentes, id eueniſſe, cum vel Catholicæ religioni adhæſit, vel ab illa receſſit.

Primum

A *Primum tempus,a Lodouico primo Germaniæ Rege, Ludouici primi Imperatoris filio,ad Carolum Craſſum.*

GErmaniam domuit Carolus Magnus, ac liberis ſuis reliquit omnia vſque ad Oceanum,Viſtulam,Daciam & Illyricum, vt refert inter alios Eghinartus in eius vita. Tenuit eandem cum cæteris Ludouicus pius. Hoc defuncto atrociſſima bella exorta ſunt inter eius filios,Lotharium, Carolum, Ludouicum,anno,vt quidam notant, octingenteſimo quadrageſimo primo. Commiſſo autem prælio, cum ſuperatus fuiſſet Lotharius imperator, pax facta eſt, vt Carolus Gallias poſſide-
B ret ab Ibero ad Moſam, Lotharius à Moſa vſque ad Rhenum, Prouinciamque totam,& Italiæ ditiones, Ludouicus à Rheno vſque ad extremos Imperii auiti fines, quod continebat Germaniam totam, Boemiam, regioneſq. vſque ad Viſtulam protenſas,Pannonias,Dalmatiam,Triballos, Dardanos, ac Myſiæ partem. Atque ita Lodouicus omnium primus Rex Germaniæ totius eſt appellatus,cui ſeruiebant terræ,quas memorauimus ampliſsimo tractu ſe ſe porrigentes, vt Otho Friſingēſis narrat. Eadem Rhegino, & Ademarus. Bella geſſit Lodouicus aduerſus Sclauos, eorumque Principem Raſtrum cepit,
C ac luminibus priuauit, Lotharingiæ preterea partem ſibi attribuit,Lothario defuncto;ac feliciter regnauit, obiit anno octingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, eius elogium ſplendiſſimum ſcribit Rhegino. Tres illi filii fuerunt. Carolomanno, Baioaria,Pannonia,Carentanum,Boemia, Morauiaque, & his finitimæ regiones, in quibus, & Slaui, obtigerunt; Ludouico Frācia,Thuringia,Saxonia,Friſia,Lotharingia,in qua erat Colonia,Treueris,Maguntia;Carolo, qui dictus eſt Craſſus, Alemania, & aliquot Lotharingiæ Ciuitates, vt refert Otho, ac Rhegino. Verum,cum,defuncto Carolo Caluo Imperatore,
D Carolomannus Italię Regnum,quod ciſalpinam Galliam potiſ- *Oth.l.6.c.6.*
ſimum continebat,occupaſſet,Lambertus Spoleti Comes, auctoritatem ipſius pretendens, Pontifici Romano Ioanni octauo maxime infeſtus fuit anno 878. vt Sigonius refert.Deceſſit Carolomanus anno octingēteſimo octuageſimo, Arnulfum nothū relinquēs,cui patruus Ludouicus Carentanum dumtaxat relinquens nomine Ducatus reliquas ſibi regiones attribuit. Eodemque Carolus Craſſus Italiam petens Imperator coronatus eſt à Ioanne octauo, ac vixit vſque ad annum octingenteſimum octuageſimum octauum, quo fuit illi abrogatum

regnum, datumque Arnulpho. A

Verum multo ante, anno ſcilicet octingenteſimo trigeſimo tertio, cauſę religionis male tractari cœperunt. Nam ſic Epiſcopi clamant in Concilio Aquiſgranenſi, quod hoc anno eſt habitum, principalis poteſtas diuerſis occaſionibus interuenientibus, ſecus, quam auctoritas diuina ſe habeat, in cauſas Eccleſiaſticas proſiliuit. Rurſuſque anno octingenteſimo nonageſimo quinto in Côuentu Triburienſi, ait Rhegino, nonnulla ſunt conſtituta aduerſus multos, qui Epiſcoporum poteſtatem conabantur imminuere. quin eodem, quo ſpoliatus eſt, regno Carolus Craſſus, alioquin bonus Imperator, ſed iners, apparet ex actis Concilii Triburienſis iampridem fuiſſe auctoritatem ſacram conuulſam, & imminutam. Quamobrem Northmanni ab anno octingenteſimo octuageſimo primo Coloniam, Treuerim, Aquiſgranumque, ac finitimas regiones flammis, ac ferro per multos annos atrociſsime vaſtarunt. Ex alia deinde parte anno octingenteſimo octuageſimo nono Hungari e Scythicis ſedibus expulſi Pannonias occuparunt. B

Secundum tempus, ab Arnulphi Imperio vſque ad Henrici Aucupis primos annos.

ARnulphus Carolo Craſſo patruo ſuffectus, ab initio viſus eſt fauere ſacroſanctæ Epiſcoporum, ſacerdotumque poteſtati, vt apparet e Concilio Triburienſi, annoque eodem, quo Concilium Triburienſe poſtremo eſt habitum, redditaque Epiſcopis ſua poteſtas, prope Galliam totam Ciſalpinam ſubegit, Lotharingiã recepit, Alpes Pœninas, Burgundiãq. adduxit in ſuam poteſtatem. Sequenti autem, ferens opem Formoſo Pontifici Romano, à Romanis aliquot oppreſſo, coronatus tus eſt Imperator, & quicquid ad Imperatorem ſpectabat, in Italia deuicit, atque ita Germanicum Regnum latiſsime propagauit. C

Verum poſt hęc ſacrilegiis omnia contaminauit, vt auctor eſt, qui vixit his temporibus, Luitprandus Ticinenſis. quamobrem, pediculari morbo abſumptus, fœdiſsime obiit: quod idem ſcribit. Atque ex hoc in Germania labes ſimoniaca miſerrime ſacras res commaculauit, regnantibus Ludouico filio Arnulſi, Conrado, atque Henrico Aucipe Othonis primi parente, auulſaq. à Germaniæ Regno Lotharingia & Burgundia. nam regiones Italicæ, propter Imperii dignitatem, quæ conferebatur à Pontifice Romano, attribui ſolebant Germaniæ. D

Luit. l. 1. c. 9

Verum,

A Verum, quod infeliciſsimum fuit, Hungari Morauiam, Bauariamq. ceperunt, ac Dalmatiā; Germaniam vero perpetuis incurſationibus, ac populationibus, miſerrime vaſtarunt, ac dilaniarunt, ita, vt à nongenteſimo ſeptimo vſque ad nongenteſimum trigeſimum quartū quolibet propè anno cuncta incendijs, & gladio ſubuerterent. At trigeſimo quarto, ſiue vt notat Sigebertus, vigeſimo ſecundo Henricus in hæc verba votum cōcepit, vt Luitprandus refert: Simoniaca hæreſis Deo inuiſa, & a beatiſſimo Apoſtolorum Principe Petro damnata, quæ ab anteceſſoribus noſtris hactenus eſt temere cuſtodita, modis
B omnibus à noſtro ſit Regno expulſa. Quo facto, ſic Hungaros memorabili victoria proſtrauit, & attriuit, vt nihil poſtea grauius, veluti antea, potuerint in Germaniam moliri.

Tertium tempus, ab Henrici Aucupis extremis annis ad Othonis tertii mortem.

POſt hoc votum, memorabilemque victoriam Sigebertus, cui conſentit Otho, vult anno nongenteſimo vigeſimo tertiò redditam fuiſſe Henrico Regi Germaniæ Lotharingiam, aut, etiam Galliam Belgicam. idem Dalmatas Tributarios fecit vigeſimonono, Boemos poſtero, Danos trigeſimo quin-
C to, ac trigeſimo ſeptimo decedens Othoni filio Regnum reliquit. Hic anno nongenteſimo quadrageſimo octauo Concilium, præſidente Romani Pontificis Legato, congregari curauit in Ingheleym, in quo iura Epiſcoporum maxime ſtabilita, Sacerdotibuſque ſuus honor, vt decebat, redditus: quod notat, qui proſequutus eſt annales Rheginonis. Addit Sigebertus, anno ſexageſimo ſupra nongenteſimum, induſtria Othonis aucto Imperii, & Eccleſiæ ſtatu, multa monaſteria, & coenobia ad laudem Dei, & honorem Sanctorum reſtaurata, ampliata, ædificata. Sequenti autem, vocatus à Ioanne duode
D mo in Italiam aduerſus impia Berengarii facinora hoc deiecto Italiæ maximam partem ſibi adiecit, à Ioanne Papa coronatus eſt Imperator: ſed, cum contra iuriſiurandi à ſe præſtiti formam populos Eccleſiæ Romanæ ſubiectos obedientiam ſibi iurare compelleret, Ioannes id conqueſtus, cum videret eum nihilominus in propoſito durare, cœpit aliqua aduerſus illum moliri. Qui vbi reſciuit Imperator, Romam conuolans, aduocato Conciliabulo, Papam deponit anno nongenteſimo ſexageſimo tertio, Leonemque octauum ſubſtitui curauit, à quo donatus priuilegio Pontificis legendi, inueſtitura

Epiſco-

Epiſcopornm,atque Abbatum.

Ex hoc tempure imminui reuera cœpit Germanicum Regnum. Nam Dani diſceſſere ab obedientia. quod Vuitichindus libro tertio & Saxo decimoteſtatur. Belgica omnis ac Burgundia paulatim conceſſere in poteſtatem Gallicorum Regum, quod multi annales Francorum probant. Quin Othonis primi poſteritas, Otho ſecundus, ac tertius poſt obitum patris annumque 972. vſque ad 1000. infeliciſſime imperarunt, multæque gentes ab ipſis deſciuere. Quamobrem ſic is, qui S. Adelberti vitam ſcripſit. Otho, inquit, ſecundus, qui tum loco patris rapidis cruribus montem Imperii ſcandit, ſed non dextro omine, nec viuo, maturæue ſapientiæ ſigno Remp. rexit, & dum omne, quod vult, Regem oportere ſequi non bene putat, collectum Orbem amiſit, &, quam Patris terror peperit, pacem interfecit, ſenſit Theutonum tellus mortuum nautam maris, ſenſit dormientem aurigam Orbis. Hæc ille. Qui mox fuſas Germanorum copias à Polonis, Slauis, Francis, Græcis, ac Saracenis refert. Cui quidem, cum viueret, hoc tempore magis eſt habenda fides, & maxime, quod aliis ætatis eiuſdem ſcriptoribus conſentiant, quam reliquis ab hoc ſæculo longiſſime remotis. Nam Lambertus Schafnaburgenſis, qui ſub hoc tempus vixit, Danos, Boemos, Polonos, Baioarios in Othonem ſecundum conſpiraſſe narrat, iterumque Boemis aduerſus Othonem. iii. fuiſſe anno 986. bella ſcribit, quamuis anno 978. Boleslaus Boemorum Rex plurimis muneribus oneratus ab Othone ii. placatuſque domum rediiſſet. Sic igitur, cum Otho primus acceptum à patre Germanicum Regnum perduxiſſet ad amplitudinem ſummã, quandiu ſtuduit Pontificiæ poteſtati, ex quo tamen eam minuere cæpit, nihil Germanico Regno acceſsit, ſed illi plurimum eſt detractum.

Quartum tempus, ab Henrico primo ſancto, ad Henricum quartum.

IMminutum ex aliqua parte Regnnm Germanicum ſecundo ac tertio Othonibus Imperatoribus Henricus ſanctus excepit anno 1002. qui ſane illud ſupra omnes videtur amplificaſſe, ſicut omnes vitæ ſanctimonia ſuperauit, neq; vel Pontificis Romani legendi, vel aliquo Iurium ſacrorum, quæ ſacris viris adempta tranſtulerant Othones, vti voluit. Hic igitur anno. 1003. Sclauos Vuinidos tributarios ſibi fecit, quod Sigebertus memorat. Otho quidem Friſigenſis libro vi. cap. xxviii.

Regem

A Regem Poloniæ Boleſlauum tradit ab Henrico ad tributa præſtanda adactum. Idem narrat Venceſlaus Hagecus, vt eum refert, non ſequitur tamen quoad Poloniam libro tertio Cromerus, ac Mutius, Lambertus certe Schafnaburgenſis bis ab Henrico exerçitum ductum in Polonos refert. Marianus autem Scotus, qui proximus fuit his temporibus ita anno 1004. Henricus Rex Italiam, Boemiã, & Boeſlaum Ducem cum omni Sclauorum gente ſubiugauit. Conſtat autem Polonos gentem eſſe Slauicam & habuiſſe hoc tempore Ducem, ſeu Regem Boleſlaum. Eodem modo Helmoldus lib. primo cap. 17. & 18. vi-
B ctos Sclauos omnes Henrico ſe ſe dediſſe ſcribit, Iacobus autem Meyrus in Annalibus Flandricis aſſerit, poſt aliquot bella anno 178. Balduinum Flandriæ Comitem, Lotharingiæque Ducem factum beneficiarium Henrici Imperatoris, donoque accepiſſe, quaſi Imperii Germanici Clientem Zelandiæ inſulas Valachias, & Valentianas, quæ videntur magis confirmata inita pace inter Henricum Imperatorem, & Robertum Francorum Regem anno 1023. Rurſus Henricus idem, cum, recepta Italia, quæ poſt obitum Othonis iii. defecerat, coronatus eſſet Imperator, à Benedicto viii. anno 1014. eãdem repetens 1025.
C Apuliam, Capuam, finitimaſque Vrbes cepit, atque ita Regnum Germanicum maxime auxit, & 1024. Conradum Franconiæ Ducem ſibi ſubſtituendum procurauit. Ab hoc debellatos non modo Sclauos, ſed Hungaros etiam vult anno 1029. Sigebertus, collatumque Lotharingiæ, & Moſellanorum Ducatum 1033. Gotheloni, ac poſtero Regnum Burgundionum traditum fuiſſe Conrado à Rege Rodulpho. Ab his non diſſentiunt æquales prope horum temporum ſcriptores, Scafnaburgenſis, & Scotus. Otho Friſigenſis addit lib 6. cap. 27. ab hoc Canrado Poloniam factam tributariam, filioque ipſius Henri-
D co Burgundiæ Regnum relictum, ſimiliter Apuliam, Beneuentum, Capuam, finitimaſque Vrbes ſubactas, ex quo coronatus eſt à Pontifice Romano Imperator. Obiit Conradus anno 1039 relicto ſucceſſore filio ſuo Herico tertio Germaniæ Rege. Qui anno 1042. Hungariam ſibi tributariam fecit. quod notant Sigebertus, Schafnaburgenſis, & Contractus, quos Otho ſequitur. Atque ita his temporibus erant latiſſima Germanici Regni confinia.

Poſt hæc annn 1046 cum Romam veniſſet, coacto aliquorũ Concilio, Gregorium Sextum vito factum Pontificem pronun-

nunciauit, ſede deiecit, Clementem ſecundum deligi curauit, ac, ne inconſulto ipſo Pontifex Romanus conſecraretur, edixit. A

Ex hoc tempore diſceſsit ab obedientia Henrici ſecundi Rex Hungariæ & quamuis multa hinc inde tractata promiſſaque fuerint, nunquam tamen Hungariæ regnum, veluti prius, ſubiici potuit. Similiter Gottefridus Lotharingiæ, Caſſimirus Polonorum, Conraduſque Baioiariorum Duces, ac Sclauorum nonnulli populi ſe ſe ab eodem ſeparauerunt. quæ Hermamnus Contractus horum temporum ſcriptor late perſequitur, ac poſt eos Sigebertus, Scotus, Schafnarburgenſis narrant. B Obiit Henricus anno 1056. Henricum filium quinquennem ſibi ſucceſſorem relinquens, conciſo, vt apparet ex omni parte, Regno. Quod magis eſt adhuc mutilatum, cum ſacrilegia multa hic admittens eſt auſus Gregorio ſeptimo aduerſari, abrogare Pontificatum, bellumque inferre. Hungari namque omnino rebellarunt. Polonorum Dux, vt omne obedientiæ ſignum reiiceret, nomen Regis aſſumpſit. Saxones arma in illum ſumentes Rodulphum ſibi Regem proprium crearunt: & nulla non pars Germanici Regni fuit, quæ non in varias partes diſtraheretur. quæ Scotus, Schafnaburgenſis, Dodechinus, Otho, cæterique late ſcribunt. C Vt omittamus, Sigebertum Regis Henrici ſtudioſum, donec anno 1106. Henricus filius copiis in patrem conductis eum ſpoliauit Imperio, ipſe autem deſtitutus ab omnibus Leodium concedens, curis, & ærumnis confectus, obiit, & inſepultus iacuit. Verum nihilo melior parente fuit Henricus IV. Imperator, quamuis ab initio pietatem præſetulerit. Anno enim IIII. contra omnem fidem Romæ cepit Paſchalem ſecundum, cum Cardinalibus, eumque compulit ſibi concedere inueſtituras, & Imderii Coronam. Poſtea tamen multis in ipſum conſpirantibus, perterritus, anno D 1122. inueſtituris renunciauit, atque ex omni parte mutilatum Imperium relinquens 1126. deceſsit.

Quintum tempus, ab Imperatore Lothario vſque ad Friderici. I. mortem.

MIrum dictu ſit, quam breui Lotharius Imperator Pontificum Romanorum ſtudioſiſsimus Eccleſiaſtico Iuri, ait continuator Sigiberti, deuotus, ac ſacroſanctæ poteſtatis, amplificator, auxerit Germanicum Regnum. Nam, cum iniiſſet illud, eodem, quo Henricus quartus anno migrauit e vita, ac

A ta, ac ſe acerrimum Eccleſiæ defenſorem profeſſus eſſet, Innocentiumque ſecundum, pulſo Anacleto Antipapa, Romam reduxiſſet, in Saxoniam diuertens, inquit Otho Friſingenſis lib. 7. cap. 19. Polonorum Ducem cum multis muneribus obuium habuit, quem tamen non ante dignatus eſt ſuo conſpectui præſentari, quam tributum duodecim annorum, ideſt quingentas libras ad ſingulos annos perſolueret, & de Pomeranis, ac Rugis homagium ſibi faceret, ſubiectionemque perpetuam ſacramento confirmaret: Regemque Daniæ in ſignum ſubiectionis ad decorem Imperialis reuerentiæ gladium ſibi ſub co
B rona, deferri fecit. Atque ab Hungarorum Rege terrore perculſo multa, & magnifica munera ſuſcepit. Hæc Otho. Clarius explicat rem, quantum pertinet ad Regem Daniæ, Helmoldus libro primo cap. li. aſſerens, ipſum Lothario Imperatori hominium, vt loquũtur, feciſſe, ſicut etiam Boemiæ Ducẽ, nondum namque Rex erat, feciſſe narrat Otho lib. i. cap. 20 parte ſecunda. Sic igitur Dania, quæ poſt Othonis primi mortem nunquam Germanico Regi ſubiici voluit, hoc tempore ſeſe illi addixit. Hungaria, & Polonia redierunt ad fidem. Rurſus idem Lotharius Italiam prope deuicit, cum ſecundam pro Inno
C nocentio ſecundo aduerſus Anacletum Antipapam feciſſet expeditionem, in qua Neapolitanum, quod nunc vocatur, Regnum totum armis ſubegit: quod à Caroli Magni obitu nunquam fecerat vllus Imperator, ait Otho. Cumque in conferendo Apuliæ Ducatu lis orta eſſet inter ipſum, & Papam, compoſita eſt diſcordia, vt ambo coniuncti vexillum Ducatus conferrent Duci creando. quod idem auctor refert libri ſeptimi cap. 20.

Sic igitur amplificatum Germaniæ Regnum relinquens Lotharius, eſt defunctus anno 1137. terribilis, inquit Vſpergen-
D ſis, inimicis Dei, & Sanctæ Eccleſiæ, & qui, ait Petrus Damiani, Sacerdotes honorabat, vt Patres. Subſtitutus eſt illi Conradus Gibellinę factionis, atque Henrici quarti ex ſorore nepos, quo imperante Rogerius Siciliæ Rex Neapolitanum Regnum, Germanis expulſis, recepit. mortuus eſt Conradus anno 1152. regnumque excepit Fridericus primus, qui qualis à principio fuerit, ita deſcribitur à Radeuico libri quarti capite octuageſimo: Antelucanus Baſilicam, & Sacerdotum ſuorum cœtus, aut ſolus, aut minimo comitatu expetit, eoſque tam grandi ſedulitate veneratur, vt omnibus Italis erga Epiſcopos

& Clericos ſeruandi honorem,& reuerentiam ipſe formam, & A
exemplum tribuerit, officiis diuinis tantam præbet veneratio nem,vt omnem horam,quæ coram ipſo Deo pſallitur, competenti veneretur ſilentio, neque vllus interim eum audeat de quolibet ſollicitare negotio.& mox. pecuniarum ſuarum decimam Eccleſiis,& Monaſteriis fideliter diuidit.Hæc ille.

Igitur Daniæ Regnum principio ſui regni Fridericus Germanico magis ſubiecit.orta namque de illo controuerſia inter Petrum,& Guuotonem,ambos ad ſe venire præcepit, & Guuo to relictis ſibi quibuſdam Prouinciis regium nomen per porrectum gladium abdicauit. Eſt enim conſuetudo, inquit Ra- B
deuicus,Curiæ,vt Regna per gladium, Prouinciæ per vexillum à Principe tradantur, vel recipiantur. Petrus vero, accepto ab ipſius manu Regno,fidelitate,& hominio eſt obligatus. ita, Corona regni per manum Principis ſibi impoſita, in die ſancto Pentecoſtes, ipſe coronatus gladium Regis ſub corona in-
Lib.2.c.5. cedentis portauit. Hęc Radeuicus. Rurſus hoc defuncto, qui ſubſtitutus eſt,ad eundem Fridericum nuncios miſit,poſtulantes,inquit idem ſcriptor,quatenus inueſtituram de Regno ſuo Regi mittere, atque electionem de ipſo factam ratihabitione
Lib.3.c.24. confirmare dignaretur.exaudiuitque eos Imperator, præbito, C
Lib.3.c.4.
Lib.3.c.11. & accepto ab eis ſacramento iuriſiurandi. Hæc ille. Eodem modo Boleſlaus, Poloniæ Rex, illi obedientiam, tributumque præſtare iurauit. At Labeſlaus ex Duce creatus eſt ab eodem Boemiæ Rex. Amplius autem Stephanus, Viennenſis Archiepiſcopus, Hæc ſunt Radeuici verba, Et Archicancellarius de Burgundia,Heraclius Archiepiſcopus,& Primas Lugdunenſis,Otho Valentinus Epiſcopus,Gaufredus Auenionenſis,& Siluio magnus Princeps, & præpotens de Claria, tunc ad Curiam venientes, Friderico fidelitatem fecerunt,atque hominium,& beneficia ſua de manu illius ſuſceperunt. Arelatenſis D
autem Epiſcopus, & alii omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Primates,& nobiles veniſſent,idemque feciſſent, niſi mora Principem adeundi compendio ſuę breuitatis præſtitiſſet impedimentum. miſſis tamen per honeſtos valde, & induſtrios nuncios litteris,omnimodam ſubiectionē, & debitam fidelitatem Imperio Romano compromiſerunt. Hæc Radeuicus Germanicus ſcriptor. Quæ ſi vera ſunt,latiſſime patuit hoc tempore Imperium Germanicum.

Poſt hæc orta eſt inter Fridericum primum, & Adrianum Ponti-

A Pontificem diſcordia, ob quam non ſatis honorificis verbis ille hunc appellauit, quæ refert Radeuicus. Deinde autem, cum duo creati eſſent Pontifices Romæ, e quibus Alexander, vt verus Pontifex, habuit aduerſarium Fridericum i. fauentem Octauiano, qui ſe victorem nominabat, bellaque inter Pontificē, & Imperatorem plurima, & valde atrocia geſta ſunt, quod hic Papas falſos ab anno 1160. vſque ad 1176. Victorem, Paſchalem, Calixtumque aduerſus Alexandrum tertium tueretur: &, quamuis à principio feliciter procederet, poſtea tamen, turpiter victus ab iis, qui obediebant Alexandro iii. ſuppliciter pa-
B cem petiit, eumque humiliter Venetiis eſt veneratus. Imminutum tamen eſt maxime Germanicum Regnum poſt orta diſſidia inter Pontificem, & Imperatorem. Daniæ namque Rex ab eius obedientia, & auctoritate abſceſsit. quod refert Arnoldus libri tertii capite ſecundo, & Saxo libro xiv. Quidquid præterea potuit in Gallia ad ipſum pertinere, veluti Arelatenſis Regni, aut Burgundi, Prouinciæue membra, id poſtea non legimus illi obediſſe. Cumque Imperator quædam vellet obtinere à Pontifice Lucio iii. haud legitima rurſus inter vtrumque ſimultas eſt orta. & aliqua ille eſt in Papam moli-
C tus, vt idem narrat libri tertii capite decimoſeptimo. Ac tunc Danorum Rex multas oras Germaniæ finitimas ab ipſo auertit, ſibique adiunxit, atque in his Thiethmarſos, vt iidem ſcribunt, donec ille in Orientem pergens, dum lauaret in flumine, aquis abreptus, atque abſorptus, miſerrime interiit, anno 1190. *Ar.l.3.c 20 & ſeq. Saxo lib.xvi.*

Poſt hæc Germanicum Regnum numquam rediit ad amplitudinem primam. Dania namque, Polonia, & Hungaria nunquam leguntur ſe ſe vllo modo ſubieciſſe Imperio, quod quibuſdam quaſi gradibus properauit ad ruinam, quam retardarunt
D quidam Catholicæ religionis ſtudio florentes Imperatores, vt oſtendemus: enumerabimus vero iſtos gradus ruinæ contingentis.

Primuſque eſt, cum Fridericus ſecundus ſic arma in Apoſtolicam Sedem mouit, vt illam funditus euertere habuerit in animo, & omni ope fuerit conatus, atque ita verſibus illis fuerit profeſſus, quos recitat Albericus.

Roma, diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, ac mundi deſinet eſſe caput.

Quocirca, defuncto Cæleſtino quarto, duobus annis Roma-

na Sedes vacauit,detinente plurimos & Cardinales, & Epiſco- A
pos Friderico,qui fecerat eos captiuos anno 1241. ac nihil nõ
molitus eſt, vt Eccleſiaſticam poteſtatem conuelleret. quod
Lib. 19. Sig.8L.c.4. de ſig. Eccl. nos alibi fuſius perſecuti ſumus,& illorum temporum ſcriptores teſtantur. Atque ex hoc tempore Italia in maximam ſe libertatem recepit;atq; a iugo Imperii Germanici ſe ſubduxit. Antea nanq. pleræq. Ciuitates Italiæ vellẽt nollẽt,cogebãtur, vbi Imperator in Italiam veniebat, præſtare omnia ad exercitum neceſſaria,ſoluebantq. quoddã tributi genus, quod fodrum vocabatur, omnes magiſtratus vacabant, omnes dignitates,& vniuerſa ex Imperatoris iudicio tractabantur,vt Otho B
Friſingenſis narrat. Igitur,poſt obitum Friderici,quin, adhuc eo viuente,hæc omnia ceſſauerunt, & Imperio, quod Regibus Germanicis eſt attributum, deceſsit quicquid vi conabantur iſti retinere in regno Neapolitano,Etruſcis,Liguſticis,& Galliæ Ciſalpinæ,Aemiliæ,Flaminiæque plurimis Vrbibus. Idemque contigit de iis, quæ in Gallia tranſalpina Regno Arelatenſi,vt vocabant, aſsignabantur. Amplius autem, Flandri ſe ſe Regibus Galliæ dediderunt, eorumque Curiæ in iure dicendo ſubiecerunt, vt in Annalibus explicat Iacobus Meyerus libro octauo. C

Secundus gradus eſt, cum Ludouicus Bauarus in Ioannem xxii.bella commouit, & aduerſus eum creauit Antipapam Petrum Corbarienſem anno 1327.& omni via conatus eſt illud impietatis decretum ſtabilire,Nihil eſſe iuris Pontifici Romano in profana.quod late Villaneus, temporibus iis æqualis,teſtificatur. Atque ex hoc tempore in multis Italiæ Ciuitatibus excitati Principes, qui, licet feudi Imperialis nomine eas retineant,Imperatori tamen vix aliquid,niſi quatenus libet,eis deferunt. Vt bene ſcribant noſtræ ætatis ſcriptores,Imperii, quod Germanico Regno attribuitur,vix vmbram nunc extare. D
Adde,à Venetis plurimas,ac præcipuas in Gallia Ciſalpina,Foro Iulii,Iſtria,finitimiſque oris Vrbes in poteſtatem ſic adductas, vt Imperatori nihil omnino tribuant. Similiter Heluetii, Raetique pleriq. omnes ab Imperatoris Germanici obedientia deſciuerunt.

Tertius gradus eſt, poſtquam tot hæreſes in Germania ſunt obortæ, vt earum nullus videatur finis. Videmuſque ex hoc tempore abalienatas ab Imperatore multas prouincias, Pruſſiam,Liuoniam,& alias,quin adeo nunc Imperatoris tota poteſtas

A teſtas eſt extenuata, vireſq. omnium Germanorum ſunt acci-
ſæ, vt ad deſperationem res eorum videantur adductæ, ac nihil
aliud, niſi, quam Pontificiæ poteſtati moliebantur hæreſibus ad
dicti ruinam prorſus vltimam, facere, appareatque clariſsime,
à Catholicę religionis cultu fælicitatem temporalium pende-
re. Superſedemus autem recenſendis ſigillatim bonis, maliſ-
ue Germaniæ, tum quod ſint ante oculos omnium, tum quod
nolimus doloris intimi, quo opprimimur, inſpicientes nobiliſ-
ſimæ nationis caſum, vulnera magis refricare.

B *Proponuntur quatuor tempora, ac tres obſernationes, e quibus dignoſcitur, tunc Hiſpaniæ feliciter fuiſſe, cum pietatem germanam magis eſt amplexata, a qua recedens contrarium ſortita eſt.* *Cap. IV.*

NVnc, quando aperuimus quæcunque perti-
nent ad imperia, vel Regna Imperiis ple-
rumque adnexa, percurremus euenta cele-
briorum Europæ totius Regnorum, quæ
poſt Imperii Occidentalis ruinam ſunt ex-
C citata; ac videbimus, quæ ſingulis huiuſmo
di Regnorum prouinciis felicitatis, aut in
felicitatis mala, bonaue acciderint; ac tempora ſigillatim re-
cenſebimus, exordiemurque ab extremis partibus ad Atlanti-
cum Oceanum ſitis, Hiſpania ſcilicet, cujus antiquas clades, &
vaſtitates alibi retulimus.

Primum tempus igitur, quo maxime floruit Hiſpania, fuit,
imperante Theodoſio Magno, ac ſedente per idem tempus
Damaſo, ambobus Hiſpanici generis. Ex antiquis ſane, pri-
miſq. tēporibus Iberi Aſiatici, Turduli, Afri, e quibus geryon,
D fuiſſe dicitur, Hiſpanias tenuerunt, inde à Græcis, Troianis
Tyriis, quin ab ipſo Nabuchodonoſoro, vt Ioſephus libro con-
tra Apionem, mox autem Celtis, vnde Celtiberi, Carthaginen-
ſibus, & Romanis, ſed & variis temporibus occupatæ illius Re-
ligionis fuere à Lydis, Thracibus, Rhodiis, Phrygibus, Cypriis,
Aegyptiis, Mileſiis, Caribus, Lesbiis, Phocenſibus, ſi ſcripto- Fra. Taraph.
ri Hiſpanico credimus. Hæ nanque gentes Imperium Ma-
ris obtinuerunt, vt ex Euſebio conſtat, & Colonias deduxe-
runt. Spartanos denique ipſos nonnulli volunt in intima
Hiſpaniæ peruaſiſſe. Atque ita decem, & nouem nationes ex-

teras illa habuit, à quibus ante Imperium Romanum detenta A
ſuerit: neceſſe eſt autem maximas clades ſubierit, tot exteris in illam irrumpentibus, ac priores incolas, vt nos erat antiquus, exturbantibus, aut in ſeruitutem rapientibus, per annos mille quingentos. tot enim numerant plus minus aliqui ab irruptione Iberorum vſque ad Imperium Romanum. Vnus porro inferiori tempore Tiberius Gracchus dictus eſt à quibuſdam ſubuertiſſe in Hiſpania trecentas Vrbes, vt è Polybio narrat Strabo. quod quamuis ipſe irrideat libro Geographiæ tertio, Florus tamẽ in Epitome ait, in Celtiberia ſola dirutas Vrbes à Tiberio centum quinquaginta: illudque certum, Traiano B
imperante à Romanis euerſam à fundamentis nobiliſſimã Lamacenorũ Vrbẽ, Emporiũque, vt aliqui volunt, Norbeam præterea in Pompeianis, Illiturgium, Caſtulonem, Carthaginem veterem, Numantiam, Iberiam, Bilbilimque, & à Carthaginenſibus Saguntum. Atque, vt omittamus bella à Carthaginenſibus aduerſus Hiſpanos in Hiſpaniæ medio geſta, Romani eos variis prœliis conciderunt per annos ducentos quinquaginta, vt Paterculus teſtatur. Cum vero tot in illam nationes exteræ irruperint, in ea conſederint, Romani eandem ſub Imperium miſerint, Coloniiſque inductis antiquos fundorum do- C
minos plurimis in locis exuerint; Mauri poſt hæc imperante Marco Antonino Hiſpanias prope omnes, inquit Capitolinus, vaſtarint, quos & Bæticam populatos ſcribit Lampridius in vita Seueri Imperatoris, Germanique Gallieno imperante eaſdem diripuerint, quod Eutropius refert, quin illæ ſæpius ab Imperatoribus Romanis vario modo ſint vexatæ, & ſpoliatæ, vt à Caligula, & Galba, qui multas Vrbes Hiſpanicas mœnibus priuauit, Imperante tandem Conſtantino, maximam tranquillitatem, bonorumque temporalium felicitatem nactæ ſunt, ac potitæ plurimos annos. Ad ſummum peruenere, imperante, D
vt diximus, Theodoſio Magno, ac Damaſo Pontifice Romano ſedente, Hiſpanicæ gentis hominibus Religioſiſſimis, & Arianæ hæreſis profligatoribus præcipuis, vt Sozomenus libro ſeptimo, ac Theodoretus quinto nos docent. Imperante quidem Conſtantino, Oſius Epiſcopus Cordubenſis fuit anteſignanus Catholicorum, rectæque fidei propugnator acerrimus. Quocirca Romani Pontificis nomine præſedit Concilio Niceno, celeberrimumque ex eo nomen ipſius eſt apud Eccleſiaſticos ſcriptores.

Ioan. Ger. pard. l. 4. vl.

Excidere

A Excidere a tanta felicitate Hiſpani, qua per ſuæ gentis homines Orbi toti, quoad ſacra, & profana præſederunt, ex quo Priſcillianiſtæ Hæretici religionem maxime in Hiſpania conturbarunt, ac paſſim contaminarunt: quam rem late perſequitur in Hiſtoria ſacra Seuerus Sulpicius. Ac ſub eadem tempora, Seueri, Alani, Vandali, demumque Viſigothi Hiſpanias occuparunt, ac Romanæ libertatis, Imperiique Vrbes occuparunt, ac Regnum Viſigothorum conſtituerunt.

Secundum tempus, ab anno 586. ad 1216.

B

ANno autem quingenteſimo octuageſimo ſexto Recharedus Viſigothorum rex amplexatus eſt Catholicam religionem, Viſigothique omnes eum ſecuti ſunt, ac perſtitere in fide, atque obedientia ſinceræ pietatis, vſque ad annum 702. Tanta autem poſt initum regnum a Recharedo fuit Epiſcopis Catholicis, ac Principibus Hiſpanicis auctoritas attributa, vt ipſi Reges nullam legem ferre, niſi ab Epiſcopis confirmatam, ſolerent, atque, vbi in conſpectu Conciliorum veniebant, ſe ſe humi proſternerent. quod è Conciliis Toletanis nuper editis C apparet. quin Epiſcopi in primis, ac reliqui Proceres eligerent ipſi Reges, qui ab illis vngerentur, neque Regnum iure vllo hæreditario a patribus ad filios tranſmittebatur, quod etiam Vaſæus adnotauit. Sed anno 702. Vitiza Rex publice multas vxores, ac multas concubinas habere cœpit, Sacerdotibuſque ipſis, ac omnibus, vt idem liceret, edixit, neue legibus Pontificiis obedirent. Sinderedum Archiepiſcopum Toletanum deiecit, Oppam fratrem ſubſtituit, Iudæos reuocauit, eos maioribus priuilegiis, quam Eccleſias, ornauit. D quæ Vaſæus idem poſt alios ſcribit. Tenebant his temporibus latiſſime Hiſpanici Reges quidquid eſt a Tingi Africæ Vrbe vſque ad Rhodanum. verum, poſtquam Vitiza hec perpetrauit, neque illi diſſimilis fuit Rodericus ſucceſſor, anno 714. Saraceni euocati a Iuliano quodam Comite, cuius filiæ Rodericus intulerat ſtuprũ, fuſo in acie, peréptoq. Roderico, & exercitu maximo ipſius conciſo, Hiſpaniã prope omnẽ, Galliãq. Narbonenſem, quæ Viſigothis obediebat, occuparũt. Neque ex Hiſpaniæ terminis expelli potuerunt, niſi anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo. collapſas tamen

men Hiſpaniæ res excitauit, ac ſubleuauit, extincto Roderico, Pelagius, filius Paſilæ, Cantabriæ Ducis. Cui ſuccedētes deinde Reges, quamuis euenta varia perpeſſi fuerint, tamen Hiſpaniæ Catholici maiores in diem progreſſus fecere, ac vires ſumpſerunt, non ita tamen. vt ad antiquam felicitatem rediſſe aliquo modo dici poſſent. A

Tertium tempus, ab anno 1216. vſque ad annum 1492.

ANno deinde milleſimo ducenteſimo decimo ſexto Ferdinandus tertius, Alfonſi noni filius, omnium maximam felicitatem reddidit Hiſpanis Catholicis. Nam Saracenos cunctos vel expulit ex Hiſpania tota, vel tributarios fecit, veluti Regem Granatæ vocatum. Tantæ autē virtutis fuit hic Ferdinandus, vt ſanctis adnumeretur. Ipſius res geſtas maxima ex parte deſcribit, qui tum vixit, Rodericus Toletanus, ac proſecutus eſt Sanctius. Hoc autem tempore viuebat S. Dominicus. nam deceſſit anno milleſimo ducenteſimovigeſimo tertio. Vixere S. Antonius Vlyſſiponenſis, aliique multi ſanctitate præſtantes viri. A Dominico præterea eſt inſtitutus, pro tuitione Cathoicæ religionis aduerſus hæreticos, ordo fratrum Prædicatorum. Vt cum maxime floruit in Hiſpania pietas, maxime floruerit etiā felicitas temporalium bonorum. Cum vero Ferdinandus tertius obiiſſet anno 1252. Alfonſuſque illi filius ſucceſſiſſet, hic, quemadmodum valde abſuit à parentis virtute, ſic etiam longe fuit à felicitate. Tantæ enim dicitur elationis fuiſſe, vt inter alia protulerit aliquando illa verba, In Mundo fabricando multo melius fuiſſet, ſi diuinis ipſe conſiliis interfuiſſem. Ita Rodericus Sāctius, qui infortunatiſſimum vocat hunc Regem, à quo non modo Algarbii Regnum datum fuit dotis nomine Luſitanis, ſed etiam Portugalliæ Reges immunes facti ab omni tributo, atque onere Regibus Caſtellæ præſtando. ad quorum ſolennes, publicaſque curias accedere obligati erant, vt idem refert, ac Tarapha. Euentis poſt hæc variis bella geſta ſunt inter Mahometanos, Hiſpanicam terram detinentes, & Catholicos Hiſpanos, ita tamen, vt hi plerumq; victoriam reportarent, paulatimqne ad antiquam, multoque maiorem felicitatem proueherent Hiſpaniæ gentes.

Tol l.9.c.15
Sanct. c.39.

B

C

Rod. San. p 4. c. 4. & 5.

D

Quar-

Quartum tempus, ab anno 1492.

A ANno igitur milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo ad magnam felicitatem rediiſſe Hiſpaniæ Regnũ videtur. Ferdinãdus namque ex illo Mahometanos omnes eiecit, ac paulo poſt Occidentales Indiæ ſunt detectæ, Neapolitanum Regnum acquiſitum, deuolutis deinde ad Auſtriacam familiam Philippũ primum, Carolum quintũ, & Philippũ ſecundum tot, ac tantis regnis eo peruenit Imperium Hiſpanorum, vt eo nullum memoretur extitiſſe ab Orbe condito, ſicuti etiã nullibi prope in Europa magis florere Catholica religio videtur, eiuſque cultus. atque in primis, eodem, quo ad Indias occidentales, B aditus eſt apertus anno, Ferdinandus inſtituit Inquiſitionis ſanctiſsimæ Tribunal, cui vel ipſos Reges ſubiici conſtituit. Ex Hiſpania præterea prodierunt viri ſanctiſsimi, quorum nomina recenſuimus tomo primo de ſignis Eccleſiæ Dei, vbi egimus de ſanctitate Eccleſiæ nunc militantis. Illuſtriſsimi ex his fuere Martinus Valẽtiæ natus, qui cum duodecim ſociis Indias Occidentales petiit, & mirabilia multa effecit. Ex iis fuere Antonius è Nauo, Ferdinandus Corteſius, Bernardinus è Sagunto. Poſt hos eſt Andreas ex Olmo, franciſcus Colmena-

C tius, Franciſcus Solus, Martinus Ieſu, Laurentius è Rapariego, Ioannes Ataidius, Ioannes nauarreſes, Raymundus de Penna Fort, Ludouicus Bertrãdus, nicolaus Factor, Denique Societatis Ieſu Inſtitutor Ignatius Loyola, ex hac ortus Frãciſcus Xauerius. E quibus apparet, quam veriſsimum ſit, de quo diſputamus. Nunc veniamus ad aliquas obſeruationes ad argumentum propoſitum facientes.

Prima Obſeruatio.

TRia potiſsimum contigere, cum, Theodoſio maiore Imperante, ac Damaſo ſedente, Hiſpanici generis vtroque,

D peruenerunt Hiſpaniæ ad maximam felicitatem, quibus religio Catholica maxime eſt ſtabilita per Hiſpanos. Primum quidem, quod Oſius Cordubenſis in Concilio Niceno præſidens, Arianam perfidiam profligauit. Secundum, quod Romani Pontificis auctoritatem firmiſsime ſtabiliuit. Tertium, quod ſacerdotum caſtitas in eodem Cõcilio ſimiliter eſt ſancita, vt ex illo cõſtat. Cũ vero maxime eſt Hiſpania ad infelicitatem maximã depreſſa, Saracenis inuadentibus, iã Viſigothici Reges Vetiza, & rodericus tres hoſce gradus, quibus ad culmẽ felicitatis euecti fuerant Hiſpani, diſiecerant. Nam Viſigothi in Arianam

hæreſim relapſi ſunt. Iccirco Alfonſus, cognomento Catholi- A
cus eſt dictus, cũ regnare cœpiſſet anno 1739. qui eſt poſt irruptionem Sacacenorum vigeſimus ſecundus, quod iterum ſuos ab hæreſi Ariana ad fidem Catholicam reuocaſſet, & Vetiza, cui moribus ſimilem faciunt Rodericum ſucceſſorem, cunctis Sacerdotibus poteſtatem fecit, vt, quot vellent, vxores haberent, ac deniqua vetuit, Ne quis ad Pontificem Romanum poſſet appellare.

Poſt hæc Arabes, Hiſpaniis occupatis, incolas aut miſerrima ſeruitute oppreſſerunt, aut vexare per aliquot ſæcula, B
haud deſtiterunt, à ſumma felicitate deiectos, gradibus deiectis, per quos euecti fuerant ad illam.

Secunda Obſeruatio.

TRia Regna præcipua fuerunt in Hiſpaniis diuiſa inter ſe, Caſtellanum, Aragonenſe, Luſitanicum. E quibus hæc duo Epiſcopis, & Eccleſiæ poteſtati ſic olim detulere, vt Alfonſus primus Portugalliæ Rex ſingulis Epiſcopis ſingulas dederit Vrbes regendas, & Apoſtolicæ Sedi à Regno cenſum ſolui mandarit, atque, vt loquitur Rodericus Toletanus, Regnum cenſuale conſtituerit. Aragonenſe autem Regnum, cum Barchinona, & Nauarra, Caroli Magni Imperatoris, ac Lodouici filii ipſius armis de poteſtate Saracenorum liberatum Regi eodem modo ſanxerunt. quo per Epiſcopos cunctas eorum ciuitates in Capitularibus regi mãdarunt, vt hi ſcilicet cauſas omnes definirẽt, quod infra aperietur. quæ fuerũt ablata Eccleſiis, ac ſecundo ſunt illa loco poſt Caſtellanũ. C

Rod. l. 7. c. 6.

Tertia Obſeruatio.

E Regibus Caſtellæ, vt aliqui numerant quinquaginta, & vno tres tantum narrantur occiſi, Froila primus, Ordonius quartus, Petrus cognomento Crudelis. Et Froila quidem primus à ſuis eſt interfectus, quod Vimaranum fratrem, multis D
uirtutibus excellentem, cunctiſque gratiſſimum, propriis ipſe manibus occidiſſet, non alia de cauſa, niſi quod metueret, ne Populi ad illum deficerent. Ordonius autem quartus cęſus eſt ob multa ſcelera & mala. At Petrus Crudelis non modo ſæuiit in ſuos, ſed in aliquot etiam Præſules ſacros, excomunicatuſque eſt a Pontifice Romano, ac Regno priuatus. Aliqui ſcriptores eum voluut hæreticum fuiſſe: eorumque aſſertio nos aliquando ambiguos effecit. Sed Hiſtorici ætatis illius, Froſſardus, Matthæus Villaneus, quamuis illius vitia ſigillatim recenſeant, nihil tale dicunt. Addunt aliqui, Ferdinandum quartum

Tolet. l. 4. c. 6, l. 3. c. 10. Sanct. p. 4 c. 18.

A tum morte ſubita ſublatum. Nam,cum duos iniuſte mandaſſet
occidi, dicta ab ipſis die, miſerabiliter obiit.

Atque hæc, quantum ad Reges Caſtellæ. Aragonenſium
porro Ranimirus primus à fratre Ferdinando Caſtellæ Rege
eſt interemptus, quod Regnum Nauarræ pręter ius occupaſ-
ſet, occiſo perduellis manu vtriuſque fratre Sanctio. Secun-
dus deinde Aragonenſium Rex Sanctius, cum Garziam patru-
um Nauarræ Regem prelio viciſſet, occidit, & ipſe mox in ob-
ſidione Oſcæ, a Mahometanis perculſus, ſagitta eſt occiſus.
Petrus vero ſecundus, cum Raimundo Albigenſium Hæretico-
B rnm Duci aduerſus Simonem Comitem Montisfortis, opem
tuliſſet, non quod hæreticis faueret, ſed quod occupata ab hoc
aliqua ſua non reſtituerentur, in acie peremptus eſt. Illud me-
morabile ad propoſitum noſtrum, quod de Petro quarto, qui
dictus eſt Cæremonioſus, narratur. Nam citatus ad Chriſti
Tribunal, vt inquit Vaſæus, intra ſexageſimum diem a procu-
ratoribus Eccleſiæ Tarraconenſis, cuius patrimonium per ſum
mum nefas occuparat, ipſo ſexageſimo die, cum nihili faceret
eam citationem, vita migrauit ſic igitur illi occiſi qui mali
erant.

C *Septem tempora, decemque obſeruationes adducuntur, è quibus palam fit, Gallicanæ nationi, ac Regiis eius genealogiis, feliciter feliciter tunc fuiſſe, cum veræ religionis, præfectoque ipſius adhæſit. & ſecus, cum contra.* *Cap. V.*

NASCENTE Chriſtiana religione Galli diuiſi erant in tres nationes, lingua, & moribus differentes, Aquitanos, Belgas, Celtas, qui & Galli dicti ſunt. In ſingulis Vrbibus, Pagis, ac prope domibus erant fa-
D ctiones. Immolabant homines, atque iis complebant immania ſimulacra è viminibus contexta, quæ mox iniecto igne comburebant. in funeribus cremabantur non modo ſerui, quos a dominis dilectos eſſe conſtabat, ſed etiam clientes ipſorum: ad limina domorum ſuſpendebant hoſtium occiſorum capita: quin ex his pocula conficiebant adhibenda in conuiuiis lautioribus; domus ædificabantur cratibus, & paleis: humi cubabant, in ſtramentis edebant, literarum tenuis vſus ipſis erat, doctrinæ liberaliores nullæ. in obſidionibus dicti ſunt quandoque homines publico

decreto comediſſe. Intra Rhenum, & Alpes non erant Vrbes A
centum quinquaginta, quibus & nonnulli vici adnumerabantur. Hæc omnia Caeſar lib.6. Strabo Geographię lib.4.

A Romanis Põtificibus fuiſſe miſſos, qui in Galliis primum Chriſti cultum diſſeminarent, ipſi Gallorum Epiſcopi teſtantur in Epiſtola ad Leonem Magnum, quæ attexitur Concilio Chalcedonenſi, ac nos explicauimus alibi, ſigno de propagatione fidei. Summum certe Galliarum Patronum S. Dionyſium miſſum liquet à S. Clemente Papa, vt Ilduinus in Areopagiticis tradit, & habetur in eius vita.

Ex hoc autem tempore ſublati ſunt efferi illi mores. Adria- B
no nanque imperante deletus eſt mos immolandi homines, vt
Euſ.l.4.c.7. Euſebius libro de præparatione Euangelica ſcribit. Atheniſque relictis, Maſſiliam ſe conferebant Itali, ac Romani ad artes bonas addiſcendas. Hinc Phauorinus, Philoſophus haud ignobilis, e Gallica ſtirpe extitit, de quo ſæpe meminit Gellius. Tota porro natio coiit in vnam, moribus, ac lingua conſentientem. agri, & vrbes magis excoli coeperunt, ob ſtudia pacis, & (quod inter bona humana ſummum exiſtimatur) Antoninus Pius Nemauſi in Gallia natus fuit Imperator totius
Orbis Romani, idem vero amiciſſimus Chriſtianorum, vt ex C
eius reſcriptis, quæ recitat Euſebius, apparet. Sic igitur vna cum Chriſtiana religione incrementum cepit Galliæ felicitas. Paſſa eſt aliquid detrimenti ob crudelitates, ac rapinas atrociſsimas Caligulæ, Claudii, Neronis, Galbæ, Veſpaſiani, ac Domitiani, ſicuti etiam Religio Chriſtiana.

Verum Chriſti cultus maxime eſt vexatus anno Chriſti 170. qui eſt ſeptimus Antonini Philoſophi. ſic enim notauit Euſebius in Chronico: Plurimi in Gallia glorioſe ob Chriſti nomen interfecti: quorum vſque in præſentem diem condita libris certamina perſeuerant. Hæc ille. Eorum nomina recitat Gre- D
gorius Turonẽſis lib. de gloria martyrum cap.49. Atque haud multo poſt innumeræ Borealium gentes irrupere in Galliam, ferro, & igni cuncta vaſtantes. triennio toto eſt pugnatum apud Carnutum, (nunc Ciatres) quod teſtatur ipſe Antoninus in litteris, quas Panuinius refert lib.2. Faſtorum, & Eutropius. lib.8. Reiectæ ſunt tandem vltra Rhenum, & in Germania deuictæ precibus legionis Chriſtianæ, quæ dicta eſt Fulminatrix, vt eſt in litteris illis, ac narrat Euſebius, & Xiphilinus in vita Antonini apud Dionem. tantæ vero erant illæ, vt ſub ſignis ha-

A berent hominum nongenta millia. Atque hoc fit infeſtum Galliarum tempus.

Rurſus illata ſunt multa Gallis damna imperante Commodo, Septimio Seuero, cum bella geſsit aduerſus Albinum. cruentiſsimæque horum ſtrages factæ apud Lugdunum, Caracallaque ſicuti & Chriſtianæ doctrinæ. Sed omnium maxima fuerunt ab anno 255. Valeriani Imperio vſque ad 275. Aureliani tempore, à quibus diriſsimæ omnium tempeſtates in Eccleſiam concitatæ ſunt. Atque his annis maximi exercitus ex Aquilonaribus locis in Gallias irruperunt, liberè il-
B las peruagati, ac prædati ſunt, incendiis omnia ſubuerterunt, ac ſexaginta vrbes nobiliores in poteſtatem redegerunt, multas exciderunt, neque finis eſt factus tantis cladibus, niſi Probo imperante, circiter annum 280. Referunt hæc Vopiſcus in vita Probi, Trebellius in vitis Poſthumorum.

Tranquillitatem poſt hæc aliquam nactæ ſunt Galliæ, vna cum Chriſti cultu, potiſsimum vero imperante Caro, quem volunt aliqui Gallici ſanguinis fuiſſe Narbonæ ortum. Sed anno 286. Maximianus in confinibus Galliæ plurimos Chriſtianos occidit atque in his milites Thebeæ legionis prope Agaunum,
C & finitima loca. Eodemque anno Alemani, Burgundi, Heruli, Chaibones in Gallias irruperunt, & ſequenti Germani, & 291. Franci, iidemque poſtero, & 296. Germani in Lingones, & Vindonenſes, excurſionibus, ac populationibus multis, ferro, ignique plurima euerterunt. finis eſt factus imperante Conſtantio, amiciſsimo Chriſtianorum, qui primus omnium fixas in Gallia ſedes Imperii collocauit, defunctuſque eſt anno 304.

Primum Galliarum tempus, ab anno 304. vſque ad 495.

IGitur Gallia maxime eſt euecta ad omnia bona, & omnem dignitatem, cum Chriſtianæ religioni per Conſtantinum
D Imperatorem pax, & tranquillitas eſt reſtituta. Nam Conſtantius & Conſtantinus vſque ad annum 306. in Galliis conſedere: ſimiliter huius filius, atque illius nepos Conſtans, qui datus eſt Gallis à Conſtantino præfectus Pretorio, qui ſummus erat poſt Imperatorem, neque ab illo dabatur appellatio, eique parebant Hiſpaniæ, ac Britannia. plurimi præterea Gallorum ſunt admiſſi ad alios maximos magiſtratus, veluti Conſulatum, Præfecturam Vrbis, ac ſenatum. Imperii præterea ſedem tenuerunt in Galliis poſt Conſtantem Magnentius, Gratianus, Maximus, Conſtantinus. quin Auitus fuit Occidentis Impera-

tor,

tor, natione Aruernus, inumerique floruerunt in omni genere doctrinarum .quod liquet ex Auſonii ſcriptis, Sidonii Apollinaris, Paulini, Seueri Sulpitii, & aliorum. Vrbes denique ad maximam nobilitatem peruenere, ita vt in comparationem venirent cum pulcherrimis, quę celebrarentur in Africa, Europa, & Aſia, vt ex Auſonii carminibus apparet. Tantæ felicitatis facta eſt iactura ob hæreſes, quæ ſic late excreuerunt inter Gallos, vt Saluianus Maſſilienſis libro 4. de prouidentia teſtetur, in Galliis plures fuiſſe hæreticos, quam Catholicos. Quin Caeſareus Arelatenſis ab obedientia Pontificis Romani diſceſſit, cum foret totius Galliæ Epiſcopus primus: ideoq; auſus eſt Epiſcopos creare, ac deiicere inconſulto Romano Pontifice: aduerſus quē clamant, edita ſanctione, Theodoſius, ac Valentinianus Imperatores, quæ extat in Codice Theodoſiano. Quocirca ſub hæc tempora plurimi Borealium Populi ſæpius in Gallias irrupere, vt late poſt alios exequitur Sigonius libris de Imperio Occidētis, donec ad extremū diuiſa eſt rurſus omnis Gallia in tres, lingua, ac moribus ob diuerſam religionem differentes nationes, vni Imperio non ſubiectas, Burgundos, Viſigothos, Francos: & Burgundi quidem Galliæ Lugdunēſis loca plurima, Viſigothi Narbonenſis, reliqua Franci tenuerunt.

Secundum Galliarum tempus, ab anno 495. vſque ad 750.

ANno 495. Clodoueus à S. Remigio vna cum potiſſima totius Francicæ gentis parte eſt baptizatus, atq. vnctus Rex, profeſſuſque eſt ab illo ſe accipere Galliæ Regnum de auctoritate Romani Pontificis, à quo eligendi, & conſecrandi Regis poteſtas in primis data eſt Archiepiſcopo Rhemenſi, qui eſt Franciæ primus par. Idque in omni Regis conſecratione ille aſſerebat. Ex hoc omnes extirpatæ hæreſes in Gallia, quæ rurſus in vnum coiere, deuictis Burgundis, atque expulſis Viſigothis. Adiecerunt autem Franci, tum Regno Gallico, tum Chriſtianæ Religioni Alemaniam, Thuringiam, Sueuiam, magnam Bauariæ, Saxoniæque partem. Ex ſtirpe autem Clodouei prodierunt duo Reges Sancti, Guntrannus, & Sigibertus, filius Dagoberti. Atque huic ſtirpi, ac per eam ceteris eſt Regibus Frācis diuinitus datum, vt ſtrumas manuum tactu ſanarent. Verum poſt obitum Dagoberti, ac Sigiberti ex ipſo geniti labem cœpit facere hæc felicitas, vna cum pietate Catholica. Nam Clodoueus, Dagoberti filius, vt alia mittamus, tanta fuit audacia, vt brachium S. Dionyſii præciderit. Hinc, in amen-

Papir. Maſſon. in vita Hēr. I lib. 3. Ann.

A in amentiam verſus, miſerabiliter deceſsit. Haud illi diſſimilis fuit Chilpericus. Tantus autem fuit paſſim contemptus ſacrorum, vt à Drogone S. Lambertus Epiſcopus Traiectẽſis occiſus fuerit, & ab Ebroino maiore domus præfecto S. Leodegarius Auguſtodunenſis. At Carolus Martellus, qui pro Regibus cuncta adminiſtrabat, Epiſcopatus, & bona religioſa; quibus volebat profanis militibus elargiebatur, ſacris auferebat. Quamobrem dicitur ad Inferos aſportatus. Ex hoc Phryſii, Saraceni, Vuinidi cuncta in Galliis ferro, & igni vaſtarunt. & quidem Saraceni euocati ab Eudone Duce Aquitaniæ, & Mauritio Du-

Sigiber. Rhigino. Aimoi.

B ce Prouinciæ, Auenionem, Narbonam, Arelate, Nemauſumque occuparunt, præter alias vrbes, & ab anno 719. ad 739. continuatum per eos eſt bellum, cladeſque decennio multæ illatæ: Phryſii vero ab anno 734. idem fecere. Denique Vuinidi vſque ad Senonas cuncta euerterunt. Atque ita per annos viginti quatuor nihil luctuoſum defuit Gallis, omnia plena incendiorum, & cladum; vt viderentur rurſus in tres efferos Populos diuiſi. & ab anno 662. vſque ad 750. perpetua fuere inter proceres Francorũ diſsidia, ac proelia per annos octuaginta octo.

Tertium Galliarum tempus, ab 750. ad 987.

C EMerſit è tantis ruinis Gallia cum Pipinus, & Carolus Manus habuere duo Concilia, præſidente Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, & Apoſtolicæ Sedis Legato, in quibus curarunt, vt Eccleſiis ablata bona redderentur, pietas Catholica reſtitueretur in integrum, ac multa ad id pertinentia perfecere. ac mox de auctoritate Zachariæ Papæ, abdicatus eſt Regno Chilpericus ſtupidus in Monaſterio concluſus, Pipinus vero vnctus eſt Rex anno 750. ab Archiepiſcopo Bonifacio, & ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo rurſus eſt vna cũ filiis Carolo mano, & Carolo coronatus a Stephano Papa, qui in gallias profugerat, vt auxilio iuuaretur aduerſus Aiſtulphũ Regẽ.

D Bis in Italiam Pipinus venit, ac vicit Aiſtulphum Regem Longobardorum, coegitque, vt ablata Pontifici reſtitueret, ac pareret. filius porro ipſius Carolus Magnus eadem molientes Longobardos aduerſus Adrianũ deiecit Imperio Italiæ, & erepta Pontificibus reſtituit, atque iterum Leonem III. defendit ab iniuriis Romanorum, tantæque fuit moderationis, vt ablatam Papæ deſignandi, Epiſcoporumque facultatem noluerit accipere, quin ius dandi beneficia Eccleſiaſtica, & Epiſcopatus capitulis dederit. Quocirca hoc tempore gallici Reges ad ſummum

mum latiſsimarum ditionum,maieſtatiſque ſunt euecti. Nam A
Carolus tenuit Imperio quidquid eſt ab Ibero amne in Hiſpania,vſque ad Viſtulam fluuium Sarmatiæ, quæ nunc Polonia vocatur,Daciam,Mœſiam,Liburniam,Dalmatiamque,præter oppida quædam maritima,cum tota Germania,& Gallia,Italiæ præterea quodcunque eſt vſque ad Apuliæ & Calabriæ extrema, exceptis ditionibus, quæ Pontifici parebant, vt refert in eius vita Eghinartus. Ipſe porro factus eſt Occidentis Imperator, & ad liberos eandem dignitatem tranſmiſit. Pariſienſe, ac Ticinenſe gymnaſium inſtituit. Suum teſtamentum,quo regna inter filios partiebatur,a Pontifice confirmari voluit. E- B
piſcopis ius dedit,vt omnes ipſi cauſas ab omni iudice poſſent auocare,ac definire.

Tantæ felicitatis caſus incepit anno 833. vt apparet e Concilio Aquiſgranenſi,in quo conqueruntur Epiſcopi, a profanis hominibus Iura ſacra vſurpari. idemque conſtat è Conciliis Meldenſi,Sueſſionenſi,Valentino,in quibus aſſeritur, bona ſacra diripi, & auferri Eccleſiis, diſtribui militibus, ac laicis. Quamobrem Northmani, anno 845. ex Aquilonaribus terris exciti,cuncta euerterunt,circa Burdigalam,Sanctonas,Meledunum, Nannetum, Andium,Turonos,Pictauium,Trecas,neque C
ceſſarunt a vaſtitatibus per annos fere centum,donec aſſignatæ ſunt ijs ſedes in locis, quæ ob id Normaniæ nomine modo nuncupantur. Ex his factum, vt multi abſcederent à Chriſti cultu,& iis ſe ſe adiungerent, & in his proceres aliqui. diſſentiebant inter ſe præterea Franci, & Galli electis ex aliena ſtirpe Regibus Odone,Roberto,ac Rodulpho aduerſus Caroli Magni poſteros Reges. Amplius autem fuere, qui Regio nomine Prouinciam,& qui ſimili modo Burgundiã per hęc tempora occuparent. Hinc Germanici Reges poſtea non ſolum Germaniam ſibi omnem arrogarunt,ſed etiam Lotaringiam, Bur- D
gundiam,Regnumque Arelatenſe,cum tota Prouincia,quibus temporibus per diplomata Regia fundi Eccleſiaſtici profanis hominibus aſſignabantur,vt habet Aimoinus lib. 5. cap. 34. & 41.Sic itaque ab hac Caroli Magni agnatione ademptum Regnum multis partibus mutilatum, & languidum ad Hugonem Capetum eſt tranſlatum anno 987.

Quartum Galliarum tempus,ab anno 987.ad 1300.

HVgo Capetus obedientiſsimus fuit Apoſtolicæ Sedi, ita, vt voluerit Archiepiſcopatum Rhemenſem reſtitui Arnulpho-

A nulpho inimiciſſimo ſuo,quamuis eo fuiſſet in Synodo exutus, quod multa contra iuſiurandum machinatus eſſet in Hugonē, vt Regnum Frãciæ rediret ad Lotharium Ducem Lotharingiæ, ad quem iure hæreditario ſpectabat, cum ſolus ſupereſſet è poſteris Caroli Magni: reſtitui autem voluit, quia ſic placuit iuſtis de cauſis Pontifici Romano. idemq. in id præcipue incubuit,vt ablata Eccleſiis, & Eccleſiaſticis hominibus reſtituerentur. quamuis multæ iccirco diſſenſiones oborirentur, ac turbæ. At Robertus,eius filius,primus omnium Regum publicis flāmmis hæreticos nouem comburi iuſsit Aureliis, anno *Bel.l. 3. c.1. & ſeque Papyr. Mal. l. Annali. 3.*

B 1022. ac voluit ipſe adeſſe ſupplicio. tot vero, ac tantis veræ pietatis operibus abundauit, vt in Sanctorum numerum referatur à nonnullis. Hæc autem ſtirps omnium maxime tutata eſt Pontifices Romanos.ea namq. regnante, in Galliā ſe recepe rūt anno 1095.Vrbanus ii.& 1106.Paſchalis ii.& 1118.Gelaſius ii. & 1131. Innocentius ii.& 1146. Eugenius iii, denique Alexander tertius, atque Innocentius iv.qui omnes vel à Gallica natione, uel à Gallicis Regibus protecti fuerunt aduerſus potentiſsimos Reges,& Imperatores, Henricum iii.& iv.Fridericum primū,& ii.Othonem iv. Floruerunt maxima pietate

C Galli, regnantibus Lodouico Sancto, & Carolo Rege Neapolis,Siciliæ,& Hieruſalem.Quocirca temporibus his Galli Normanni tenuerunt Siciliæ, Neapoliſque regnum, tributariumque ſibi fecerunt Tunetenſe,& in Græcia multas Vrbes acquiſiuerunt,quæ omnia deinde Carolus frater S.Ludociui ſibi armis acquiſiuit erepta Manfredo Friderici ii. filio, & adiecit Imperio ſuo nonnullas Vrbes in Syria, cum iure regni Hieroſolymitani. Rurſus iidem Normanni Gallici Angliam ſubiecerunt, ac poſt ipſos Henricus Comes Andegauenſis, cuius poſteri ad noſtra ſæcula peruenerunt. Ab ijſdem Gallis captæ *Colen. l. 4. & 5.* *Polid.Virg.*

D bello plurimæ in Aſia minori regiones,quas Imperatori Conſtantinopolitano ex fœdere Turcis ereptas reſtituerunt, Cilicia, Syriaque, & Hieruſalem Gothifredo Bollione, & Hugone Philippi i. Francorum Regis fratre Ducibus, Cyprus à Luſianianis genere Pictonibus diu poſſeſſa.vt Robertus Monachus in hiſtoria propria, Gulielmus Tyrius narrant.

Ex alia deinde parte Henricus Comes Biſuntinus in Gallia, ex Comitibus Bononiæ Celticæ prognatus, eiuſq. poſteri Luſitaniam Regio titulo,& innumeras in Aſia, Africa, & Indiis ditiones acquiſiuerunt. Vaſæus id ſcribit.

LII Ac

At in Chronico Carolus è liberis Caroli, qui fuit S. Ludouici frater, Hungariam Regio nomine poſſedit. eius autem filius Ludouicus Hungariæ, & Poloniæ Rex fuit. A

Paul. Aemil. in uita S. Lud. Poſtremo Balduinus, Flandriæ Comes, Imperium Conſtantinopolitanum ſibi armis comparauit anno 1200. ac tenuerunt eius ſucceſſores Henricus, Petrus Altiſsiodorenſis, Robertus, & Balduinus ſecundus, e proſapia Hugonis Capeti.

Concidere cœpit tãta felicitas Gallicani Populi circiter annum 1300. cum Philippus Pulcher decimas Eccleſiaſticis fundis, reclamante Pontifice Romano Bonifacio octauo, conatus eſt imponere: Nuncios eius in carcerem coniecit, ipſum denique in cuſtodia detineri Anagniæ procurauit. Quin malis artibus eligi ſtuduit Clementem V. Sedemq. Põtificiam transferri Auenionem, Templariorumque ordinem euerti. Quas ob res ipſe, vna cum tribus liberis, breui eſt extinctus. Quibus Philippus Valeſius ſuccedens, ab Anglis, Eduardo Rege, cruentiſsimo pœlio fuſus eſt. Neque multo poſt, ipſo defuncto, filius Ioannes Rex acie victus, atque vna cum filio Philippo, ac plurimis procerum Francorum captus eſt, atque abductus in Angliam. Anglici porro Reges maximam Regni Francici partem ceperunt: atque ex hoc tempore Reges Franciæ ſe nominant, Liliaque ſuis inſignibus adiungunt. Papirius Maſſonus lib. 4. Polydorus Virgilius lib. 19. hæc tradunt. B C

Quintum Galliarum tempus, ab anno 1367. vſque ad 1419.

IN tanta calamitate iacuit Francicum Regnum, donec anno 1367. Vrbanus V. Romam rediit, ac ſuæ poteſtati reſtituta eſt Apoſtolica Sedes; ſimulque eodem tempore ſumpta ſunt arma à Rege Francorũ Carolo Quinto, qui Sapiẽtis cognomen tulit, aduerſus Petrum cognomẽto Crudelem Caſtellę Regem, quem Clemens V. excommunicauit, ac regno priuauit, miſitq. ille Ioannem Borbonium: quem ſecuta ſunt præter alios prædonum triginta millia, (tot ſcilicet latronibus Gallia ſcatebat, quo tempore illius Reges in Pontificem Romanum fuere iniurioſi) Regno ſpoliatus eſt Petrus Crudelis, ac vita. Subſtitutuſq. illi Henricus frater euectus armis Francorum. Simulatque igitur Francici Reges Pontificiam Sedem iuri ſuo reſtituerunt, arma expediuerunt pro religione Catholica, protinus omnia feliciſsima illis euenere. Bis enim claſsis Anglorum profligata eſt à Francis, Sanctones, Cadurci, Lemouicenſes, Pictones, Aquitani, & cunctæ Vrbes, quæ parebant Anglo, exce- D

ptis

A ptis Nouem populis, Burdigala, Baiona defecerunt, & in fidem Galli ſe contulerunt, ac paulo ante Flandri, ac Burgundi redierunt ad officium Regi Francorum præſtandum, data ſcilicet vxore Philippo, Caroli V. Francorum Regis fratri, Margarita, Flādriæ Comitiſſa, ac defuncti Ducis filia. Quamobrem latiſsime floruit Galliæ Regnum per hæc tempora. Vt non immerito ob hæc omnia Carolus V. omnium primus inter Gallicos Reges cognomine Sapientis apud omnes fuerit honeſtatus. Verū non diu durauit hæc felicitas. Anno enim 1380. cū Romæ creatus eſſet Vrbanus, Gallici Cardinales, cum non ferrent ab ipſo

B deprauatos eorum mores corrigi, facta ſeceſsione Clementem, qui dictus eſt Septimus, Antipapam fecere, Auenionem petierunt. hæſitatum eſt à Carolo V. cuinam foret adhærendū. tandem fuit exceptus Antipapa, eiectus è Regno ſapientiſsimus quiſque, quod Schiſmatico nollet adhærere, ac mox Carolus V. obiit anno 1380. impuberemq. filium Carolum VI. reliquit. hic adultior factus, in furorem incidit. Anglorum Rex Henricus Northmaniam, Rothomagumque cepit: quin, feralibus bellis inter Principes Regii ſanguinis exortis, adduxit in ſuam poteſtatem Pariſios, inſanum Regem, cum coniuge ipſius

C Iſabella, ac filia Catharina, quam ſibi matrimonio copulauit, atque ab impote mentis Rege ſcriptus eſt Frācici regni hæres, eoque ſpoliatus Carolus VII. filius, qui aduerſus Henricum diu bella geſsit: cui fauebat Burgundiæ Dux Philippus, quamuis Regiæ ſtirpis, ac Francorum Regi Carolo VII. agnatus. Igitur, quamdiu ſchiſma durauit à Gallis excitatum, & confirmatum, tamdiu iacuit Gallici Regni vis, ac forma, Sapientis Regis filius factus eſt ſtultus, ex talia bella inter Regem, Principeſque Regii ſanguinis exarſerunt.

Sextum Galliarum tempus, ab anno 1419. vſque ad 1524.

D ANno 1418. in Concilio Conſtantienſi creatus eſt Martinus V. Papa, eique obedierunt tum reliqui omnes, tum vero Francorum Rex Carolus Septimus. Ex hoc felicitas noua Gallico Regno mirabiliter affulſit. extitit nanque Virguncula quædam, Ioanna Tullenſis, quæ ſe cælitus miſſam dicebat ad Gallicum Regnum reſtituendum in antiquam felicitatem. Huic itaque Rex copias tradidit. Ab illa fuſi ſæpius Angli, Northmania recepta, Aquitania, & quicquid in Galliis Angli poſſidebant, excepto Caleto, & aliquot finitimis oppidulis. Capta eſt per inſidias puella, & inaudito crudelitatis exemplo

ab Anglis cremata, quaſi magicis artibus tot egregia patraſſet. Verum Calixti iij. Pontificis iuſſu dati Iudices, examinatique teſtes omni exceptione maiores, acta confecta, ſententiaque lata eſt, ac famæ ſuæ reſtituta eſt puella. Quocirca explodendi omnino ſunt quidam Scriptores nouitij, qui volunt, procerum quorundam Francorum dolis adductam puellam, vt ſe aſſerer... Diuinitus miſſam, quo mirabili ratione excitaret animos languentes, ac poſtratos. hæc nāq; aſſertio eſt contra illius temporis Scriptores: ac merum profecto eſt ſomniū, poſt tot armorum curricula iſtud effutire. Angli certe, tum Gallico nomini, gloriæque infenſiſſimi, non ſunt auſi negare facta illius Virginis fuiſſe ſupra humanas vires: ac, ſi res foret, vt nuper iſti comminiſcuntur, ſine dubio non tacuiſſent Angli. Atque, vt poſſet imponi hac via aliquibus, quo modo puella poterat tam cito edoceri, equis inſidere, eos regere, arma tractare, incurrere in hoſtes, acies inſtruere, nihil ab inimicis extimeſcere, conſilia bellica explicare ac tot, tantaque ad exitum perducere? Cumque hinc inde à Gallis, & Anglis certaretur teſtibus axaminandis, vel in vituperationem, & dedecus Virginis, vel in laudem, gloriamque ipſius, quomodo illa ætate non in lucem prodiſſet ridiculum commentum? Fixum ſit igitur, ſublato ſchiſmate per Gallos conflato, redditaque vero Pontifici obedientia, rediiſſe mirabiliter in antiquum robur, & gloriam Gallicos Reges. Amplificati maxime ſunt, cum Ludouicus xxi. ſuſtulit Pragmaticam Sanctionem, quæ licet aliquid boni contineret, in magnis tamen Pontificiæ poteſtate valde aduerſabatur. atque hoc tempore, cum Carolus Burgundiæ Dux occiſus fuiſſet ad Nanſim, Burgundia rurſus eſt Gallico Regno adiuncta, Atrebates, ac viciniores Belgicæ populi, amplius Angauenſis Comitatus ampliſſimus in Prouincia Renato defuncto, denique Armoricæ Ciuitates ob Annæ matrimonium, quæ primo nupſit Carolo viii. deinde Ludouico xii. His autem regnantibus bis regnum Neapolitanum venit in ipſorum poteſtatem, Semel armis Caroli octaui anno 1494. atque Lodouici xii, adiunctis Hiſpanicorum auxiliis, ac partito cum ipſis Regno. Quin hic diu tenuit Mediolanenſis Ducatus, & Genuenſis Reip. ampliſſimas ditiones. Nauarræ etiam Regnum fuit in poteſtatem Principum Regij ſanguinis Gaſtoni Phoxenſis, Phœbi, & Ioannis Albreti ab anno 1479. ad 1512.

Ruinam ducere cœpit hæc felicitas, cum Lodouicus xii. anno 1512.

A no 1512. arma in Iulium ſecundum ſumpſit, eius exercitum fudit ad rauennam, Piſis Concilium cogere ad eum ſibi ſubiiciendum, vel dignitate, ac poteſtate amouendum procurauit, quod in alia deinde loca tranſtulit. Quamobrem galli ex omnibus Italiæ finibus expulſi ſunt, ſpoliati ab Hiſpanis Regno Nauarræ. Ab Anglis vero nonnullis Vrbibus ad fines Caleti poſitis. Et quamuis poſt obitum Lodouici xii. Franciſcus. 1. conciliato ſibi Leone x. Ducatum Mediolanenſem receperit anno 1515. amiſit tamen, incurrens in offenſionem illius anno 1521. quem rurſus adortus, cum teneretur à Carolo v. qui tum B fœderatus Clementi ſeptimo erat, licet Pontifex in neutram poſtea partem propenderet, captus eſt nihilominus Rex Heroicę ſtirpis, ac mentis, anno 1524. ad Ticinum, in Hiſpaniamque abductus, neque prius eſt libertati reſtitutus, quam cederet multis Regni iuribus, ac ditionibus. Ex hoc autem tempore Flandri, atque adiuncti illis Populi deſierunt appellationes interponere ad ſupremam Regis francorum Curiam.

Septimum tempus, ab anno 1527. vſque ad ætatem noſtram.

LIberatus eſt Franciſcus primus e cuſtodia, ac libertati reſtitutus anno 1527. ac miſit anno 1528. exercitum maxi-C mum in Italiam, cum Clemens vii. obſideretur, direpta iam Roma, in Arce S. Angeli. Intceſſerunt tamen aliquæ offenſiones cum Regibus Francorum, Pontificibuſque Romanis. Vt cum vetuit Henricus ii. ne quis Epiſcoporum Galliæ accederet ad Concilium Tridentinum Iulio iii. ſedente, eiecit e conſpectu ſuo Apoſtolicum nuncium, prohibuit, ne quis Romæ impetraret à Pontifice Eccleſiaſtica beneficia, mitigatis tamen animis reditum eſt ad obedientiam, ac floruit maxime Gallicani Regni gloria, & potentia, adiectæque illi multæ ditiones, & Vrbes: Tullum, Virdunum, Metis, Caletum, depulſique ex D omni prorſus Gallia Angli, qui maxime omnium ſemper Francici Regni, quietem conturbarunt, potentiamque oppreſſerũt, multæ in Inſubribus, ac Ciſalpinis Vrbes acquiſitæ, quarum rerum cum ſit recens memoria, non eſt, quod multis immoremur.

Labefactata eſt hæc felicitas, ac proſtrata ab anno 1561. quo hæretici plurimum valere cœperunt, atque omnia tumultibus, & incendiis miſcere. occaſionem dedit his, quod Reges ad tuendam potentiam ſuam aduerſus æmulos Reges, hæreticorum factiones in Germania fouerũt, eos in Galliis exceperunt,

impe-

impetrarunt à Pontificibus Romanis beneficiorum, dignitatũque Eccleſiaſticarum nominationes. ex quibus accidit, vt per incuriam promouerentur indigniſſimi, ac ſacra omnia deſpicerentur, & proculcarentur, ac ſpecies aliqua, atque vmbra reuerentiæ in Pontificem Romanum retineretur à quibuſdam Catholicis, res, & officia genuina obedientiæ non multi fierent. Hinc clades, & vaſtitates innumeræ, quas continenter deploramus, regno nobiliſſimo illatæ. A

Ex his omnibus apparet, tum Gallico Regno feliciſſimè fuiſſe, cum paritum eſt à Regibus Pontifici Romano. Contra autem contigit, quoties eſt illius auctoritas neglecta, obedientiaque abiecta. Quæ magis adhuc elucescent ex obſeruationibus ſubiectis. B

Prima Obſeruatio.

NEmo Gallicorum Regum, ſi facta ſingulorum ſeparatim cõferamus, aut plura geſsit pro Sedis Pontificiæ dignitate, aut plura largitus eſt illi, & Eccleſiaſtico ſtatui, quam Carolus Magnus, vt e ſuperioribus apparet: ac nemo vel illo latius inter eos eſt dominatus, aut felicior fuit: vt eſt notum.

Secunda Obſeruatio.

CVm tres agnationes Regum Galliarum regno ſint potitæ, tunc earum quælibet latius eſt dominata, ac felicior fuiſſe videtur, cum magis Catholicæ religioni fauit, ac Pontificiæ poteſtati. De Carolo Magno iam vidimus. Clodouei progenies maxime floruit Dagoberto regnante. Hic Gallias omnes, a Pyreneis vſque ad Rhenum tenuit: propterea vero cuncta Germaniæ loca vſque ad Albim, & extremos Bauariæ fines, quin Slauis trans Albim impoſuit tributum. quocirca nemo ante imperiũ latiores ditiones habuit, nemo poſt imperium vſque ad Carolum Magnum. Fuit autem Dagobertus Sancti Arnulphi, Epiſcopi Metenſis, alumnus, eique obedijt, quandiu vixit ille. poſt eius obitum prolapſus eſt in multa, neque mediocria ſcelera. reſipuit: & innumera pietatis opera ad expiandas admiſſorum criminum culpas edidit. huic filius fuit Sigibertus Sãctis adſcriptus, & Auſtraſiorũ Rex. Vgonis Capeti genus ampliſsime imperauit. S. Ludouico regnante, cum frater eius Carolus arma pro Pontificibus Romanis aduerſus Mãfredum ſumpſit, ac ſibi acquiſiuit Neapolis, ac Siciliæ Regnum multas in Epiro, Achaia, Peloponneſoque Vrbes, Tunetenſe Regnum ſibi tributarium fecit, atque aliquot Vrbes in Syria, C D

cum

A cum Regni Hieroſolymitani iure. Rurſus eodem tempore Robertus, ac Balduinus ſecundus ex eodem ſanguine Imperium Conſtantinopolitanum tenebant. Numquam vel antea, vel poſtea fuere huic ſtirpi Imperii maiora confinia. Sic ex ea nūquam fuit, qui S. Lodouicum pietate ſuperaret, fratremque haberet tantæ religionis excellentia florentem, quanta erat Carolus, aut agnatum, qualis extitit Robertus, omnes maxime pii. Atque ita, vt apparet, tres agnationes, Clodouei, Pipini, & Hugonis Capeti, tunc latiſsime imperarunt, cum maxime Pontificibus Romanis ſtuduerunt.

Tertia Obſeruatio.

B EX his porro tribus agnationibus omnium diutiſsime regnauit, Hugonis Capeti, Proſapia, quæ iam durat ſuper annos ſexcentos, veluti neque vlla, aut crebrius, aut periculoſius pro Romani Pontificis auctoritate aduerſus potentiſsimos Reges, & Imperatores pugnauit, verbi gratia Lodouicus Craſſus pro Gelaſio, & aduerſus Henricum iv. & Henricum Angliæ Regem, Lodouicus ſeptimus aduerſus Fridericum v. Daniæque & Boemiæ Reges pro Alexandro iii. Philippus Auguſtus aduerſus Othonem iv. & Ioannem Angliæ Regem C pro Innocentio iii. Lodouicus Leo aduerſus plurimos Principes Albigenſes, S. Ludouicus aduerſus Fridericum ii. pro Innocentio iv. Idem cum Carolo fratre aduerſus Manfredum Neapolis, ac Siciliæ Regnum. Caroli deinde huius liberi, atque ipſius conſanguinei aduerſus Lodouicum Bauarum. Sic etiam nulla agnatio tot Reges edidit, qui remotiores expeditiones pro amplificatione religionis Chriſtanæ ſuſceperint, quot Hugonis Capeti, e qua Philippus Auguſtus, Lodouicus ſeptimus, & S. Lodouicus in Orientem cum maximis exercitibus perrexerunt aduerſus Mahometanos, quibus adnumerantur alii mul D ti, qui Regis Francorum nomen haud tulere, ſed ex eadem ſunt familia, atque ad eadem bella ſunt profecti.

Conſtat itaque, huic agnationi meritò datum, vt omnium diutiſsime in Gallijs regnarit, quod ſcilicet adeo fauerit Pontificibus Romanis, eorumque ſiue Chriſti religioni. Quin nullo in Regno, quod fuerit ita celebre & potens, memoratur vlla agnatio tandiu regnaſſe, niſi fabulas, quas alibi confutauimus, amplecti velimus.

Quar-

Quarta Obſeruatio.

A

Regiæ ſtirpes Clodouei, & Pipini tum defecerunt, cum manus iniecere in Eccleſiaſtica bona, eorumque diſtributionem transferre ad ſe contenderunt. quod ſupra vidimus, vt cognoſcamus, agnationum Regiarum fælicitatem potiſsimum pendere a pietate, & ſincera religione, quæ ſacra ſacris, profana profanis adminiſtranda relinquit, neque vtramque confundit.

Quinta Obſeruatio.

Caroli Magni agnatio breuiori tempore imperauit, quam Clodouei, & Hugonis Capeti. Eademque, vt apparet, poſt obitum Caroli Magni, ac Lodouici Pii ſtatim proſiluit ad ſacra tractanda, & Eccleſiaſticorum iurium, redituumque diſtributionem, qui hominibus etiam laicis attribuebantur. quod liquet è Concilio Aquiſgranenſi, ſupra adducto, quod eſt habitum anno 833. quando Caroli Magni Nepos è Lodouico Pio Lotharius Italiæ Rex, anno 825. ſanxit, ne Pontifex Romanus conſecraretur, niſi præſentibus Regis Legatis, quamuis ad vitandos tumultus aſſeratur id factum, & conſentiente Pontifice Romano: vt Sigonius refert. B

Sexta Obſeruatio.

Ex hac Caroli Magni familia, quæ ex aliis omnibus breuius regnauit, nemo extitit Rex, aut Regina, quæ ſanctis fuerit adſcripta: at è Clodouei duę Reginæ extiterunt Clodouei Coniux Clothildis, & Chilperici Radegundis, Duo ſimiliter Reges ſuperis adnumerati Guntranus, ac Sigibertus. At e conſanguinitate Hugonis orti S. Lodouicus Rex, & alter Lodouicus Epiſcopus Toloſatium: nonnulli addunt, Robertum Regem filium Hugonis. Sic itaque eluceſcit cauſa diuina, Cur hæ diutius Regiam poteſtatem retinuerint, illa breuius. C

Septima Obſeruatio.

In poſteritate Hugoni Capeti illud contigit ſemper, vt Pater Filio ac per hunc Nepoti regnum traderet, atque ita Regum ſucceſſio in liberis recta linea continuaretur. Quater hic ordo e interruptus, ac neceſſe fuit ad alios agnatos ex linea tranſuerſa venientes incurrere. Primum in poſteritate Philippi Pulchri, qui manus iniecit in Pontificem Romanum Bonifacium octauum, ac Sedem Pontificiam curauit Auenionē transferri, reditus Eccleſiaſticos pro libito tentauit adminiſtrare. Atque ita ipſius, ac liberorum ſomnium potius, quam D

vitam

A vitam fuiſſe tradit, Petrarcha, qui horum temporum fuit æqualis, neque his Nepotes fuerunt. Secundum in Carolo octauo, qui contra Romani Pontificis edicta intulit arma Italiæ. Tertium in Lodouico xii. qui Concilium cogere aduerſus Iulium ii. bello aggredi illius ditiones eſt auſus. Quartum in Henrici ſecundi filijs, quibus regnantibus Eccleſiaſtica benecia ex ipſorum nominationibus diſtributa, & longe in alios vſus, quam religioſos, commiſſa & data.

Octauo Obſeruatio.

B Illud eſt admirabile, per annos mille, ac centum nunquam ferro hoſtili fuiſſe vllum Galliæ totius Regem peremptum, niſi vnum. Henricus enim ſecundus à non volente eſt occiſus. Hoc vero eſt multo mirabilius, cum Gallici Reges pugnaciſſimi ſemper fuerint, ac prope in perpetuis bellis. Eorum vero, qui non toti Galliæ præfuerint, ſed alicui parti tres memorantur. Clodamirus Aurelianenſium Rex, Chilpericus Sueſſionenſium, Sigibertus Mediomatricum. & quidem Clodamirus S, Sigiſmundum, cum coniuge, ac liberis in puteum proiici iuſſit. Chilpericus hæreticus Sabellianus fuit, quod Gregorius Turonenſis ſcribit. Denique Sigibertus; cum bellum moueret C in fratrem, neque ad monita S. Germani vellet deſiſtere ab impio facinore, vti ſanctus prædixerat, cõminatuſque erat, eſt occiſus. Conſtat igitur, eos interfectos, qui fuerint alicuius impietatis præcipue rei, vt ſciamus à pietate Catholica pendere fælicitatem Francici Regni.

Nona Obſeruatio.

Quoties Reges Francorum miſerunt copias in Italiam, quibus opem ferrent auctoritati Pontificiæ, religioniue Catholicæ, felices plerunque exitus ſortiti ſunt, & Imperia magna compararunt, contra, vbi Pontifice non adſentiente. exemD plis id fit manifeſtiſſimum. Pipinus enim primum, deinde Carolus Magnus accerſiti a Pontificibus Romanis aduerſus Longobardos Italiæ Regnum ſibi, ac poſteris acquiſiuerunt, ac tenuere ab anno 774. vſque ad 888. cum Carolus Craſſus eſt Imperio ſpoliatus per annos centum quatuordecim. Rurſus Carolus S. Lodouici frater accitus ab ijſdem Pontificibus Regnũ Neapolis acquiſiuit anno 1295. tenuerunt eius poſteri vſque ad 1434. per annos centum ſexaginta nouem, ad quam ſane annorum ſummam neque Germani, neque Hiſpani, qui tenuerũt illud, peruenere. Germani enim cepere anno 1195. ſunt expul-

ſi 1295.tenuerunt annis 130. Hiſpani habuerunt anno 1442. A
tenuere 154.qui tamen aliquãdo à Francis expulſi ſunt. vt mit
tamus,à Ferdinando Rege iunctis Gallis eiectum Fridericum
anno 1502.adhuc autem cum galli amiſerunt illud, ſæpius La-
diſlao, & Ioanna Secunda regnantibus arma in Pontifices Ro-
manos,eorumque ditiones illata ſunt,quin ab hac Hiſpani ad-
uocati,& immiſſi in ipſum Regnum,cum fuit adoptatus Alfon
ſus Aragonenſis a Ioanna. Sic itaque proſpere Francorum res
proceſſerunt,cum tutati ſunt Romanos Pontifices in Italia;ſe-
cus,vbi ſecus egerunt.quod quoties euenerit,Italus Poeta ver-
ſibus Etruſcis eſt late complexus. B

Verum enimuero, cum ſæpius Gallicani Populi felicitas, &
quælibet ſors variarit,eo,quẽ recenſuimus,modo, Illud tamen
eſt clariſſimum,poſt exhibitam Pontifici Romano obedientiã,
cultumque Chriſti traditum per eos,quos ipſi miſerunt,ad ma
xima bona euectam Galliam, quot, & quanta nunquam potuit
obtinere ab exordio generis humani vſque ad Catholicam re-
ligionem inter Gallos diſſeminatam:& tamen ab hoc tempore
vſque ad nos haud numerantur, niſi mille quingenti anni:at à
Mundi creatione ad illud tempus,quo Chriſti cultus eſt a Gal-
lis exceptus,quater mille,ac plures. Nam,quæ litterarum ſtu- C
dia floruerunt tot ſæculis in Gallia?qui litterati fuerunt?edan-
tur eorum nomina.quæ liberales diſciplinæ?enumerentur,quę
ſo,ſingulæ'& producatur aliquid ad eas pertinens,in Galliis o-
lim,vel tenuiſſime cognitum.quæ Gymnaſia doctrinarum,qua
lia nunc paſſim celebrantur in nobiliſſimo Regno? Nam,quid
de magnitudine Vrbium dicemus, quando Lutetia veniat nũc
in comparatione omnium, quæ ſunt in Orbe, at prius tamen
erat vicus inſulæ,quam Sequana circumfluit? Quid de tot Vr-
bium frequentia,magnificentiſsimis ædificiis,baſilicis,tẽplis?
Recenſeantur ex antiquis Regiæ ſtirpes, & comparentur ijs, D
quæ poſt Clodouerem fuerunt in Gallia, nominentur Proce-
rum, nobiliumque poſteritates, quales nunc innumeræ ſe ex-
tollunt. Affinitates omnium Regnm, qui ſint aliquo nomine,
conſanguinitateſque,e quibus prodiere omnium maximi Re-
ges,& Imperatores, qui fuerint in Orbe. Num præteribimus
tot Pontifices Summos,qui toti Orbi Catholico ius dederunt,
e quibus fuere aliquot excellenti ſanctitudine? Num tot Im-
peratores præclariſſimos, qui Occidentale, & Orientale Im-
perium tenuerunt?Num Regna à Gallis,& Francis in remotiſ

ſimis

A ſimis regionibus parta,& excitata, vſque ad Antipodas extremos? Num tot virorum,feminarumque cœtus, qui ſuperis aſcripti,anniuerſario cultu cæleſtes honores toto Orbe Catholi lico per tot ſæcula meruerunt. Hæc igitur omnia ſi accipiantur, ac fiat comparatio noui Galliarum ſtatus cum antiquo, dilucide cognoſcemus,prius eas in vniuerſum fuiſſe inſtar dumeti horrentis, & ſqualidi, e cuius tamen ſolo aliquid floſculi pulchrioris extaret,nunc inſtar horti amoeniſsimi,& in omnibus omnino exculti.

Quid autem per hæreticos,& in Romanum Pontificem con B tumaces, contendit, ageretue cum illa Dæmon? Quod cum Græcia, Africa, Aegypto, Syriaque, & Aſia, quæ diſcedentes ab obedientia Romani Pontificis in ſummum ſqualorem,barbariemque extincta omni nobilitate, ac decore peruenerunt. cum proſpera videntur impiis per aliquod curriculũ tẽporis euenire,eueniunt, vt in ſublimiora elati, maiori deinde ruina alliſi,ad terram conterantur:vt Oſtrogothis,& Vandalis,& huiuſmodi reliquis ad internecionem deletis contigiſſe ſcimus.

Decima Obſeruatio.

SEd nihil æque atrox in ſtirpe Hugonis Capeti euenit,ac po C ſteritati Caroli ſecundi Regis Neapolis. Nam, cum ſemper illa floruiſſet,atque hic nouem filios mares poſt obitum reliquiſſet,Carolum Martellum Regem Hũgariæ, S. Lodouicum Epiſcopum Tholoſæ, Robertum Regem Neapolis, Philippum Tarenti Principem, Ioannem Achaiæ, Lodouicum Dyrachii Ducem,Petrum Grauinæ, Triſtanum, Ramundum, quid non maxime longæuum ſperari poterat e tam fæcunda Sobole? & tamen cum Roberto defuncto Ioanna ipſius filia peſsimum ſchiſma conflauit anno 1378. aduerſus Vrbanum vi. Sic bellis inteſtinis poſt multas Pontificibus illatas iniurias lacerata D corruit, vt breui illa euanuerit. Vt enim mittamus,a Ioanna i. ſtrangulatum Andræam maritum, atque a Ludouico Hungariæ Rege interemptum Carolum Dyrachii Ducem agnationis eiuſdem, Carolus Andrææ filius Neapolitanum Regnum nactus ipſam Ioannam 1. Sororemque Mariam necauit. Cumque hic Vrbano vi.in multis illuſiſſet,cumque in cuſtodia detinuiſſet,quin conſpiraſſet in ipſum, iuſſu Eliſabethæ Hungaricæ cognatæ ſuæ eſt interemptus. At Ladiſlaus Carolo iij.ſuccedens cum plurima mala in Pontifices Romanos machinatus eſſet, veneno amaſiæ dictus eſt periiſſe. Vltima om-

Co. l. 5 Erà l. 10. c. 13. & ſeq. in Me

nium Ioanna ii. perpetuis agnatorum bellis conflictata, ac dolore abſumpta periit anno 1434. ac finis tam nobili Proſapiæ factus eſt: quæ quãdiu ſumpſit arma pro Pontificibus Romanis regnantibus duobus Carolis, ac Roberto, non modo Neapolitanum Regnum, multa Græciæ loca, Hungariamque cum ſubiectis illi ditionibus continuit Imperio, ſed maximam præterea Italiæ reliquæ partem recepit in fidem ſuam, atque inter alias Vrbes Florentiam, & Genuam. Cum vero deſciuit ab obedientia Pontifici Romano debita, ad internecionem cœdibus inteſtinis dilaniata properauit. A

B

Regni Anglici, Britanniæque quinque tempora afferuntur. ſeptemque Obſeruationes ſubiiciuntur, e quibus manifeſtum fit, tunc feliciter illi fuiſſe, cum veræ religioni fauit, ac Pontifici Summo. Cap. VI.

BRitanniæ, quæ ob Anglos deinde eſt Anglia vocata, qui fuerit antiquus ſtatus, antequam Caeſar ad eam nauigaſſet, non aliunde melius expiſcari poſſumus, quam ex ipſius Cõmentariis. Nam quantum ad mores, & religionem, videtur antiqui Britanni eadem ſecuti, quæ Galli. Quantum vero ad temporalium felicitatem, loco longe deteriori fuerunt illi. Quod ex eodem Strabone, Melaque, & patrio ſcriptore Gilda apparet, & alibi fuſius diximus. liberaliores enim diſciplinas ignorabant, terram non colebant, in nemoribus ſubter frondoſos ramos habitabant. Sed, ex quo Romani occuparunt Inſulam, melioribus quidem moribus exculti ſunt incolæ illius, multas tamen à Nerone, ac Seuero clades acceperunt, vt è Dione apparet. Illata eſt in eam Chriſtiana religio maxime anno centeſimo octuageſimo ſecundo per Fugatium, & Damianum, quos eo miſerat Roma Eleutherius Papa, ac tum multi Britannorum fidẽ Chriſtianam ſunt amplexati, aduerſus quam bellum commouit acerbiſſimum Diocletianus, ac multos martyres effecit, qui maximam temporalium bonorum ciuibus ſuis, ſibi æternorum, cæleſtiumque felicitatem proprio ſanguine pepererunt. C D

Cæſ. lib. 5. Strab lib. 4. Mel 3. c vl. de ſign. Eccl. l. 22. c. 6. ſig. 93.

Primum

A *Primum Tempus, ab anno 304.*

PRimum tempus eſt igitur, quo Britannia maxime floruit, temporalium bonorum felicitate eſt ab anno 304. quo Diocletianus Imperium depoſuit, & Conſtantius Auguſtus, Conſtantini pater Hiſpaniam, Gallias, Britãniamq. Imperio tenuit, ac moderatiſſime gubernauit diuitiis, inquit Eutropius, Prouincialium, ac priuatorum ſtudens. Cumque Britannia à Carauſio, ac deinde Allecto fuiſſet occupata, iis peremptis, eã quiete moderatus eſt, in illa filium Conſtantinum ſuſcepit, ex Helena filia Coylli Britannorum Reguli. Quocirca Conſtan-
B tinus in Britannia natus, ac Britannica matre, in eademque Poly. l. 2. & 3. Inſula creatus Imperator, vt omnibus illa bonis ob id excelleret, fuit in cauſa, terrãq. natalem haud dubie magnitudinis ſuę gloriæ, inquit Polydorus, participẽ effecit. ac proinde honore, auctoritate, atque dignitate longe beatiſſima erat, atq; ita permanſit, imperantibus Conſtantino, Conſtãtinique patre, ac filio Conſtante, Iuliano, & Gratiano vſque ad annum 383. quo Maximus Britanniæ præpoſitus, Britannorumque innumeras ſecũ copias ducens, arrepta iam Tyrannide Gratianum Lugduni extinxit. Ac videri potuiſſet Britannia ad ſummum felici-
C tatis temporalis perueniſſe imperante Maximo, quod Britannorum plurimos apud ſe haberet, niſi anno 388. interfectus ipſe, & ſequenti Victor ipſius filius fuiſſet, ac deletus exercitus Britannorum. Exin, inquit Gildas, Britannia omni armato milite, militaribus copiis, rectoribus licet immanibus, ingẽti iuuentute ſpoliata, (quæ comitata veſtigia ſupradicti Tyranni Maximi domum nunquam vltra rediit) & omnis belli vſu penitus ignara duabus primum gentibus tranſmarinis vehementer ſæuis Scotorum a Circio, Pictorum ab Aquilone Gil. c. 11.
D calcabilis, multos ſtupet, gemitque annos. Hæc Gildas, qui paulo ſuperius, quaſi allaturus infelicitatis huiuſmodi cauſam. Sic, inquit, Ariana perfidia, atrox ceu anguis tranſmarina nobis euomens venena, fratres in vnum habitantes exitiabiliter fecit diſiungi, ac ſic quaſi via facta trans Oceanum omnes omnino beſtiæ feræ mortiferum cuiuſlibet hæreſeos (nota hæc verba) virus horrido ore vibrantes letalia dentium vulnera, patriæ noui ſemper aliquid audire volẽti, & nihil certe ſtabiliter obtinenti infigebant. Hæc ille. Ex hoc igitur tempore Britannia, hæreſibus variis infecta, ſic eſt depreſſa, vt anno 448. Angli aduerſus Pictos è Scythia Boreali, & Scotos ex Hibernia pro-

fectos

fectos à Britannis euocati Inſulam ceperint; in eius angulum, A
priſcos incolas concluſerint, qui Vuallia dictus, Incolæque di-
cti Vualli. Ad tantam vero vaſtitatem redegerunt Angli Bri-
tanniam, vt, viginti & octo nobiliſsimis Vrbibus dirutis, & in-
numeris Caſtellis, tempore Iuſtiniani Imperatoris Incolæ in
tuguriis, ac virgeis caſis vna cum pecoribus habitarent. quod
Iornandes libro de rebus Geticis affirmat. Sic verò hæreſibus
Britanni, qui ſeceſſerant in extremas Inſulæ partes, contami-
Beda. l. 2. ci nati ſunt, vt referat Beda, non potuiſſe ab illis abduci per Augu
hiſto. Eccl. ſtinum, qui ad Chriſti cultum perduxit Anglos, quamuis ad
eas confutãdas cæco lumẽ reſtituiſſet, facta ſponſione cum iis, B
vt, ſi per ipſum lucem cæcus recepiſſet, Catholico ſe cultui
redderent. Erant autem, quo tempore Auguſtinus in Britan-
niam venit, Angli ſeptem Regibus ſubiecti, per quos ſeptem
Regna conſtituebantur. Appulit vero Auguſtinus in Angliam
Chriſti anno ſexcenteſimo tertio, cum vaſtitatibus, & cladibus
innumeris illa afflicta eſſet.

Secundum tempus, ab anno octingenteſimo vſque ad annum 1042.

ANno octingẽteſimo, cum iam Chriſti cultus in Britannia
receptus eſſet inter Anglos, paucißimique è Britannis
Polyd. l. 6. antiquis iam ſupereſſent. Egbertus, Inſulę prope totius, ea par C
te excepta, quæ in Septẽtrionem procurrens, à Scotis nomen
accepit, Imperium ad ſe vnum redegit, Angliamque nomina-
ri mandauit. Multis hic modis à Polydoro laudatur. Atque ex
hoc tempore coeperunt maxime ad felicitatem reſurgere, qui
tenebant inſulam, temporaliumque bonorum felicitatem reci
pere. Quocirca idem ſcriptor ætatem virilem Regni Anglici
vult exordium cœpiſſe Egberto regnante, & amplius centum
ſeptuaginta quinque annos duraſſe vſque ad S. Eduardum Mar-
tyrem: quo temporis interuallo imperarunt ex ordine, poſt
Egbertum, Etheluolphus, Ethelbaldus, Ethelbertus, Ethelre- D
dus, Alfredus, Edouardus I. Adelſtanus, Edmundus, Eldredus,
Eduinus, Edgarus, cui ſucceſsit Eduardus ſecundus Sanctus,
ac martyr. Ex his Etheluolphus Romam venit, ſcholamque
in Vrbe Anglorum condidit, & vectigalem fecit Inſulam Pon-
tifici Romano, cum iam Rex Ina Inſulæ partem feciſſet. Alfre-
dus autem filius ipſius, ac nepos Egberti, Romam voti cauſa
profectus, ab Adriano ſecundo corona Regia voluit honeſtari
anno octingenteſimo ſexageſimo ſecundo. Virilem porro, ma-
turamque ætatem Regni Anglici ſcribit Polydorus fuiſſe Adel

ſtano

A ſtano regnante, Alfredi nepote: qua tempeſtate, inquit ille, fuerunt viri doctrina & ſanctitate clari, Firtheſtanus Vintonienſis Epiſcopus, ac Vulſtanus Eboracenſis Archiepiſcopus, quem Rex Adelſtanus, ob ſingularem eius animi virtutem, vitæquæ ſplendorem, vnice amauit. Atque hucuſque felicitas Anglici Regni. Poſt hæc, Eduinus Rex Edouardi primi ex Edmundo filio nepos, conſanguineæ ſtuprum intulit, Dunſtanumque Abbatem, virum ſanctum, quod ipſum redargueret erroris, ablegauit. quæ res fuit in cauſa, vt Regno priuaretur, eiq; ſufficeretur Edgarus, atque huic Edouardus filius, quem ſancti-

B monia florentem curauit interfici nouerca Alfreda, ſubſtituique Etheldredum, necis fraternæ conſcium. Hunc Dunſtanus Archiepiſcopus Regem ſacrare omnio recuſabat, coactuſque id fecit, quod ad Regnum per cædem fratris optimi veniſſet homoque eſſet vecors, & amator luxus. ob id prædixit ille futurum, vt Populus Anglicus amiſſa libertate, pœnas miſerabiles daret. Quod ſane ita contigit. Nam Sueno, ac poſt eum Canutus, Haraldus, & alter Canutus Daniæ Reges, Inſulam viginti quatuor annis tenuerunt, Imperioque duriſsimo illius incolas oppreſſere, vſque ad annum milleſimum quadrageſimũ

C ſecundum.

Tertium tempus, ab anno 1042. ad 1154.

Reſtituit poſt aliquod tempus Angliæ priſtinam felicitatem S. Edouardus, veræ pietatis obſeruantiſsimus, expulſis enim Danis, Anglos Anglus ipſe, Regij generis progenies, pacatiſsime eſt moderatus, atque æquiſsime: ac nulla illos domi ſeditio, nullumque ab exteris bellum turbauit. Verum, defuncto Edouardo, Anglia perpetuis motibus per annos multos eſt agitata, & concuſſa. Haraldus enim ſtirpis Anglicæ, Regiæque, iuramento ſe ſe aſtrinxerat Gulielmo, qui dictus eſt

D cognomento Conquæſtor, Normaniæ Duci gente Normanica Eduardi Regis affini, hæredique ex teſtamento Angliæ Regnum ſe ſe illi ceſſurum; quod cum contra iuriſiurandi religionem nõ præſtaret, bella exitiabiliſsima ſunt orta, in quibus Araldus ipſe, Anglorumque Principes ſummi aut interfecti, aut acti in exilium, vel denique miſerabiliter oppreſsi, leges duriſsimæ Anglis præſcriptæ, tributa grauiſsima impoſita a Gulielmo Rufo, & Henrico primo. His defunctis, Stephanus ex Adela filia Gulielmi primi nepos, homo Gallici generis, Angliæ Rex factus, in Anglia continuis eſt bellis vexatus. Idemque

que cōtigit ipſius ſucceſſori Henrico II. Henrici I. ex Mathildi filia nepoti. Quamobrē ſic in Stephani vita Polydorus; cū Anglia tam multos annos inteſtinis motibus fluctuaret, eſſentq. matres familias paſſim violatæ, virgines raptæ, tēpla ſpoliata, villæ, & oppida direpta, greges ouium, reliquiq. pecoris cæſi, in quibus potiſsimū populi vita cōſiſtit, homines ſine numero interfecti, Deus tandem voluit tot miſerijs Anglos liberare, quarū iam vicinas gentes mirum in modū miſerebat: &, quia omnis mali cauſa Stephanus erat, qui confidenter in alienas fortunas inuaſerat, iccirco fecit, vt ille pacem concupiſceret. Hæc ille. Sedenim, quemadmodum Gulielmus primus in res ſacras aliquando iniurioſus fuit, ita multo magis ſecundus. Nam ſic Neubrigenſis, Rex autem Gulielmus, prolongans iniquitatem ſibi, & in exitium proprium contra ſtimulum calcitrans, venerabilem Anſelmum, cum modeſtia eum corripientem, & enormia, quæ ab eo, vel ſub eo gerebantur, corrigere volentem, non pertulit, ſed ſpoliatum rebus fere omnibus, tanquam Regno contrarium, ab Anglia expulit. Hæc ille. qui deinde, referens, Gulielmum ſagitta occiſum, ſubijcit: Completumque in eo eſt illud, Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum, ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius. De Stephano autem, ſucceſſore Rufi, ſic idem. Poſt hæc Rex, Oxenefordiæ conſtitutus, peſſimis conſiliis eſt deprauatus, vt, Eccleſiaſticorum virorum inhiādo pecunijs, impias eis manus inijceret, &, ſacris nō deferendo ordinibus, perſonæ Regiæ inexpiabilem næuum inureret. Hæc de Stephano, qui deceſſit anno 1154.

Quartum tempus, ab anno 1154. vſque ad 1399.

HEnricus ſecundus, quod aduerſus Thomā virū ſanctiſſimū Archiepiſcopum Cantuarienſem fuerit iniurioſus, & occaſionem dederit aliquam, vt interficeretur, impius hac parte habetur, quamuis expiare admiſſum delictum multis modis contenderit: ſimiliter, quod Epiſcopatuum vacantium reditus in fiſcum redigeret, atque iccirco eos vacare diu permitteret. Nihilominus viros, inquit Neubrigenſis, religioſos ſpecialiter honorauit, & res eorum æquo cum ſuis dominijs iure conſeruari præcepit. Quamobrem poſteri quidem ipſius varijs ſemper caſibus, & ærumnis afflictati ſunt, & plerique, vt prędixerat S. Bernardus, occiſi domeſticis inſidijs, ac bellis, ipſe autem filijs ad hoſtes transfugientibus, bellaque commouentibus eſt

bus eſt

A bus eſt afflictatus intra ipſius Angliæ fines. Anglicanum tamen Regnum ſe ſe attollere, eo viuente, ad magnam felicitatem cœpit, quam nactum eſt ſummam Richardo ipſius filio regnante. Nam, cum foret Henricus Normaniæ, Bononiæque Dux, acceſſit ad Anglicanum Regnum, tanti Ducatus potentia: ipſe præterea Hyberniam magna ex pacte ſubegit, concedente id Pontifice Romano, ad quem ſpectabat inſula illa, quod Hyberni à recta pietate in plurimis diſcederent, vt eſt auctor Polydorus in vita ipſius. Cumbriam ſimiliter, Nothumbriã- *Lib.13.* que Scotorum Regi eripuit, & hunc captum iurare in verba
B ſua coegit. At Richardus eius filius ex hereditate materna præterea dominatus eſt Cenomanis, Turonis, Aquitanis; & quamuis Philippus Galliarum Rex adduxiſſet in ſuam poteſtatem Cenomanos, ac Turonos, recepit tamen eos Richardus, ita vt præter memoratos, Britanniam, cuius Dux erat frater Arthurus, Pictoneſque, Bononienſes Andegauenſes Imperio contineret, atque, vt erat ardoris bellici Dux, Orientem petens, Cyprum inuaſit, quod Choniatas teſtatur, eamque ſubegit, Guidoni Luſiniano vendidit, eius loco Iura, Titulumque Regni Hieroſolymitani recipiens. Re-
C uerſuſq. ex illa expeditione, Aruernos, Vaſconeſque in Gallia ſibi ſubegit, ac talis denique fuit, vt auſus fuerit de illo Polydorus aſſerere, cunctis examinatis, aut omnino nulla, aut puſilla in eo vitia fuiſſe. Non ita Ioannes, Richardi frater, ac ſucceſſor, a quo impium decretum manauit, vt, qui Romam proficiſceretur, hoſtis eſſet, Monachoſque Cantaurienſes egit in exilium, quod Epiſcopum Cantaurienſem legiſſent. Ob id Innocentius Pontifex Ioannem Regno priuauit, cui iam prope omnia Galliarum Rex abſtulerat in Gallijs poſita. Hyberni defecerant, bellumque Scotus intulerat. abſolutus ab excomunica
D tione Ioannes, & ad obedientiã rediens aliqua recepit, à ſacrilegijs tamen adhuc abſtinuit, bellaq. intima à Gallorũ, Scotorũque Regibus in Anglia perpeſſus, veneno creditur obijſſe, trãſmiſſo ad poſteros Regno vndique conciſo, ac mutilato. Ioanni ſuffectus eſt anno 1217. Henricus iii. cultor religionis, inquit Polydorus, & aduerſus inopes liberalis. Huic Edoardus, ex hac ſtirpe primus, religionis, ait idem, ſtudioſiſsimus. His admodum diſsimilis memoratur fuiſſe Edouardus ii. quem deuium tradit ille, præcipitemq. nihil non præpoſtere egiſſe. quo circa Scoti eo regnante ſe in libertatem receperunt, ac mul-

ta Anglis damna intulere, ipſe vero Edouardus, ſuorum bellis A exagitatus, a proprio filio captus, & in cuſtodiam miſſus eſt, in qua, veru per clunes adacto, transfixus, interiit. Edouardus autem, filius ex ordine tertius, patris excipiens Imperium, multis virtutibus excelluit. Quãobrem, celeberrimis victoriis vſus, Ioannẽ Galliæ regem acie ſuperatum cepit, ac, pace facta, eoque dimiſſo, multa in Gallis recuperauit. Verum nihil firmum fuit. Nam paulo poſt Pictones, Aquitani, Britannanique prope omnes ad Galliæ regem defecerunt, quo iam tempore Edouardus legem promulgari ſtudebat, ne quis à pontifice romano beneficia Eccleſiaſtica impetraret, neq; ad illum cauſas, B niſi per appellationem, deferret, quæ quidem lata eſt, appoſitaque immanis pœna non obſeruantibus. Ac, duobus poſt hæc annis vita defunctus, ſucceſſorem filium Richardum reliquit, qui variis domeſticorum bellis vexatus, & in acie captus ab Henrico quarto Sobrino, hnic regnum conceſſit, ac fame necatus obiit, Gallicanis quidem rebus ad Angliæ regnum ſpectantibus omnino acciſis, ac prope funditus euerſis anno. 1399.

Quintum tempus, ab anno 1399. ad ætatem noſtram.

INciderat iam maxima in Eccleſia Dei ſeceſsio. Gallici enim quidam Cardinales, coniuratione aduerſus Vrbanum C ſextum facta, falſum Pontificem crearunt, qui ſe Clementem ſeptimum vocauit. adhæſit huic Galliæ Rex Carolus quintus ac ſextus; Vero autem rex Angliæ cum ſuis. Quo tempore maxima pars Galliarum venit in Angli poteſtatem, vnam cum Rege Carolo ſexto, filiaqoe ipſius Catharina, quæ Henrico quinto nupta: Regnique Gallicani ſucceſſio poſt obitum Caroli ſexti patris in dotem data, quamuis ſuperſtes eſſet filius Carolus, qui ſeptimus, eſt vocatus Tunc etiam, propter huiuſmodi pacta regni adminiſtrationẽ ſuſcepit Anglus, ac Frãciæ, ſiue Galliarũ Regẽs eſt appellatus, ac plerique Galliarum proceres in ipſius verba iurarunt. Quamobrem, cum Lutetia, cum primariis Regni Vrbibus. obediret Anglo, ſolique ex illuſtribus Bituriges D Franco, hinc factum, vt hic Biturigum rex, ille autem Galliæ nuncuparetur, atque ita quamuis Anglus pontifici romano, ſacrorum ſummo Præfecto, plurimũ iuris, vt ſupra afferebamus, ademerit, cum tamen verum, non falſum ſecutus fuerit, Gallus autem falſum fouerit ante omnes, Hinc euenit, vt Deus Anglo magis, quam Gallo, fauerit. poſtquam vero Schiſma eſt ſublatum anno 1418. mirabili modo recreatæ ſunt res Gallici Re-

gis.

A gis. Obiit namque Henricus quintus non ſine veneni ſuſpicione, vir, inquit Polydorus, quo nemo animi celſitate, & magnitudine, ac virtute, clarior natus, nemo pietate præſtantior. ſucceſsitque illi filius Henricus ſextus anno 1423. bellis autem magis in diem ſæuientibus inter Gallos, & Anglos anno 1429. puella quædam Ioanna, vti ſupra memorabamus, extitit, quæ ſe diuinitus miſſam dicens, arma tractãs, aciem ducens, prœlio ſæpe Anglos deuicit, ac breui maxima patrauit. Ex eo tota fere Gallia ſunt exacti Angli. anno enim 1451. Normania tota à Gallo eſt adducta in poteſtatem, poſt annos triginta, quam
B Henricus quintus Angliæ Rex eam ceperat, Aquitania ſimiliter anno 1452. illi ceſsit poſt annos ducentos nonaginta noue, quam Henricus ſecundus illam nomine dotis Eleonoræ vxoris acceperat poſsidendam, ac poſt annos ducentos viginti duos, quam Henricus tertius Ioanni Patri ademptam receperat. Quæ notauit Polydorus. Poſt hæc ab Edouardo quarto Henricus ſextus Regno ſpoliatus eſt, quod viri ſapientes, inquit idem ſcriptor, diuinæ iuſtitiæ adſcribendum iam tum exiſtimarunt quod Regnum ab Henrico quarto, ſexti Henrici auo, per vim quæſitum non potuiſſet perdiu ab ea poſsideri familia, atque *Lib. 23. in Henr. 6.*
C ita aui peccatum ad nepotes redundaſſe. Hæc ille. Fuit autem moribus admodum ſanctis Henricus ſextus, magnaque incuria contigit, vt libri de imperio Virtutis primi capite quarto Henricus hic appoſitus fuerit veluti ſimulator, cum fuerit apponẽdus Richardus tertius, & tamen flagitioſe dicitur interẽptus ſextus. Quocirca Diuina vltione exigente eius ſucceſſorẽ, qui eripuit ipſi Regnum, Edouardum quartum veneno interiſſe creditum fuit, eiuſdemq. filii per ſummum ſcelus à Richardo tertio fratre, qui Regnum inuaſit, ſunt interfecti, ipſe autem peremptus in prœlio ab Henrico ſeptimo, Henrici ſexti
D nepote, ex Edmũdo patre vterino ſeptimo. ſubſtitutus eſt filius Henricus octauus, qui, cum virtutibus multis ab initio præſtaret, mox, Annæ Boloniæ flagitioſo amore irretitus, miſerrime incidit in hæreſim, cancroq. depaſtus, obiens, Eduardum reliquit heredem, qui cum foret hæreticus, ſicuti & Pater, hæreſibus Angliam totam corrupit, ac veneno, vt Lazius teſtatur, eſt à Duce Northumbriæ ſublatus: Huic ſucceſsit Maria: Catholica illa quidem, ſed quæ Anglis imperaret, maxima ex parte pietatem Catholicam ſimulantibus, hæreſique variæ occulte addictis, in quam meditabantur aperte erumpere, vbi illa

deceſsiſſet. quo tempore exacti è Galiis, & continenti terra Angli omnes, amiſſo Caleto, qui defuncta Maria prodierunt in hæreſes patentes, ſubſtitutaque Eliſabetha, in Catholicos Anglos acerbiſsimum bellũ concitarunt: ac nunc videntur ſibi gna temporalium felicitate perfrui.neque vident,quam miſere exciderint ab illa olim Britanni antiqui imperante Maximo inuadentibus Anglis Inſulam hæreſibus contaminatam: quam miſere Angli ceciderint, cum Rex in Dunſtanum fuit iniurioſus,ac factus eſt per Anglos, aduerſante Dunſtano rex, qui fratrem peremerat.Et mox Dani ſæuiſsimo dominatu oppreſſerunt Anglos. Non vident item,quod, cum,contra iuriſiurãdi religionem, Sanctique Edouardi propoſitum, fauerunt Haraldo,& aduerſati ſunt Northmannis, hos irritatos dominoſq. duriſsimos perpeti ſint compulſi,Inſula ab ipſis occupata.Non vident ſimiliter, hos ob ſacrilegia, & iniurias Catholicis illatas concidiſſe, ac Francis Inſulam ceſsiſſe. quibus tum feliciſſime fuit,cum pietatem Catholicam ſunt ampſexati,vti fecere Richardus,Henricus tertius,atque Edouardus primus:non ita, cum lex auctoritati pontificiæ aduerſaria promulgata eſt. Denique cum pro vero pontifice aduerſus Gallos falſo Pontifici ſtudentes, ſteterunt, tunc maxime ſunt amplificati,& euecti; conciderunt autem, cum Galli reſipuerunt, Et adhuc ſtabat lex Pontificiæ poteſtatis inimica,atque hæreſes paulatim furtimq. in Inſulam prorepſerunt.Nunc aliqua adhuc ad idem argumentum ſpectantia diſcutiamus.

Prima Obſeruatio.

CVm poſt Romanos Britanniam tenuerint Angli, Dani, Northmani,Francique,aut Galli, numquam maiores illa clades,ac vaſtitates eſt perpeſſa, quam cum, varijs hæreſibus contaminata ab Anglis eſt occupata. Tunc enim dirutæ omnes vrbes,& caſtella,ita,vt in virgeis caſis homines habitarẽt. quod Ioannes libro de Geticis rebus tradit.ſic etiam nunquam magis ad internecionem deleti Britanni,vt ex Beda ſupra refe rebamus. Nam & ex illo tempore vſque ad Henricum octauum numquam magis inſula hæreſibus eſt infecta,ac ſceleribus alijs,quæ Gildas proprio libro deplorat: atque ita maiori delicto maior pœna reſpondet.

Secunda Obſeruatio.

CVm ſanctiſſimus vir Thomas Cantuarienſis ab Henrico ſecũdo exagitaretur, atque ex eius dictis arripuerint ſceleſti

leſti anſam,hominis illius occidendi, contra Henrici volunta-
A tem,qui multis modis expiare ſi quid admiſiſſet in eum crimi-
nis eſt conatus,prædixiſſetque S. Bernardus, fore, vt poſteritas
Henrici ſecundi inter ſe perpetua bella exerceret, mirum ſit,
fere protinus id poſt obitum Henrici contigiſſe. Ioannes nam-
que ipſius filius, Arthurum ex fratre nepotem, ad quem Regnũ
ſpectare dicebatur, regnandi cauſa interfici curauit. quod in-
eius vita refert Polydorus; atque, vt videbimus, numquam gla-
dius hoſtilis e manu agnationis iſtius potuit auferri.

Tertia Obſeruatio.

QVocirca ex Henrico tertio, Ioannis huius filio, atque ex
B eo ſecundi nepoti, prodierunt duæ familiæ, quarum alte-
ri rubra, alteri vero alba roſa fuit inſigne, quæ perpetuis inter
ſe diſſidiis digladiatæ ſunt, agnatique inuicem ſe e Regno ex-
pulerunt, ac vita ſpoliarunt. alterius, princeps fuit Edouardus,
Henrici patris ſucceſſor; alterius autem, frater iſtius Edmun-
dus, ambo geniti eodem parente.

Quarta Obſeruatio.

OB id Henricus quartus, ex Edmundi ſtirpe ortus, Richar-
dum ſecundum e nepotibus Edouardi bello captum, car-
C cereque incluſum, fame enecauit, Regnumque inuaſit: Edouar-
dus autem quartus e genere Edouardi Henricum ſextum ſolio
deiecit, ac cepit, qui in carcere mox eſt interfectus, donec Edo-
uardi genus ab Henrico ſeptimo, per affinitatẽ genus ducente,
ab Edmundo eſt exturbatum.

Quinta Obſeruatio.

SEd enim nati adhuc ex eadem familia, ſiue rubræ, ſiue albæ
roſæ, ſæuius inter ſe forſan pugnaſſe videbuntur, atque ob
regnandi cupidinem nihili iura cũcta feciſſe. Edouardus enim
ſecundus, Henrici tertij ex Edouardo primo nepos, à propria
coniuge, filioque ipſius Edouardo iii. captus, & in cuſtodiã tra-
D ditus veru ſcribitur per clunes adacto transfixus. At Richar-
dus tertius, cum tutor eſſet filiorum Edouardi quarti fratris,
eos per ſummum ſcelus interfecit, vt in ſe Regnum tranſferret.
quod fecit, quamuis ab Henrico ſeptimo ſit ipſe poſtea ne-
catus.

Sexta Obſeruatio.

QVamobrem, cum Reges decem numerentur ex agnatio-
ne Henrici ſecundi poſt illum, Richardus primus, Ioan-
nes, Henricus iii. Edouardus primus, Edouardus ii. Edouardus
iii. Richardus ii. Henricus ſextus, Edouardus iv. Richardus iii.

ex his

ex his occiſi ſex feruntur, Ioannes veneno, Edouardus ii. veru transfixus, Richardus ii. fame, Henricus vi. gladio, Edouardus iv. veneno, Richardus tertius ferro. A

Septima Obſeruatio.

OMnium diutiſſime regnarunt Henricus tertius annis quinquaginta ſex, Edouardus iii. quinquaginta & vno. Et Henricum quidem tertium ſic laudat Polydorus, quod cultor religionis eſſet; atque aduerſus inopes liberalis, Edouardum vero iii. his verbis: Huic regi inquit, ingenium fuit prouidum, perſpicax, ac mite. nihil porro non ſapienter, non conſiderate B agebat: & homo permodeſtus, ac frugi, illos ſumme diligebat, honoribuſque ornabat, & amplificabat; qui probitate, modeſtia, ac vitæ innocentia alios antecederent. Hæc ille. Sic itaque e cœtu bonorum fuerunt, qui diutiſſime imperarunt. Omnium porro breuiſſime dominatus eſt Richardus, qui, nepotibus trucidatis, Regnum inuaſit, atque annis duobus haud integris tenuit. Atque ita in eadem Regum ſucceſsione boni diutius, quam mali imperarunt. Vt enim quiſpiam bonus breuius, quam malus aliquis; tamen, qui longiſſime, bonus. C

Dania tribus temporibus maxime præſtitit temporalium bonorum felicitate, quibus amplexata eſt maxime ſinceram pietatem. Cap. VII.

ANgliam ſequetur Dania, non admodum lato mari diuiſa, cuius antiquiſſimas res deſcribit Saxo: quamuis eum labi putemus in aſſerendis quibuſdam nimium vetuſtis. ad hanc itaque veluti viciniorem tranſeamus, eius tempora feliciora recenſentes. D

Primum tempus, Chanuto regnante, anno milleſimo poſt ortum Chriſti.

CHanutus omnium maxime prouexit ad ſummam felicitatem Daniæ Regnum. late enim victor cum ſuis Danis imperio continuit non modo patriam terram, ſed Angliam quoque, & Noruegiam, fæliciſsimuſque, ac religioſiſſimus ſimul fuit. Quamobrem ſic de illo Saxo libro decimo: Hunc Chanutus exilium habuit, quo nemo noſtrorum Regum, tametſi plura alii victoriis illuſtrauerint, ſplendidior fuit. Adeo enim operum eius magnitudinem propitiæ famæ fides auxerat, vt,

quos

A quos rerum geſtarum gloriæ pares habuerat, amplitudine cla-
ritatis excellat. Cumque aliorum ſplendorem ignorantiæ ob-
ſcuritas, ac vetuſtatis rubigo perdederit, huius decus longa fa-
mæ vſurpatione ſubmiſſum perpetuis memoriæ fructibus reui
reſcit. Si quidem, ſanctitate, ac fortitudine inſtructiſſimus, non
minus religionem, quam regnum proferre, curæ habuit. Quip-
pe cum bellicis late titulis inclaruiſſet, placidiore ſtudio vſus,
ex fiſco ſuo compluribus in locis priuatorum clericorum con-
uictu inſtituto, cellularum frequentiam nouis conuenticulis
auxit, ſacrorumq; venerationem, quam maximam ſemper exhi
B buerat, Regiarum opum impendio ſtipendiis multiplicauit,
Monachalem quoque ordinem vberiorem reliquit, ne ferociæ
propior, quam pietatis officiis, videretur, æquam ſibi vtriuſque
laudem adiicere cupiens. Hæc Saxo. Subiecit autem ſibi An-
gliam Chanutus, cum S. Edouardus à ſuis eſt interfectus, vlti-
moque ſupplicio interfectores ipſius affecit. Quamobrem ſic
de illo Polydorus: Chanuto paulo ante mortem nihil alienius
fuit, quam extrinſecus, aut bene, aut male viuendi ſuſpenſas ha
bere rationes: quippe qui non aliunde, quam ex pietate, pende
bat: id quod præcipue demonſtrat eius facinus, cum primum
C memorabile. ſane vſu ita venit, vt animi cauſa aliquando ſecun
dum Oceani littus, haud procul a Huthantonenſi portu ambu-
lauerit, ibique per otium à milite auribus ſeruiente appellatus
ſit rex regum longe omnium potentiſsimus, qui hominibus,
qui mari, qui terræ imperitaret: tum ille, tacitus, animo repen
te ad Dei potentiam contemplandam erecto, vt ſuorum vanas
aſſentationes aliquo argumento coargueret, veſtem exuit, ac
ea globum fecit, ſuperque ſedit quam proxime aquam; æſtu
tum forte ex alto ſe incitante, ac inquit: Vnda, tibi iubeo, vt ne
pedes meos tangas. quæ vbi eſt fatus, ſuis demirantibus, quate-
D nus iſta faceret, vnda inſurgens totum madefecit. Tum, illa
retro progreſſa, En, inquit, Principes, vocatis me Regem, qui
hanc paruulam vndam meo imperio cohibere, vel remorari ne
queo? Nullus nempe mortalium eſt tali nomine dignus, eſt Rex
vnus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo ille regnat,
cuius nutu cuncta reguntur: hunc veneremur, hunc Regem ap-
pellemus, hunc Regum, hunc Populorum omniũ dominũ, hunc
Cæli, Terræ Maris rectorem non ſolum confiteamur, ſed etiã
profiteamur, præterea neminem. Poſt hæc, Vintoniam pro-
fectus, coronam, quam geſtabat, capiti ſimulacri Chriſti Cru-
cifixi,

cifixi, qnod in templo Apoſtolorum Petri, & Pauli pendebat, A ſuis manibus impoſuit, nunquã poſt hac eiuſmodi ornamento capitis vſus inſigni. Hæc Polydorus. Defuncto Chanuto, concidere cœpit Daniæ Regnum, Chanuto tertio, Magno, Suenone ſecundo, Haraldoq. quinto ex ipſius ſtirpe prognatis imperantibus. Nam Sueno, contra iuriſiurandi religionem, bellum Magno conſobrino mouit. Reiectus eſt ac victus, eo tamen defuncto regnum inuaſit: & quamuis operum propriorum ſtudioſus fuerit, luxui contra deditus, ac libidinibus, inceſtas nuptias eſt amplexatus, a quibus vix receſſit, Epiſcoporum primo contemptis monitis, deinde auditis: quibus poſtea ſic paruit, vt in B magnæ felicitatis tranquillitate Regnum Daniæ, Noruegiæque gubernarit. Cui ſucceſſit deſes atq; iners filius Haraldus. Huic ſubſtitutus eſt Chanutus quartus, ſanctitate præſtans, ac Sanctis aſcriptus, qui Danico Curorum, Sembonum, & Eſtonum Regna adiecit, Antiſtitibus primas in cõſeſsibus, & honoribus inter Principes aſsiguari conſtituit, decimas eis ſolui. Quas ob res odia multorum ſubiit, ſuorumq. fratrũ machinationibus impiis eſt interfectus, ac miraculis multis illuſtratus, in sãctos eſt relatus. Ex illo res Danicæ vehementer afflictæ, ac prope funditus euerſæ ſunt, domeſticis, exteriſque hoſtium bellis C miſerrime dilaniatæ. Nam breui tempore ſex hi Reges inter ſe plerumque pugnãtes imperarunt, Olauus, S. Chanuti frater, & parricida, Henricus ſecũdus ſimiliter, & Nicolaus, eiuſdem Chanuti fratres. Henricus tertius ſecundi filius, & huius frater Sueno.

Saxo l. 11.

Secundum tempus,

A Vualdemaro Chanuti filio, qui dictus eſt cognomento Magnus, ad Vualdemarum tertium.

RES poſt iſtos Danicas maxime ſubleuauit, atque amplificauit Vualdemarus, S. Chanuti filius, pietate, religione, D ac meritis ſui parentis. Nam Regna diuiſa in vnũm coniunxit, Rugiam, Vuandaliamque magna ex parte deuicit, ac Daniæ ſubiecit; ac fælix, ſi varios ſuperiorum caſus, atque ærumnas inſpicias, dicendus, quamuis & primis, & extremis annis aliquid aduerſi paſſus fuerit, Regnum tamen potentiſsimum poſteritati ſuæ reliquit, Friderico primo imperante. Defuncto Vualdemaro, ſubſtitutus eſt filius Chanutus Danorum, Vandalorumq. Rex, ac Nordalbingiæ Dominus. Verũ, defuncto hoc, eiuſque filio Chanuto quinto, & Vualdemaro ſecundo, quem

non

A nonnulli volunt Vualdemaro natum, alii Chanuto quinto, diſcordiæ domeſticæ inter Henricum quartum, Abelem & Chriſtophorum primum, mox Henricum quintum, ſextum, & Chriſtophorum ſecundum tot, ac tantæ exortæ ſunt, vt Regnũ miſerrime conciſum diu iacuerit, ac plurima ſit detrimenta perpeſſum, Vuandalis deſciſcentibus, Scania, Noruegiaque iampridem amiſſa. Atque hæc non ob aliam cauſam, niſi quòd parum pii Reges, in ſemetipſos, ſuoſque agnatos obliti præcepta ſacroſanctæ religionis arma acciperent, ac ſæuirent.

Tertium tempus, a Vualdemaro tertio, vſque ad Chriſtiernum
B *Secundum.*

VVaLdemarus Rex, ab initio vna cum Patre in magnas eſt adductus anguſtias. diu namq; exul vitam traduxit, quãdiu Lodouico Bauaro Pontificiæ poteſtatis inimico fauit aduerſus Carolum quartum verum Imperatorem. Sed, vbi ab illo diſceſſit, huic adhæſit, maximam tranquillitatem nactus, Gotlandiam regnis auitis adiunxit, ac pietate adductus Auenionẽ venit ad Pontificem Romanum. Succeſſit illi, cum deceſſiſſet anno 1375. Margarita filia, quæ nupta Aquino Noruegiæ Regi, ſuſceptoque filio Olauo, qui non multo poſt obitum patris
C eſt mortuus, Regnum Noruegiæ tenuit, mox capto Alberto Rege, Sueciꝗ regnum priſtinis adiecit: atque ita nunquã poſt Chanutum primum magis Dania floruit, quàm Margarita fæmina regnante, tanti generis illuſtriſsimo ornamento, quæ, cum ſine filijs eſſet, adoptauit ſibi Pomeraniæ Ducem. Deceſsit hic anno 1438. abiectis ob inteſtina diſſidia trium regnorum curis. Quocirca à trium regnorum proceribus eſt delectus Chriſtophorus, ex Bauariæ Ducibus ortum ducens. Eodemque abſque prole defuncto, delectus eſt Chriſtiernus Aldeburgenſis, qui tria Regna moderaretur: cui Fridericus Imperator Ducatum
D Holſatiæ, Stormatiæ, & Thietmarſiæ ſubiecit: atque ita tribus regnis eſt hæc facta adiectio. Idem Rex Chriſtiernus Romam, pietatis cauſa, ad Sixtum quartum venit, Apoſtolorumque limina inuiſit: Sueci tamen ei, Thiethmarſiq. non omnino paruerunt. Succeſſit huic filius Ioannes anno 1481. Cui ſubſtitutus Chriſtianus ſecundus è Regibus primus fuit, qui Lutheranis adhærens, ab auita religione deſciſceret, ac proinde deſciſcentibus ab eo Suecis ipſe cum ſuis regno expulſus, mox captus, caueaque ferrea incluſus, miſerrime vitã migrauit. Atque ex hoc Suecia ſe ſe prorſus à Daniæ Regibus diſiunxit: hique

hæreſibus adhæſerunt: Chriſtianus ſcilicet tertius, Fridericus A
ſecundus, & Chriſtianus quartus. Sic igitur, quoties Danici Reges, ac populi, veram religionem proiecerunt, temporalis felicitatis damnum maximum pertulere. Vt appareat, ab illa hanc pendere.

Poloniæ quinque tempora afferuntur, quibus, quoad bona temporalia, maxime excelluit, ſimulque pietati veræ magis adhæſit, & contra. *Cap. VIII.*

OMittamus Sueciæ, Noruegiæque Regna, quod B
hæc aliis hodie ſint adiuncta: & ad Poloniam tranſibimus, in cuius rebus deſcribendis Cromerum ſequemur, quod hic diligentius eas fuerit perſecutus. Igitur, cum Polonorum nomen antea fuiſſet obſcurum, Poloniaque ipſa maxima ex parte inculta eſſet, deſerta, nemoribus horrens, & inuia, attollere ſe ſe maxime cœpit, Ex quo Mieciſlaus nomen Chriſto dedit anno nongenteſimo ſexageſimo quinto, ad ſummam vero felicitatis alicuius dignitatem, poteſtatemque euecta videtur filio Mieciſlai regnante. C

Primum tempus, à Boſleſlao, annoque 1001. *ad* 1043.

IGitur primum tempus ſit ab anno 1001. quo Boleſlaus, Mieciſlai filius, Regium nomen aſſumpſit, concedente id Othone, vt vult Cromerus, tertio, coronamque impoſuit vncto à ſe Regi Gaudentius Archiepiſcopus Gneſneñſis; ſubegit, ac tributariam ſibi fecit Boleſlaus Boemiam, Sileſiã, Morauiamque, Pomeraniam, regiones omnes, vſque ad Albim, Salamque fluuios, & Cimbricam Cherſoneſum, quæ a Slauis, ac Vinidis tenebantur, qui iurarunt cuncti in verba Polonici Regis, Pruſſiã ſimiliter. ſicut autem Mieciſlaus deditiſsimus Chriſtianæ D
religioni fuit, ſic & ipſius filius Boleſlaus. Nã ſic de hoc Cromerus: Nulla autem in re Boleſlaus erat ſeuerior, quam in contemptu religionis, templorum profanatione, & Sacerdotum iniurijs, atque contumelijs vindicandis: ad quæ facinora, cum plerique equeſtris ordinis homines, partim priſtinæ impietatis conſuetudine, partim licentia militari incitati ferrentur; & decimarum quoque onus detractarent, Sacerdoteſque pulſarent, in auctores quidem pœna capitis animaduertit, ceteros partim verberibus, partim verbis, atque minis caſtigauit, Epiſco-

A Epiſcopos,& Sacerdotes ipſe magnopere colebat, & ab omni-
bus coli volebat,nec ſedebat,ſtante,aut veniente Epiſcopo,ni-
ſi & ille aſſediſſet. Et poſt; Hominibus Eccleſiaſticis omnium
onerum,laborum,& penſionum, Regi, & Reipub. præſtandarũ
immunitatem ſempiterno iure conceſſit. Hęc ille. Obijt Bo-
leſlaus anno 1025.Cui ſuccedens Mieciſlaus filius,torpori, in-
quit idem ſcriptor,ac deſidiæ,ſe dedit,voluptatibus iis,quę gu-
ſtu,tactuque percipiuntur,leuitate iuuenili,& iuuenum, atque
vxorum conſilia plerunque ſectatus. Sic ille. Quibus factum
eſt,vt Boemia, Morauiaque ſe ab Imperio Polonico diſiunxe-
B rint. Eo vero defuncto, Rixa ipſius vxor, Caſimiri paruuli
filii tutrix,quamuis videri vellet religioſa,ac pia,ſed tamen au
dax, & auara, ſic Regnum totum conturbauit,vt omnibus con-
fuſis;neque miniſtris ſacrorum,neque ipſis templis,quod idem
teſtatur,aris,ac ſacris parceretur; & in priſtinam barbariem,
atque impietatem Polonia relapſura videretur.Quocirca pro-
fugit Regina; filius Caſimirus monachum induit in Monaſte-
rio Cluniacenſi, in latebras ſe ſe addebant proceres,& Epiſco-
pi,eratque miſerabilis vbique rerum facies.defecerunt itaque
omnes a Polonico Imperio.ipſaque Polonia nullo regnante mi-
C ſerrime eſt diſcerpta; Atque hæc vſque ad annum milleſimum
quadrageſimum tertium.

Secundum tempus, ab anno 1043. *ad* 1177.

REuocatus eſt Caſimirus,indultoque Romani Pontificis v-
xorem ducens, Rex eſt creatus: ac tunc decretum fuit,vt
quotannis obolus vnus a ſingulis capitibus in lucernam per-
petuo in æde Sancti Petri Romæ arſuram a Polonis pendere-
tur. Ab hoc itaque Rege,maxime religioſo, ac pio, nonnihil
recreatæ ſunt Polonorum res. Rhuſſi, pactis auxiliaribus co-
piis, in ſocietatem recepti, Maſſouia, Pruſſiaque recuperata;
D Sileſia ſimiliter. eo tamen defuncto, cum Boleſlaus eius filius
regnum ſuſcepiſſet, & infanda, impiaque multa perpetraret,
Staniſlaum ſanctiſsimum virum, Epiſcopumque Cracouien-
ſem, qui admiſſorum ſcelerum eum ſæpius redarguebat,occi-
dit,atque in fruſta diſcerptum, & per agros diſperſum corpus
canibus,& volucribus deuorandum proiecit.Quamobrem Gre
gorius ſeptimus toti Poloniæ ſacris interdixit, Boleſlaum ex-
communicauit,ac Regio iure priuauit. Inuiſus hic igitur om-
nibus,cum proceres in ſe conſpirare audiſſet, in Hungariam
profugit,amentiaq. correptus, mortem ſibi miſerabilem con-

ſciuit anno 1081. Ex hoc Poloni exciderunt a Priſtina felicitate multo magis, quam prius, Regium nomen a Pontifice abrogatum non amplius habuerunt, Duceſque, ac Principes nominati ſunt Vuladislaus i. Boleſlaus tertius cognomento Crinouſtus, Vuladiſlaus ii. Boleſlaus Criſpus, Mieciſlaus ſenex ter expulſus, ac ter in Poloniam reuocatus, Caſimirus, Leſcus Albus cum Helena matre, Vuladiſlaus, Laſconocus, Boleſlaus Pudicus, Leſcus niger. & quidem Vuladiſlaus i. obtinuit, vt interdictum relaxaretur, filiorum nihilominus diſsidia, & aduerſus ipſum bella commota ſuſtinuit. &, quamuis eius filius Boleſlaus tertius non male fuerit moratus, huius tamen proles Vuladiſlaus ii. cum fratribus perpetuis odijs decertans crudeliſsimus fuit; ob id excõmunicatus eſt ab Archiepiſcopo Gneſnenſi Iacobo: victuſque inſigni victoria, ac regno eſt exactus: eique ſubſtitutus frater Boleſlaus Criſpus, ac poſt hunc alter item frater Mieciſlaus, truculentus, & auarus. quam ob cauſam, cum plurima ab ipſius miniſtris atrocia patrarentur, Gedeonque Epiſcopus eum multis monuiſſet, neque reſipiſceret, ſed peiora tum in Epiſcopum, tum in alios minaretur, eiectus eſt fratre ipſius Caſimiro ſuffecto. Per quod tempus, in poſſeſsiones, inquit Cromerus, & facultates morientium Epiſcoporum, ac ceterorum Sacerdotum inuadebant, eaſque diripiebant: quin & præfecti Principis idem faciebant, diſciſſis Poloniæ latiſſimis ditionibus, ac Principibus antiquis. Atque hæc vſque ad annum milleſimum centeſimum ſeptuageſimum ſeptimum contigerunt.

Cro. l. 6.

A B C D (margin letters)

Tertium tempus, ab anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, vſque ad milleſimum tercenteſimum decimum.

CAſimirus ii. itaque, expulſo fratre Miecislao, nihil prius habuit, poſt quam Cracouiæ pacatus conſedit, quam vt ſacras res conſtitueret. quod habita ab Epiſcopis anno milleſimo centeſimo octuageſimo in vnum Zenticiæ coactis ſynodo perfecit, Sileſiamque armis, Pomeraniam, Maſſouiam, Ruſſiam, ac Pruſsiam Polonico Imperio reſtituit, ac ſubiecit; ac, poſt multa pietatis opera, ob quæ mirifice laudatur à Cromero, defunctus eſt anno milleſimo centeſimo nonageſimo quarto: ſucceſſoremque reliquit paruulum fillium Leſcum Album ſub tutela Helenæ matris. Sed tamen, poſt eius obitum religionem concidiſſe, ex eo liquet, quod à Cæleſtino tertio miſſus eſt in Poloniam Petrus Capuanus Diaconus Cardinalis, qui, Syno-

Cro. lib. 7.

A dis anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo conuocatis, cum alia quædã, inquit Cromerus, quæ aduerſa religioni Chriſtanæ,& conſtitutionibus Eccleſiaſticis in ſacro pariter,& profano ordine inoleuerant,correxit,tum Sacerdotibus imperauit, vt concubinas,& vxores,quibus tunc paſsim libere vtebantur,à ſe abdicarent. His peractis,cum Miecislaus patruus, qui fuerat Principatu deiectus, Helenam dolo circumuenißet, iureiurando interpoſito, ſe bona fide adminiſtraturum ditiones omnes Leſci albi pueri nomine promiſit. quorum cum nihil præſtaret, bella fuere perpetua,ſeditioneſque inter Miecislaum, & ſtudioſos pueri. Et quamuis anno milleſimo du-
B centeſimo ſecundo obierit Miecislaus,tamen eadem bella fuerunt inter Vladislaum Leſconogum Miecislai filium, & fautores Leſci Albi, ipſumque Leſcum album. Quo tempore, religioſa, & ſacra indigniſsime tractabantur. Ad profana enim tribunalia viri religioſi, & cauſæ trahebantur, & a Sacerdotibus concubinæ quaſi vxores habebãtur, circiter annum 1219. quo Synodum ad hæc tollenda coegerat Henricus Archipiſcopus Gnieſnenſis,Ducumque,& procerum auctoritate hæc firmauit. Eccleſiaſticis tamen viris adhuc ſuum non fuiſſe honorem tributum, ſequentia declarabunt. poſt hæc enim Leſcus albus
C eſt occiſus à Suentopolco anno 1226. Atque hæc de Poloniæ ſtatu ſcribit Cromerus; nullam prope modum uim, & auctoritatem Leſci albi Principatus inter ceteros duces Polonorum habuit, nec fere in quemquam, niſi in ſuæ ditionis homines,perinde atque ceteri,poteſtatem exercebat: ſuane id ignauia,& anguſtia animi,an illorum contumacia,an vero vtroque non quærimus. Ceterum,poſt mortem eius maior etiam confuſio, & perturbatio conſecuta eſt, ita, vt vix aliquod ſummi Principatus,& communis Reip. veſtigium in Polonia extaret. *Cro. lib. 8.*
D Hæc Cromerus initio libri octaui. Ac paulopoſt, ſubſtitutum referẽs Leſco Albo filium Boleſlaum Pudicum,ſubiecit,Eccleſiæ ſolummodo Gneſnenſi,ac Poſnanienſi conceſſas,aut potius relictas fuiſſe immunitates Eccleſiaſticis debitas, quamquam ſecus, vt ſupra oſtendimus, iam ſancitum in conuentu totius Poloniæ fuiſſet,iuxta diuinum ius, gentiumque omnium bene inſtitutarum, & tamen Paulus Epiſcopus Poſnanienſis paulopoſt per iniuriam ſummam captus eſt, ac bona Eccleſiaſtica ipſius direpta, Petruſque Archiepiſcopus Geſnenſis ſacris interdixit Diocæſi Plocenſi, quod quidam presbyter indigniſsime

nie occiſus fuiſſet à Conrado Maſſouiorum Duce ac Ploſci. A
Quin ipſe etiam Boleſlaus Pudicus, quamuis admodum pius, in carcerem coniecit Paulum Epiſcopum Croconienſem, contaminatæ vitæ hominem. Quam ob cauſam Ioannes, Archiepiſcopus Geſnenſis, toti Prouinciæ ſacris interdixit. Talis itaque Poloniæ ſtatus perturbatiſsimus fuit, perturbato etiam ſtatu religionis, vſque ad annum 1778. Sub quem vita migrauit Boleſlaus Pudicus. Cui Leſcus niger ex fratre ipſius patruele ortus, imperauit, vſque ad annum 1289. Imperium ipſius excipiente poſt aliquod interregni ſpatium Preſmiſlao, qui Regium nomen poſt tot annos repetens, a Marchione Brande- B
burgenſium dolo interfectus, Vuladiſlaum Locticum ſucceſſorem nactus eſt. qui cum Poſnanienſis Epiſcopi bona inuaderet ab illo eſt excommunicatus, ac paulopoſt aduerſus eum vocatus, vnctuſque eſt a Iacobo Archiepiſcopo Gneſnenſi Venceſlaus Bohemiæ Rex anno 1300. ſed quinto poſt hæc, cum mortuus eſſet Venceſlaus, iterum Vuladiſlaus regnum repetiit, ex omni parte conciſum, iuribus ſacris vndique impetitis, atque euerſis. Ac tunc Polonia Sileſiæ totius, Pomeranicarumque aliquot regionum paſſa eſt detrimentum.

Quartum tempus, ab anno 1331. vſque ad Sigiſmundum Primum. C

ANno autem milleſimo tercenteſimo vigeſimo Poloni impetrauerunt a Ioanne vigeſimo ſecundo, vt Gregorij ſeptimi interdictum relaxaretur, quo nominis Regii dignitas fuerat iis interdicta, coronatuſque, atque vnctus eſt Rex Craconiæ ab Archiepiſcopo Gneſnenſi Vuladiſlaus, qui nactus eſt, inquit Cromerus, Poloniam magna ex parte vaſtatam, & incultam ſuperioribus bellis, reuocare eam cœpit ad amplitudinē, dignitatemque priſtinam, & antiquam: nam, cum defunctus eſſet anno 1331. ſucceſſorque illi extitiſſet filius Caſimirus ſecundus Rex, cognomento Magnus, recepta eſt, ac Polonicis di- D
tionibus adiuncta Maſſouia, Ruſsia, Pomeraniæq; magna pars. & quamuis Caſimirus hic ob occiſum Presbyterum fuerit excommunicatus, reſipuit tamen, & multa Eccleſiaſtico ordini vtilia conſtituit, & quam plura templa ædificauit, de quibus late Cromerus libro duodecimo. Succeſſit Caſimiro ſine maribus defuncto Ludouicus Hungariæ Rex maxime pius, qui magis iura ſacra firmauit; amplificauit, vna cum Polonicis rebus. Verum maxima acceſsio facta eſt ad amplitudinem Polonici Regni, poſt obitum Ludouici, cum filia ipſius Heduigis,

A gis, Poloniæ Regina deſignata, matrimonio iuncta eſt Iagellono Lituaniæ Duci. Nam tunc Lituania tota, cum latiſsimis ditionibus, adiuncta æquali iure eſt Polonico Imperio, nominique, & cultui Chriſtiano, Iagelloque creatus, coronatus, atque vnctus eſt Rex anno 1386. atque Vuladiſlaus eſt dictus, qui maxime pietatem Chriſtianam coluit, Polonicaſque ditiones non modo tutatus eſt, ſed etiam latiſsime amplificauit, vt à quintodecimo libro ad vigeſimi finem Cromerus tradit. Regnauit autem quadraginta octo annis, ac deceſsit anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto. ſucceſſoremque accepit Vuladiſlaum filium, Regem nominis huius tertium, B qui creatus eſt etiam Rex Hungariæ: cumque multa fortiter, ac præclare aduerſus Turcas egiſſet, eiſque multa loca abſtuliſſet, ac deinde contra interpoſitum iuramentum, cuius religione Iulianus Cardinalis, Pontificius Legatus ipſum abſoluerat, in eoſdem bellum mouiſſet, acie confligens, ad Varnam cæſus eſt, anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto. Imperio tamen Polonico nihil eſt detractum. Subſtitutus eſt Vuladislao frater Caſimirus tertius rex, quo regnante imminuta eſt felicitas latiſſime patens Polonici Regni, ex adiun-C ctione Lituanici, ſicut etiam facta eſt aliqua per Caſimirum diſceſſio ab obedientia Catholicæ pietatis. Anno enim milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, cum defunctus eſſet Georgius Huſsita Boemorum Rex, ac Mathias Hungariæ pugnaret aduerſus hæreticos, a Pontifice romano ad id ſuaſus & impulſus & Regnum Boemiæ ſibi comparaturus iam iam foret, tum Caſimirus viſus eſt pro hæreticis Huſcitis ſtare, ac bellare aduerſus Mathiam, vt Regnum filio ſuo Vuladislao poſſet acquirere, quod ſanè acquiſiuit illi, condicionibus quibuſdam hæreticorum potentiam ſtabilientibus, & pietati Catho- *Cro. l. 27.*
D licæ repugnantibus. Ex quo contigit, vt à Pontificis legato Ca *28.29.*
ſimirus cum ſuis excommunicaretur. Hinc etiam factum eſt, *Dubra. l. 31.*
vt ad bella ſuſtinenda aduerſus Mathiam, Catholicis fauentem, Caſimirus egeret plurimis pecunijs, quas non poterat vllo ex loco corradere, iccirco permiſit militibus Eccleſiaſtica bona diripienda, vtque illi in bona Sacerdotum inuaderent, inquit Cromerus, non ſolum obuia quæque agentes, & ferentes, verû etiam abſtruſa perſcrutantes. Sic ille. Poſt hæc igitur Moldauia, quæ pertinebat aliquo modo ad Poloniam, capta eſt a Turcis. Maſſouia ſimiliter magis eſt à Polonico Imperio abalie-

Cro.l.18. nata. Dux Moſcouiæ Ioannes, cæpit Albã, Ruſsiam, Nouogradũ A
que opulentiſsimum totius Septentrionis, ampliſsimumque Emporium, ſimiliter, & Seuerienſem Prouinciam, cum ſeptuaginta arcibus, quæ ſpectabãt omnia ad Lituanicas ditiones, Po
Cro.l.30. lonicis adiectas. Ac tale detrimentum paſſa perſtitit Polonia vſque ad Sigiſmundum primum, regnantibus Caſimiro, ac filijs eius Ioanne Alberto octo annis, & amplius, Alexandro autem quinque.

Quintum tempus, a Sigiſmundo primo, vſque ad obitus Sigiſmundi Auguſti.

INiit Imperium Polonicum Sigiſmundus primus anno milleſimo quingenteſimo ſeptimo: & cum poſt annum milleſimũ B
quingenteſimum decimumſeptimum Germania, Britannia, Hungariaq. cũ toto Septentrione ſint hæreſum variarum colluuiem fœdiſsime amplexatæ, ſuas ipſe ditiones omnium magis intactas, & illæſas ab huiuſmodi peſte conſeruauit. religioſiſsimus & aliis in rebus fuit, ac magnificentiſsima templa conſtruxit. cumque Gdani Lutheranas opiniones aliqui inducere conati eſſent, ipſe eos, in vrbem concedens, vltimo ſupplicio affecit, religionemque poſtratam reſtaurauit. quod Bernardus Vapouius teſtatur. vetuit, ne quis ſuorum Vitembergam ſtudiorum cauſa accederet, quod hæreſis Lutherana ibi vi C
geret. Pruſſiam totam, quæ iam magna ex parte à vera religione defecerat, auitis regnis adiunxit; Moldauiam ſimiliter ac Maſſouiam, certis initis pactis, recepit, ac, magnis victoriis relatis, Moſcorum, Tartarorumque ingẽtes exercitus profligauit. annoque 1548. vita migrauit, ſucceſſorem ſuum relinquens Sigiſmundum Auguſtum, qui Liuoniam, cum iam deſciuiſſet & ipſa ab antiqua pietate, ditionibus ſuis adiecit. Huic defuncto ſubſtitutus eſt Henricus Valeſius. Cui, Gallicũ regnũ petenti, ſuffectus eſt Stephanus Battorius. Hic Proceres mul- D
tos ob nimiam libertatem, qua ex antiquo tempore abutebantur, in hæreſim lapſos, multi modis ſapientiæ plenis ad fidem reuocauit: maximoſque terrarum tractus à Moſcouiæ ducibus olim Polonico Regno ademptos armis recuperauit; Moſcũq. ab omni maris Baltici portu, ac poſſeſſione deiecit, & intra intimas Moſcouię partes concluſit. Stephano mortuo ſucceſſit electus ab vniuerſali Conuentu Polonorum Sigiſmundus tertius, Sueciæ, Gothiæque Rex, qui latiſsime omnium nunc in Septentrione dominatur, ac ſtudio religionis Catholicæ pacifque

que

A que laudatiſſimæ cultu floret, ac præſtat.

Ex his omnibus apparet, Polonicum regnum tunc ad felicitatem bonorum temporalium maximam perueniſſe, cum religionem Catholicam maxime coluit, deiectum vero ab illa, cum receſſit ab huius vero cultu.

Atque hæc ſint ſatis, quantum ſpectat ad regna Christiana. nam de rebus Italicis proprijs libris de antiquo, & nouo Italiæ ſtatu locuti ſumus; de reliquis non eſt neceſſe, ſuperuacaneumque videtur, quando tot, ac tanta ad
B illuſtrandam veritatem ſint a nobis adducta.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

DE RVINIS GENTIVM, ET REGNORVM ADVERSVS IMPIOS POLITICOS

Liber Octauus.

Ante Conſtantinum Chriſtiani feliciores erant Gentilibus quoad vitam, opum mediocrium ſecuritatem, cæleſtes honores defunctis exhibendos, amicos, amplitudinemque auctoritatis ac poteſtatis ſacræ. Cap. I.

SI velimus felicitatem populi Chriſtiani quoad temporalia bona cũ reliquis gentibus à Pontificis Romani obedientia alienis conferre, oportet aduertere illud, eam non eſſe diiudicandam ex vna re, neque ex vno tempore, loco, & gente, ſed ex vniuerſis. Quemadmodum non vocamus felicem, qui parte aliqua vitæ eſt huiuſmodi, vel vna in re, ſed qui maiorem partem vitæ eſt felix, atque in præcipuis rebus. facillime autem dignoſcitur, quod cupimus, vter vtri præſtet, ſi ſumma ſummis componamus, & infima infimis, vt ſupra libro pri- A

A mo diſſerebamus. Nam ſicuti neceſſe eſt, quemlibet hominem, quod eodem libro explicabamus, iacturam facere minoris boni vt maius acquirat ſibi, vel aliis, æternum, vel temporale. Eodem modo neceſſe eſt aliquando Eccleſiam Dei (veluti ante Conſtantinum) ſubire detrimenta minorum, qualia ſunt temporalia, vt adipiſcatur maiora, vel ſuis iam, vel iis, qui ſui ſunt futuri, ſuiſque aſſocia..di. Videmus porro in quolibet populo eſſe ordines hominum, & eorum, qui ſacra curant; & eorum, qui profana; atque in vnoquoque ordine eſſe ſupremos, medios, atque infimos. Igitur videamus B quanta ſit felicitas inter Chriſtianos eorum, qui ſacra curant, ac deinde inſpiciamus, quæ ſit aliorum cuiuſcumque ſtatus.

Et quidem quantum pertinet ad prima tempora Eccleſię Chriſtianæ vſque ad Conſtantinum, diſcuſſimus aliqua, ac modo non nulla adiiciemus illud præfati. Tempus illud fuiſſe Chriſtianis quoad temporalia calamitoſiſsimum, neque in comparationem modo vllo vocandum cum feliciſsimis, aut etiam felicibus aliarum gentium. Nam Chriſtiani tunc minorum ſubibant damna, vt meliora compararent, tum ſibi, C tum vero aliis. Et tamen oſtendimus, quoad tria maxima temporalium, fuiſse felicius Chriſtianis illorum temporum, quam rerum Dominis Romanis, quoad vitam, pro qua nihili fiunt omnia; nam ſi vnus Romanorum Pontificum fuit interfectus, Imperatorum tres occiſi fuerunt, atque ita de reliquis, infimi, mediique ordinis idem oſtendimus; quoad opes etiam felicius erat noſtris; nam licet noſtri ſuperarentur à Gentilibus, quantum ad ſuperuacanea, non tamen quantum ad vtilia edendis operibus virtutum, quod ſingulorum Chriſtianorum diuitiæ paterent cuilibet Chriſtiano cuiuſuis loci, ſiue impe-D rio Romano ſubiecti, ſiue extra illius confinia poſiti, & quodāmodo omnium Chriſtianorum forent omnia cōmunia, ſingulique opes vniuerſas Chriſtianorum toto Orbe terrarum diſperſas ad honeſtos vſus paratas haberent. Amplius autem, quoties Chriſtianus aliquis in carcerē coniiciebatur, tot ad illum deferebantur vndique bona, vt colloclupetaretur ex eo, quod inci diſſe videretur in paupertatem, atque ex hac fieret diues, quocirca Lucianus refert in Peregrino a nonnullis hinc arreptam anſam, vt ſe Chriſtianos fingerent, in carcerem ducerentur, & eleemoſinis copioſiſsimis ditarentur. Romanis autem Ponti-

ficibus tot aderãt opes, vt Dionyſius Epiſcopus Corinthiorum A
apud Euſebium, & Euſebius ipſe teſtetur ſolitos ab illis excipi
hoſpitio aduenientes Romam Chriſtianos, mittique pecunias
Euſeb. li. 4. c. 22. li. 6. c. 35. ad ſubleuandam egentium omnium inopiam, quocumque ij
fuiſſent in loco. Idemque ſcribat à Cornelio Papa mille quingentos inopes ſubſtentatos in Vrbe. Denique cum Romani Imperatores inhiarent ingentibus diuitiis aliorum, quod ibi diximus, vt in eas inuolarent, multorum criminum dominos inſimulabant, ob quæ vita miſeri ſpoliabantur & omnibus bonis. Chriſtiani vero quoad mediocres, quibus potiebantur, tuti erant, ac ſecurius degebant à rapacitate Imperatorum, ſimiliter quoad honores erant Chriſtiani Gentilibus feliciores, quod B
illi à cordatis viris, & ſapientibus haberẽtur viri innocentes, & iuſti, & quoties ab impiis rapiebantur, quaſi impii ad ſupplicia, a reliquis Chriſtianis loco cælitum reputabantur, ac celeſti ex illis temporibus cultu afficiuntur, atque hæc quidem late libro ſexto. Hic igitur aliqua de reliquis bonis temporalibus addemus ex illis deducta, & primum quod ſpectat ad amicos. qui ſecundum vitam, & honorem primas tenere dici poſſunt inter bona temporalia; Ac patet ſane ex iis, quæ ibi diſputauimus, amiciſſimos fuiſſe inter ſe Chriſtianos; eorumque amicitiam C
cunctis aliis præſtitiſſe. amabant enim propter Deum, diuinaque penitus inter ſe ex animo puriſſime communicanda. amabantque ardentiſſime, atque alter pro altero vitam, & quidquid habere poterat vltro, ac libentiſsime profundebat, eratque iis, quod eſt in actis Apoſtolicis cor vnum, & anima vna, Sacerdotes vero, & Epiſcopos veluti Angelos, cælitus delapſos, quod ait Paulus, ac locum Dei tenentes in terris excipie-
Act. 2. bant, ac ſummo amore complectebantur, vehementiſsime diligebant, ad eorum pedes omnia proiiciebant, ita vt Petrus Pontifex ſummus, ſiue Paſtor omnium Chriſtianorum paulo an D
te Piſcator haberet in vna vrbe Hieroſolyma ſupra homnium decemmillia, quos aleret ex iis, quæ ad eum alioquin pauperrimum, & qui manu victum quæreret, deferebantur. Quod non niſi ex amore maximo in ipſum poterat oriri, cum nullo illi voluptatum genere, nullo propoſito rerum terrenarum præmio, nullo vllius rei blandimento ad duriſſima quæque lętiſsime obeunda, quæ primi Apoſtoli ipſi ſubibant, honores allicerentur, ita animati, vt Paulus dicat, teſtimonium enim perhibeo,
Gal. 4. quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros emiſſetis, ac dediſſetis mihi.

Hinc

A Hinc fiebat, vt Imperatores vndique armis circumſepti nihilominus ab intimis ſuis occiderẽtur, Chriſtianorum verò nullus legatur à ſuis occiſus vſque ad Conſtantinum. Quod ſi Pontifices Romani, Epiſcopi, ſacrique viri interficiebantur ab hoſtibus Chriſtianæ pietatis nullis armorum, vel latebrarum, munitionumque cincti præſidiis, viciſsim tres Imperatores pro vno Pontifice, tres aliorum ordinum ex inimicis, pro vno e noſtris, illi à neceſſariis ſuis, noſtri ab hoſtibus, illi vndique armati, noſtri inermes perimebantur. Adeo amicitia noſtrorum præſtabat amicitiæ fucatæ extraneorum. Et nunc etiam quanto præcellat oſtendimus ſigno de amicitia quadrageſimo primo.

B Cum vero Gentiles intuerẽtur tam arcta amicitiæ vincula inter Chriſtianos ſæpe illud vſurpabant, quod refert Tertullianus, en, vt amant inter ſe?

Apparet itaque Chriſtianos olim præſtitiſſe gentilibus quo ad hoc bonum temporale, nimirum quoad amicitiam, quod tanti eſt, vt maximus latinorum orator dixerit, Solem è Mundo tollere videntur, qui amicitiam e Mundo tollunt, qua nihil à Diis immortalibus melius habemus, nihil iucundius, & alibi decernit, omnium rerum, quas ad bene viuendum, ſapientia comparauerit, nihil eſſe maius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius, & Philoſophus Græcus memoriæ prodidit, amicis vitam carentem nemini eſſe optabilem, etiam ſi cæterorum bonorum omnium copia circumfluat. Hæc ille. & hac igitur parte olim noſtri feliciores. Sic vero Romani Pontifices, Epiſcopi, & ſacrati omnes viri amabantur, vt hos ad mortẽ ductos innumeri comitari ſolerẽt parati, & cupidi vitam loco eorum ponere, quod ex actis Pontificum Martyrum liquet, & Epiſtolis Cypriani de Cornelio Papa loquentis.

Cic. de ami.

C *De fin.*

Ariſt. Ethic. 8. c. 1.

D Reliqua eſt auctoritas perſuadens aliquid aliquibus pertinens ad diuina, quæ in Romanis Imperatoribus, ſi conſideremus ipſos vt Pontifices antiquæ ſuperſtitionis, nulla erat, ac nemo illis obediebat, aut credebat, vt Pontificibus maximis, metus non diuinitatis, ſed cædis intentatæ, ac vis erat in cauſa, vt obedirent, aſſenſumque pręberent, quicunque ijs parebant, atq; aſſentiebantur, alioquin & Imperatores, & alii diſſentientia, contrariaque omnino, & ſanciebant, & credebant, quod eſt clariſsimum. Hæc porro auctoritas in Pontifice Romano porrigebatur vltra Imperij Romani pomeria, inquit Terrtullianus, in Epiſcopis, quacunque eorum Diœceſes pertinerent, atque ex

Cypr. epiſt. 57. 58.

que ex eo, quod adiuncti erant Pontifici Romano, in omnes religioni Chriſtianæ addictos. Et Pontifex itaque Romanus Romanis Imperatoribus, quatenus erant ſummi Pontifices falſarum ſuperſtitionum, felicior quoad hoc bonum pertinens ad auctoritatem, & Epiſcopi noſtri feliciores erant ſacerdotibus alijs vnicuique Ciuitati præpoſitis. Hæc porro auctoritas poteſt eſſe abſque gratia diuina, & perfecta virtute, & quamuis ipſa ſpiritualis ſit, habere tamen eam, temporale eſt bonum. A

Huic auctoritati Romani Pontificis adnexa erat poteſtas, qua Pontifex Romanus poterat in varias Vrbes Epiſcopos mittere, electos confirmare, aut ſi opus fuiſſet loco mouere, atque ab Eccleſiæ Chriſtianæ cætu pellere. Atque hæc protendebatur vltra limites Imperii Romani in omnes Orbis partes, id vero ſic eſſe palam fecimus de ſignis Eccleſiæ Dei lib. xviii. ca. iv. ſigno octuageſimo adducentes Irineum teſtem, Cyprianum, Theodoſium, Valentinianumque Imperatores, & Iuſtinianum. Hæc autem nunc ſatis fuerit conſignaſſe illuſtri exemplo. Cum fuiſſet Paulus Samoſathenus Epiſcopatu Antiocheno deiectus ob hæreſim, Domnuſque ei ſubſtitutus Imperante Aureliano a noſtra religione alieno, qui iter aduerſus Perſas mouens in Orientem tunc faciebat, & Antiochiæ ſubſtiterat, ac nollet hereticus cædere Epiſcopatu, & domo migrare, imperatorem gentilem conueniens appellauit, qui totam rem, quod nihil ad ſe ſpectaret, ad Epiſcopos Italiæ, Romæque, vt ad ipſos ſpectantem, reiecit. Sic Euſebius Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. ſeptimi cap. xxiv. Atqui nullus erat tunc toto Orbe Pontifex, qui tam longe ius daret, neque ipſe Romanus Imperator, quaſi Pontifex antiquæ ſuperſtitionis id valebat, aut conabatur, ſicut autem Pontifex Romanus hæc poterat toto Orbe terrarum, ſimiliter in ſua Prouincia Metropolitæ eligebant Epiſcopus ſibi ſubiectos, quorum nomina tranſmittebant cum Synodicis literis ad Pontificem Romanum, vt confirmarentur & quilibet Epiſcopus ſacerdotes, ac diuini Altaris miniſtros ordinabat. Atque ita toto Orbe Terrarum nulla gentilium ſuperſtitio extabat, quæ tanta efficeret, ac valeret in rebus ſacris. Quamobrem Iulianus Imperator contemplatus Eccleſiæ Chriſtianæ maeſtatem in huiuſmodi ad ſacra pertinentibus eminentiſſime reſplendentem, contendit irrito conatu inſtituta eadem tranferre ad gentiles, quamuis contrariis inter ſe opinionibus diſciſſos, quod Eunapius in vitis Philoſopho- B C D

rum S.

A rum S Gregorius prima, & ſecunda oratione in Iulianum, Iulianus ipſe in Epiſtolis ſuis, Sozomenus lib. v. cad. xv tradunt. Sic igitur apparet ordinis Eccleſiaſtici Præſules noſtros, quoad temporalia ad cultum Dei relata, fuiſſe feliciores Præſulibus priſcis impiarum ſuperſtitionum.

Reliqua eſt igitur poteſtas imperandi tributa, cogendi exercitus, bellandi aduerſus hoſtes, decernendi, quæ reſpiciunt ſua natura ſtatum mortalium temporalem, capitales pœnas infligendi, quæ ſpectabant ad Imperatorem, non vti Pontificem maximum, ſed vti vel Imperatorem, vel Conſulem, vel Tribunum B Plebis, nam quatuor has dignitates Imperatoris, Pontificis Maximi, Conſulis, ac Tribuni Plebis in ſe vnum tranſtulerat Auguſtus, vt trasferret omnium rerum ſummam. Et nunc in primis agimus de comparatione eorum, qui ſunt ordinis Deo, ſacriſque miniſterijs dedicati.

Enimuero quamuis opes, dignitates, & ipſius Imperij ſublimiſſima, & ampliſſima Maieſtas & potentia ſint materies, & inſtrumentu m felicitatis humanæ temporalis, olim tamen ſine virtutibus, ac religione ipſis Dominis nihil aliud ſtruebant, niſi infelicitatem temporalem, quocirca pro vno è Pontificibus Ro- C manis, ac noſtris interficiebantur plures ex Imperatoribus, & alienis à cætu noſtro, atque his præterea tenuiores, ac pauciores re vera amici & honores erant; breuior, & anguſtior auctoritas, res familiaris fugacior, ac rapinæ magis expoſita, animique ſolidæ demptis belluinis oblectationes erant. Ac proinde in vniuerſum noſtri feliciores, quoad ipſa temporalia, & hoc quidem conferendo infeliciſſima noſtrorum tempora in bonis temporalibus cum feliciſſimis alienorum; quod ſcilicet noſtri tunc D minorum facerent iacturam, vt acquirerent maiora ſibique, & alijs cætui ſuorum coniungendis.

Ponti-

Pontifex ſummus, cæterique huic ſubiecti Pontifices, virique ſacri, quoad bona temporalia ſunt longe feliciores aliis huiuſmodi alienarum gentium. Cap. II. A

IAm vero poſt Conſtantinum noſtris fuiſſe maiorem temporalium bonorum felicitatem nemo poteſt ambigere, ſiue ordinem ſacerdotalem, ſiue popularem reſpiciamus. Imprimis enim Conſtantinus ipſe Imperator merito appellatur a ſancto Auguſtino Imperatorum, qui fuerint vnquam feliciſſimus, quod imperium ſcilicet Romanum nactus fuerit multo; B quam fuerit prius vnquã, latiſſimum quod victor ſemper extiterit, ac pacatiſsime gubernarit omnia, natus patre Imperatore, Imperatores filios reliquerit, nũquã morbo tentatus fuerit, niſi cum deceſsit, Vrbem condiderit æmulam Romæ, ampliſſimamque, & ornatiſſimam de ſuo nomine vocatã, in qua ſedes Imperii fuit, vt numquam tam lati, ac potentis alibi tandiu fuerit, quorum nihil vlli ſuperiorum, tam feliciter adfuiſſe narratur. Ex illo omnium latiſſima Imperia feliciſſima Chriſtianis adfuerunt, qualia nunquam gentilibus vllis eandem religionem ſequentibus, vt oſtendimus libris de robore bellico, C ſed hoc non pertinet ad ordinem ſacrorum, de quo nunc agimus. Igitur hoc inſtitutum proſequamur. Poſt Conſtantinum Chriſti religio latiſsimum ſumpſit incrementum, plurimique illius legibus ſeſe adiunxerunt. Ordo autem ſacerdotum tempotalium felicitate circumfluere in omnem partem magis, ac magis in dies cæpit, licet aliquando deprimi maxime, atq; imminui re vera ſit viſum, quod vlt. lib. de nouo, & antiquo Italiæ ſtatu aperuimus.

Imprimiſq. Imperator ipſe tam magnus Pontifici Romano obedientiã profeſſus, vltimumq. poſt Epiſcopos locum tenere D contentus, vt in Concilio Romano apparet, cui Conſtantinus interfuit, rerum ſacrarum curam, cauſaſq. nihil ad ſe pertinere obteſtatus eſt in concilio Niceno, quod Sozemenus, & alij narrant, ac Rufinus a Conſtantino refert illa in eo dicta, Deus conſtituit Sacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos a vobis recte iudicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari. Hæc omnium ſummus Imperator, ſic itaque itaque ex hoc tempore primas om-

Soz. l. 1. c. 16. Ruf. l. 1. c. 2. hiſt.

A mas omnino quoad honores in terris Epiſcopi habuerũt; maxi me vero Pontifices Romani. Nam qui fuerunt vnquam Roma- nis Imperatoribus potentiores, ac maiores? Quod ſi iſti pri- mas honorum dabant illis. Iam nemo ſe ſe ipſis, quãtum ad hoc aut poteſt, aut potuit æquare è Priſcis Ægyptiis, Aethiopibus, Perſicis. Ex illo in mores eſt inductum, vt Imperatores ſum- mi, ac Reges maximi pedibus Pontificis oſculum darent, quod *Iſa. c. 60.* ab *Iſaia* prædictum fuerat. Aſcendenti equum frænũ tenerent, ac lorum, quo pedes ſuſtinentur, ſtratoriſque officio fungeren- tur. Quin maximi Reges, Imperatorumque multi religioſio- B res, ad pedes Epiſcoporum procumberent, neque prius aſſurge rent, quam ſigno dato, quod innumeris exemplis comprobaui mus lib. 20. cap. 5. de ſignis Eccleſiæ Dei. Non igitur, aut anti- quorum Sacerdotes, & Antiſtites vlli, aut aliorum veluti Maho metanorum poſſunt cum noſtris comparari hac parte.

Poſt obitum vero, ſiqui fuerunt ſanctimonia vitæ pręſtantes ſuperũ numero aſcribuntur ac cœleſti, omniũq. præcipuo hono re quotannis toto orbe catholico adorantur; eorum corpora, & cineres ipſi colũtur. quod quidem cõmune eſt ſanctis omnibus Chriſtianorũ. Quod quibuſnam contigit alienorum à fide Chri C ſtiana? Vbi namque cineres eorum? quæ veluti cœleſtibus re- uerentia per tot ſeculorum ſpatia, per tot oras, quas in Euro- pa, Africa, Aſia, Americæque Indiis Occidentalibus, & Orien- talibus catholici incolunt, vllis à noſtra religione auerſis ex- hibetur? Atque hæc quidem quantum ſpectat ad honores.

Videamus de auctoritate ac poteſtate. & quidem quod ſpe- ctat ad Epiſcopos creandos, aut confirmandos, ac decernenda ea, quæ ad mores, & religionem referũtur, iam ſatis eſt à nobis dictum. Nunc illud explicandum reſtat. primum quidem non licuiſſe à principio naſcẽtis Eccleſiæ Chriſtianis inter ſe de re D bus vllis litigare niſi coram Chriſtianis, quod S. Paulus epiſto- *1. Cor. 6.* la ad Corinthios tradit. iccirco cauſæ omnes ad Epiſcopos de- ferri ſolebant, vt e multis antiquorum teſtimoniis liquet. Igi- tur Conſtantinus lege, quæ in Codice Theodoſiano adhuc ex- tat, ſanxit, vt quælibet cauſæ poſſent ab Epiſcopis cognoſci, & *Tit. de ep. aud. l. 16.* per eos ad ſe auocari à quouis prophanorum Magiſtratuum tribunali in quacumque iudicii parte illæ forent. tantũq; Deo dedicatis viris deferebatur, vt Monachi, & Clerici ſæpe ad ſupplicia damnatos, ac raptos ſola auctoritate, & dicto libera- rent, quod deinde Imperatores Arcadius, & Honorius iis ab-

L. addictos. C. de Epiſco. aud.

ſtulerunt. Epiſcopis vero nequaquam, quod eſt in Codice Iu- A ſtiniani. Conſtantini legem poſtea confirmauit Carolus Magnus. Epiſcopi tamen plerìſque in locis hoc ſolum ſibi ius reſeruarunt, vt cum iudices aduerſus iuſtitiam committunt aliquid poſſent illos adigere pœnis Eccleſiaſticis ad eam ſeruandam. Nihilominus in multis aliis locis ipſi præponunt rebus omnibus iudicandis, vel ordinarios, vel delegatos Magiſtratos.

Illud autem longe maius. Imperante enim Pulcheria videtur inſtitutum, vt Imperator Orientis haud intelligeretur, niſi, qui coronatus eſſet ab Epiſcopo Conſtantinopolitano, quem Pon- B tifex Romanus de more electum confirmabat, atque ita ab Epiſcopis, quos Pontifex Romanus approbabat, Imperator approbabatur, ita vt non haberetur Imperator, niſi qui ab illis coronaretur. Dein vero cæperunt Epiſcopi ipſi in Hiſpaniis, Galliiſque, & mox Germania, & Anglia Reges eligere, aut vngere. Pontifex autem Romanus Imperatorem coronare, qui nō exiſtimaretur, aut eſſet Imperator, niſi poſt Romani Pontificis coronationem, prius quidem vel Rex, vel electus. Quocirca videmus vngi Reges in Galliis, & Anglia, Epiſcopoſque in regni adminiſtratione optimatum loco eſſe, communicatamque iis C Regni gubernationem, at in Germania deligi, ac deponi interdum Reges, qui futuri ſint Imperatores inter alios ab Epiſcopis, eodem modo in Polonia, Bohemia, & Hungaria, ac proinde Epiſcopi à Pontifice Romano comprobati non modo vngunt in potentiſsimis regnis, coronantque Reges, ſed etiam creant ipſi, iuriſditioneſque habent ampliſsimas, & ius aliquod moderandi regni, vt omnibus eſt notum. De his autem late nos ſigno 76. de ſignis Eccleſiæ Dei.

Atqui nullus fuit vſquam Pontifex, neque eſt inter omnes Orbis totius gentes, cui forent Epiſcopi ſubiecti, a quibus tam D magna, & ampla regna adminiſtrarentur, ac darentur, & a quo ſimul Imperatores adeo potentes, vel ab iiſdem delecti, vel coronati confirmarentur, aut etiam deiicerentur, vbi opus fuit, & quidem è tanto tempore. Numquid eſt aliquid huiuſmodi inter Mahomettanos, numquid in Aegypto, Perſia, Meſopotamia? Apparet itaque Pontificem ſummum, noſtroſque Epiſcopos eſſe, quoad hoc maximū inter bona temporalia, lōge feliciores alijs, qui ſint, aut fuerint vnquam. Nūquam porro licuit Imperatoribus, Regibusve vllis violare ſanctiones

A in conciliis vniuerſalibus ab Epiſcoporum conuentuque Pontifex Romanus approbaſſet, infringere, aut immutare, vel etiã Pontificias leges in iis, quæ pertinent immobiliter ad bonos mores, vel cæleſtium rerum doctrinam. ob id vbi Pontifex aliquis creatur, è toto Orbe catholico ſpoponderunt illi obedientiam, non modo ab Epiſcopis omnibus, ſed à cunctis ſummis Imperatoribus, Regibus, Dynaſtis, Rebus publicis, Populiſq; honorificæ ad ipſum legationes mittuntur, quibus illi cultus ampliſſimus exhibetur, & omnis obedientia promittitur, & præbetur. Quid autem de Cardinalibus, qui Regibus æquiparantur, dicemus, & à quibus tantus Pontifex creatur, & à quorum
B numero idem deligi ſolet, an non ipſi feliciſſimi, quoad tantum bonum temporale? Eſt aliquid huic ſimile inter ſacerdotes aliarum gentium?

Quid illud? cum Pontifex Romanus in toto Orbe catholico, aut ſolus conferat, aut vna cum Epiſcopis tot beneficia & Epiſcopatus, quorum fructus ſunt vberrimi, ita vt quolibet anno largiatur annuorum redituum decies centena millia aureorum plus minus, Epiſcopique vna cum Pontifice Romano in ſuis Diœceſibus eodem modo magis minuſue opulenta, Nunquid aliquid par habent ſacerdotes Mahometani, cæteræ gentes, aut
C habuerunt vnquam?

Et vbinam ſunt tot Eccleſiaſticæ dignitates, tot Præſules, his minores, tam diuites, tam multi, tantæ exiſtimationis, atque honoris? Quibus & illud eſt omnibus commune, vt ex his Epiſcopi, atque ipſi Pontifices ſummi deligi poſſint, aliquibus vero, vt eligant ipſi Epiſcopos maximos. Mitto latifundia Clericis quibuslibet elargienda, mitto ordines religioſorum in omnes totius mundi oras diſſeminatos, quibus ampliſsimæ ſunt ædes ad Auſtrum, Boream, Occidenteſque, & Orientis extremas oras, e quibus conſtituuntur antiſtites præclariſſimi, & ad
D quoslibet gradus, vel omnium ſummos euehi poſſunt, ac ſæpe euehuntur. An aliquid eſt tam magnificum, tam late patens, tam ſublime inter exteras gentes? Apparet itaque inter Chriſtianos eſſe longe omnium feliciſsimos, qui ſunt diuinis miniſteriis conſecrati, quoad temporalia bona, neque vllius Populi ſimiles viros in eorum comparationem poſſe vllo modo venire.

Imperatores noſtri fuerunt, quoad bona temporalia feliciores Imperatoribus Gentilium. comparanturque in his ſummi ſummis, & infimis infimi. Cap. III. A

VIdimus quod pertinet ad viros Deo dedicatos,conſiderauimuſq. omniū ſupremos,ſiue medios,vel denique infimos ex vlla natione nō eſſe,qui cōparari noſtris poſsint; quoad felicitatē temporalium bonorū. Videamus de popularibus quibuſque, ac prophanis & B
primo a ſummis exordiamur, Imperatoribus ſcilicet,ac Regibus omnium, qui fuerint,maximis: ac ſumme felices noſtrorum conferamus iis, qui ſumme felices alienorum ſunt habiti,eos autem qui ſumme infelices iis,qui ſumme infelices exiſtimantur. Igitur ſiue Imperium Romanum velimus exordiri à Iulio Cæſare, ſiue ab Octauiano Auguſto vſque ad Conſtantinum numerantur ſexaginta tres Imperatores plures,aut pauciores,Iulius ſcilicet,Octauianus, Tiberius, Caius,ac reliqui,quos recenſuimus ſupra lib.6. cap.6. Ex his duodecim tantū non ſunt interfecti intra annos tercentum quin- C
quaginta plus,minus.Sed ab initio Conſtantini imperantis ab anno ſcilicet tercenteſimo ſexto ad quadringenteſimū ſeptuageſimum ſextū intra annos 170. numerati ſolent vigintiquinque Imperatores Chriſtiani in Occidente. quorum tamen aliqui in Oriente etiam tenuerunt Imperium. Sunt hi Conſtantinus,Conſtans,Conſtantius,Conſtantinus,Iouianus, Valentinianus 1. Valens (ſed hic hæreticus,haud Chriſtianus)Gratianus, Valentinianus II. Theodoſius, Arcadius, Honorius, Conſtantius ab Honorio factus Auguſtus,Theodoſius Iunior, cum Pulcheria ſorore,Marcianus,Valentinianus iij. Maximus, Auitus, D
Maiorianus,Seuerus, Anthemius, Olybrius, Glycerius, Iulius nepos,Momyllus; Ex his occiſi ſeptem Chriſtiani, Conſtantinus, Conſtans, Gratianus, Valentinianus ſecundus (Nam Valens & ipſe interemptus,& concrematus fuit hæreticus)Maximns,Maiorianus, Anthemius. Atque ita e tribus quibuſque vnus occiſus inter Chriſtianos Imperatores, at inter alienos longe ſecus,e quinque quibuſque occiſi quatuor,atque ita vnus dumtaxat ab illata morte intactus. Sic igitur alieni à nobis triplo poſſent infeliciores noſtris videri,quoad vitam, mortéque. Hæc porro nos exactius libri de Imperio virtutis primi cap.2.

& ſi-

A & ſigno 89.lib.20. ac 97. 23. Conſtatque impios noſtris longe infeliciores hac parte. Inſpiciamus quoad honores, & conferamus infimos infimis,ſummiſque ſummos. Ex alienis hi multis ignominijs onerati ſunt; Tiberius, Caius, Nero, Domitianus, Galba, Caracalla, Adrianus, Maximinus, Valerianus, Gallienus, Aurelianus, Carinus, Maxentius. Tot vero, ac tantis, vt nihil omnino ſimile noſtris acciderit. Vitellius porro, vt cap. 6. referebamus per Vrbem totam tractus, laqueo ceruicibus iniecto, ſeminudus, religatis poſt terga manibus, reducta coma a capite conuicia cunctis in eum iactantibus, nonnullis etiam
B ſtercora, cænumque conijcientibus, tandemque minutiſſimis ictibus excarnificatus obiit, per vrbem raptatus, & in Tyberim proiectus eſt. Eadē multoque fœdiora contigere Heliogabalo. Valerianum ſcimus à Sapore Perſarum Rege captum, ferreaq. cauea concluſum pro ſcabello ſeruiſſe, quoties ille equum conſcenderet. Atqui horum nihil contigit Imperatorum, Regumque vlli è noſtris, Quemcumque in medium producas, ac proinde non modo ſi comparemus infimos infimis, ſed etiam ſi medios ac mediæ ſortis Reges accipias, ab huiuſmodi ærumnis immunes extiterunt.

C Nunc proferamus feliciſſimos ex alienis Imperatores, atque hi viſi ſunt antiquis Octauianus, & Traianus, iccirco acclamabatur electo felicior Auguſto, melior Traiano. At ex his neuter æquauit felicitatem Conſtantini, Theodoſij Senioris, ac Iunioris, aut, quæ cum hoc ſimul imperauit Pulcheriæ. ſingulis namque horum, ſi duos dumtaxat vltimos excipias, liberi Imperatores fuere; Octauiano, ac Traiano nulli. Imperium prætera Romanum multo ampliſſimum, & florentiſsimū, quam fuiſſet vnquam prius, noſtri exceperunt, ac ſi cæteros, maxime vero Octauianum reſpicias, pacatiſsimum, Pulcheria vero donis om-
D nibus animi præſtantiſsima, ac ſupra omnes totius æui Regina laudatiſsima, vt alibi proſecuti ſumus, meruit, vt anniuerſariis honoribus à Catholicorum cætu celitibus ſummis aſcripta Martyrologij lectione coleretur, atque in vota ſuppliciter inuocaretur. Quod etiam Conſtantino Græci attribuerunt, cui, ſicuti etiam Theodoſio primo, Magni cognomen eſt merito aſsignatum, ille porro æqualem Romæ vrbem de ſuo nomine ædificans hoc diuinitus eſt ſortitus, vt nulla hucuſque Ciuitas tanti imperij ſedes fuerit tam diuturna, vt Conſtantinopolis, ac iure omnium feliciſsimus, quod ſupra e S. Auguſtino aſſerebamus,

bamus, prædicetur. Quomodo autem conferri ſuperioribus poterit Octauianus. de quo ſic Plinius? in Diuo quoque Auguſto, quem vniuerſa mortalitas in hac cenſura nuncupat, ſi diligenter æſtimentur cuncta, magna ſortis humanæ reperientur volumina, repulſa in magiſterio equitum apud auunculum, & contra petitionem eius prælatus Lepidus, proſcriptionis inuidia, collegium in triumuiratu peſsimorum Ciuium, nec æquali ſaltē portione ſed prægraui Antonio. Philippenſi prælio, morbus, fuga, & triduo in Palude latebræ ægroti, & (vt fatentur Agrippa, & Mæcenas) aqua ſubter cutem fuſa, turgida latera, naufragia Sicula, & alia. ibi quoque in ſpelunca occultatio, iam Nauali fuga vrgente hoſtium manu preces Proculeio mortis admotæ, cura Peruſinæ contentionis, ſollicitudo Martis Actiaci, Pannonici belli, ruina è turri. tot ſeditiones militum, tot ancipites morbi corporis, ſuſpecta Marcelli vota, pudenda Agrippæ obligatio, toties petita inſidiis vita, incuſatæ liberorũ mortes. luctuſque non tantum orbitate triſtes, adulterium filiæ, & conſilia parricidæ palā facta, contumelioſus priuigni Neronis ſeceſſus, aliud neptis adulterium, iuncta deinde tot mala, inopia ſtipendij, rebellio Illyrici, ſeruitiorum delectus, iuuentutis penuria, peſtilentia Vrbis, fames ſitiſque Italiæ; deſtinatio expirandi, ac quatridui inedia, maior pars mortis in corpus recepta, iuxta hæc Variana clades, & Maieſtatis eius fœda ſigillatio, abdicatio poſthumi Agrippæ poſt adoptionem, deſidetium poſt relegationem, inde ſuſpicio in Fabium, Arcanorumq. proditiones, hinc vxoris, & Tiberij cogitationes, ſuprema eius cura. in ſumma Deus ille, cælumque neſcio adeptus magis, an meritus hærede hoſtis ſui filio exceſsit. Hæc Plinius de felicisſimo ex alienis Imperatore, quarũ ſaue ærumnarum cumulus neque Conſtantinum, neque Theodoſium, neque Pulcheriam modo vllo obruit, aut attigit ex vlla parte. Conſtat igitur noſtros longe feliciſsimos, ſiue infimos infimis, ſiue ſummis ſummos, quoad felicitatem conferamus.

Plin. lib. 7. cap. 49.

A

B

C

D

Iam vero manifeſtiſsimum fecimus alibi, poſt Conſtantinum noſtros obtinuiſſe plerumque omnium ſumma Imperia, quæ fuerunt in terris, Orientale, Occidentale, vel diuiſa, vel ſimul iuncta, regnum Gallicanum cum peruenit ad amplitudinem ſuam, Germanicum, Tartaricum, Luſitanicum, Hiſpanicum, quibus omnibus præſedit eo, quo diximus, modo Pontifex vrbis. Ita, vt nulla huiuſmodi natio poſsit illi vllo modo cōferri

quod

A quod late diſſeruimus libri de robore bellico cap.v. explican-
tes facta collatione cum externis,hæc omnium maxima exti-
tiſſe, & ampliſsima, diutiuſque conſeruata à noſtris, quam ab
alijs.

Rurſus toto libro 21.& 23.aperuimus catholicas gentes Re-
giaſque noſtrorum poſteritates multo feliciores alienorum
poſteritatibus, ac libris de Imperio virtutis patefecimus Re-
ges impios, ac malos hoſtili manu ſæpius interfectos, ijs bre-
uem fuiſſe in regno vitam,regnis expulſos in miſerijs vixiſſe,
in magnis animi cruciatibus, varijs ęrumnarũ plerũque euen-
B tibus agitatos, perpetuis diſsidijs domeſticorum vexatos, ex-
pertos ferales ſuorum cædes, infamia poſt obitum notatos,
inania fuiſſe ijs gloriæ monumenta,breuem poſteritatem, quæ
ſe mutuis cædibus abſumeret, ipſorum regiones ad vaſtitatem
redactas. Igitur acta non agemus. Illa tantum nunc affere-
mus in medium, diſtinctius aliqua omiſſa, & dilucidius expli-
cantes,quæ poſſent alioquin alicui dubitationem mouere, no-
ſtra cum reliquis haud conferenti.

Confertur Othomanica familia cum Auſtriaca, & Turcica na-
C *tio cum Chriſtiana. Et aperitur,quanto ſit hæc illa longe*
fælicior. Cap. IV.

ET auſi ſunt aliqui vocare in comparationem
familiæ Auſtriacæ Othomanicam, Turcicã
nationem Chriſtianæ,quoad felicitatem tẽ-
poralium bonorum? Videamus,quam recte.
Adducatur in medium, qui eſt beatiſsimus
ex Othomanis, & qui ex Auſtriacis, qui ex
his ærumnoſior, & qui ex illis; qui deiuque
D ſunt inter iſtos medij. Nam diximus ſupra neceſſario facien-
dam in his inter pares comparationem.

Tres videntur infeliciſſimi ex Othomanis Reges Baiaza-
thes i.Moſes, Muſulmanus, quem vocant alij Orchanem, nam
Baiazetem ſecundum,Orchanem,Amurathem ſecundum reii-
cimus in mediorum turbam, quamuis fæde perierint, vt ape-
riemus.

Igitur Baiazethes primus à Tamerlane victus in acie du-
centa ſuorum millia amiſit, captus eſt, cauea ferrea incluſus
circumducebatur cathenis aureis vinctus, atq; vbi ille equum
conſcen-

conſcendere volebat, miſer hic dorſo incuruo pedes victoris A
excipiens pro ſcabello illi erat. cumque in ampliſſimo Procerum Tartaricorum, Regiſque conuiuio adductus, vti ferreis clathris detinebatur, aſpiceret ſuam coniugem, reſectis ab vmbilico ad pedes veſtibus, ignominia magna miniſtrare, doloris impatiens, caput ſæpe ad cancellos ferreos percutiens, in conſpectu omnium tandem ſibimet hac via mortem conſciuit.

Atqui ex Auſtriaca familia nullus huiuſmodi ærumnas ſubijt. Vnus Albertus a nepote eſt interfectus, nihil habens vllo modo ſimile cum tanta Baiazethis fœditate. cæteri in complexu ſuorum placidiſſime vita migrarunt. ſed quid ego Baia- B
zethis miſerias in collationem ducam, quando nulli catholicorum Regi, ex quo Conſtantinus Chriſto nomen dedit, talia contigerunt? Certe Auſtriaca gens imperare cœpit latiſſime anno 1272. cum lectus eſt Imperator Rodulphus Habſpurgenſis antea Comes. Othomani autem regnant ab anno 1300. Sic igitur Auſtriacorum potentiſsima felicitas multo antiquior, neque tamen vllus ex eis incidit in eas, in quas deuenere Othomani, calamitates. Nam poſt Baiazethem, Primus Moſes à Maſulmane, Muſulmanes à Mahomete, fratres à fratri
bus occiſi ſunt imperium breue ſortiti. Orchanes in obſidio- C
ne Pruſiæ vulnus accepit, atque ex illo perijt, Amurathes i. pugione confoſſus eſt à Myſo quodam milite. Baiazethem ſecundum veneno ſuſtulit Selymus filius, vt patre interfecto regnaret. ſex itaque Othomanici Reges infeliciter obierunt, & aliquis horum turpiſsime, vt Baiazethes primus.

Num vero hic ego memorem atrociſsimis inter ſe modis iſtos ſæuire? Num repetã, quod alibi collegi ab Orchane filio primi Othomani tres fratres occiſos, ab Amurathe ipſius filio vnũ, a Baiazete ſeptẽ, a Muſulmane vnũ, à Moſe hunc, a Mahomete Moſem, ab Amurathe vnũ, ſimiliterq. à Mahomete, à Seli D
mo ipſum Patrem Baiazethem, fratres duos, nepotes quinque, à Solimano filiũ, & ex eo nepotẽ, à Selimo ſecundo quinq; tum fratres, tũ nepotes; ab Amurathe quinque fratres ſtrangulatos, multo autẽ plures ab hoc Baiazethe, qui nunc regnat. En bella Othomanicæ familiæ felicitas, quã viri ſapientes admirentur ac laudent. An talis infelicitas euenit vllis Auſtriacorum?

Iam ſi medios conſideremus, nullos habemus ex Auſtriacis, quos infelices vocare poſſimus, niſi minus felices nominemus reſpectu feliciſſimorum.

Venia-

A Veniamus ad feliciſſimos Othomanorum Reges. Neſcio tales ne fuerint Mahometes ii. Selymus, ac Solymanus, quod omnium maxime dilatarint imperij confinia: & Mahometes quidem ſecundus Conſtantinopolim, Trapezuntemq. cum latiſſimis oris occupauit, Selymus Aegyptum, & Syriam, Solymanus Meſopotamiam & Hungariam.

His oppono Philippum Primum, qui acquiſiuit Auſtriacis regna Caſtellæ, Legionis, Toleti, Hiſpalis, Murciæ, Andaluziæ, cæteraque his adiuncta, Canarias Inſulas, Indiarum Occidentalium, Burgundiam præterea, quindecimque Flandriæ attributas prouincias? Carolum Quintum oppono, qui cætera Hiſ-
B paniarum loca, præterea vero Sardiniam, Siciliam, Neapolitanum Regnum, Ducatum Mediolani, ac latiſsimas Indiarum Occidentalium, ſiue Americæ regiones, poſtremo oppono Philippum ſecundum, qui præter innumeras alias earundam Indiarum plagas, atque in his de ipſius nomine dictas Philippinas Inſulas, Orientales etiam, Luſitaniæque regnum poſteritati ſuæ parauit.

Quis autem conferre audebit vrbes Turcici Imperii, ac terras cum Terris, & Vrbibus Flandriæ, Italiæ, & Hiſpaniae. Riſũ
C mouebit peritis, qui hæc proponet. nihil eſt Turcis, quod aſſequatur ex vlla parte opes, magnificentiam, nobilitatẽ, frequentiamque iſtarum regionum. Nam quid de amplitudine verba faciemus, cum Turcica omnia loca non æquent partem centeſimam Indiarum, quas Auſtriaci poſsident ad ortum, occaſum, & Auſtrum cum Ciuitatibus maximis, & opulentiſſimis auro, argento, gemmis, margaritis, & omni aromatum genere abũdantisſimis, quale eſt Armuzium in ſinu Perſico, aliæque multæ Vrbes in Arabia & Perſia, Goa, Cochinum in India cis Gan-
D gem, Malacha trans eũ in aurea Cherſoneſo, Moluchæ Inſulæ. At in Occidente Vrbs S. Dominici. Cuzcum, Caxamalca, Mexicum, & aliæ, quarum numerus iniri non poteſt. In quibus omnibus acquirendis eo maior fuit Auſtriacorum felicitas, quo felicius omnia ſine multo militum ſuorum ſanguine, & cædibus per ipſos parta eſſe ſcimus.

En igitur, vt nihil habeant æquale feliciſsimi Othomanorum cum feliciſsimis Auſtriacorum In quibus eſt aduertendum, quod Solymanus potentiſsima claſſe, quam Barbaruſsa ducebat, ac regno Tunetẽſi eſt exutus à Carolo v. hic nulla ſimili eſt affectus clade à Solymano. Quod ſi Philippus ſecundus multas

naues amiſit ad Inſulam Meningem, longe plurimas Selymus ad Echinadas, ſi Goletthã ille expugnauit, hic arcem Pignoni, ſi Rhegium mox Amurathes incendit; & Aphrodiſium multo ante in Africa Philippus. A

At Hungariam dicet aliquis cæpit Solimanus, quæ Auſtriacis aliquando paruit & aliquot exercitus eorum fudit, vere quidem, ſed comparationis fines haud ſunt tranſiliendi. Solymanum diximus feliciſsimum, & cum feliciſsimo Auſtriacorũ contulimus Carolo v. ad quem non pertinebat Hungaria, quam Ferdinandus frater Caroli v. fruſtra conatus eſt acquirere bellans contra Ioannem, Iſabellam, Turcas. comparetur hic itaque cum medijs Othomanorum Regibus, ad quam comparationem vocentur Rodulphus primus, Fridericus iij. & iv. Albertus ij. Maximilianus i. Quin neque in collationem venire debet Ferdinandus cum poſteris ſuis, vnum nanque agnationis alterius germen cũ alterius germine eſt conferendum: quod ſi duo, tunc cũ fratribus Caroli v. poſterorumq. eius conferendi ſunt Othomanicorum Regum fratres, quos à regnantibus fratribus atrociſſime ſtrangulatos ſcimus. ita vt ſi cum linea Ferdinandi Imperatoris hi comparentur, videas quo loco ſint hi, quo loco illi. Enimuero poſt Rodulphum ſinguli ex Auſtriacis vſque ad Carolum v. ſemper aliquid adiecerunt auitis ditionibus in Germania, Bohemia, Auſtria, Stiria, Carinthia, Tirolo, Croatia, Dalmatia, Iſtria, Liburnia. Dein vero Flandria, Burgundia, finitimiſque Prouincijs, poſtremo Hiſpanicis, Italicis, Indicis, Luſitanicíſque regnis. Patet itaque ex amplitudine Imperii, ex opulentia regionum, ex Vrbium frequentia, ac nobilitate, nihil eſſe Othomanicis equiparandum cum Auſtriacis. B C

Quod ſi agamus de nobilitate gentium ſubiectarum, ridendus erit, qui mancipia Turcica velit conferre cum proceribus ac Dynaſtis Italis, Siculis, Sardis, Burgundis, Flandris, & Hiſpanis. Felicior autem, qui felicioribus dominatur. D

Cum vero temporale ſit bonum regnandi antiquitas, conſtat multo ante incepiſſe Imperium Auſtriacorum, quam Othomanorum. Illud enim ſub annum 1272. hoc ſub 1300. exordium ſuum cæpit in terris habere, atque ita longe eſt diuturnius: Eodem modo Auſtriaci nunquam non leguntur nobiles fuiſſe, atq; à nobilibus ortũ ducunt. Comites enim prius Habſpurgenſes cum forent, genus ſuum referunt ad patritios Romanos è familia Petrileonis, vt Nauclerus in Chronico refert.

A Iam vero laudibus,gloriaque virtutum nulla in re Otthomani
ci ad Auſtriacos pertingunt.Cui nãque ignota eſt incredibi-
lis feritas Otthomanorũ?quæ quanta ſit in ſubiectos, aut ſer-
uos,alibi oſtẽdimus.atque hinc dignoſci poteſt,quod ſimulat-
q. Rex pater vita eſt defunctus,fratres inter ſe atrociſſimæ di-
ritatis exẽpla edunt,donec omnibus obtruncatis,aut ſuffoca-
tis,qui ſupereſt vnus Imperio potitur.Sic in vniuersũ ſcimus
ab illis omnia redigi ad vaſtitatem,& ſqualIorem,neqne diſci
plinis,artibuſue vllis liberalibus eſſe honeſtũ,ſuumque locũ.
Quamobrem conſequitur Auſtriacos(quod ciuiles doctrinas,
B ac generi humano excolẽdo neceſſarias amplectantur, ac pro
moueant)gloria,ſplẽdoreque nominis multo illuſtriſsimos in
omni Orbis parte, ex quo laudentur vel ab æmulis ipſis inui-
dia perculſis.Sic poſteritas eſt Auſtriacis nobiliſsima , affini
tates longe clariſsimæ cum primis OrbisTerrarum Regibus.
ac veluti Otthomani naſcũtur e viliſsimis ancillis,ſic Auſtria
ci contra è præclariſsimis Heroinis Regum maximorum filia
bus orti fœminas gignunt,e quibus nati ſunt totiusEuropæ po
tentiſsimi Reges,& Imperatores in Aſia,Africaque late domi
nantes.Quid igitur par habet fœlicitas temporalis Otthoma
C norum?ſed aſpiciamus Auſtriacis ne, an Otthomanis diutur-
nior fuerit vita?Hec eſt Auſtriacorum genealogia.Rodulphus
primus anno 1272. imperare cœpit, ex illo ortus Albertus i.
ab hoc Albertus ſapiens,a quo Leopoldus Probus,ex hoc Her
neſtus,cuius proles Fridericus 4.genuit Maximilianũ primũ;
hic Philippũ primũ Caroli v.parentẽ,atque ex hoc auum Phi
lippi 2.adhuc regnantis,ac viuentis.Sunt igitur Auſtriaci no-
uem poſt Rodulphum.Numeremus Otthomanos , Primus eſt
eadem,qua Albertus 1.ætate,Otthomanus,cuius filius Orcha
nes protulit Amorathem primũ,à quo natus Baiazetes i. ha-
D buit ſucceſſorem filium Ciriſcelebim,cui ſuccedens Proles Or
chanes interfectus eſt à patruo Moſe , ſed hic a fratre Orcha-
nis Mahomete i.peremptus eſt , Mahometi ſuffectus eſt filius
Amorathes ii.huic ſoboles Mahometes ii. à quo genitus Baia
zetes ii.quem filius Selymus veneno dato ſuſtulit , ſucceſſorẽ
nactus filium Solymanum,cuius imperiũ deinde excepit Soly
mus ii.cui ſoboles,atque hæres regnorum Amorathes,qui ge
nuit Mehemetem iii.modo regnantẽ,qui eſt quartus decimus
cũ Orchane i.ſi eximamus e numero Orchanẽ ii.& Moſem.Vt
appareat itaq; duplo prope longior vita Auſtriacis, quã Otho

manis, ac manifeſtiſsimũ fit Auſtriacos Otthomanis longiſsi- A
mo interuallo quoad bona tẽporalia feliciores, vt pudeat me illorum, qui vocant iſta in quæſtionem. Ex his etiam, quæ diximus, conſtat Chriſtianã nationem, Turcica longe feliciorem. Nã vidimus, jam ſummos noſtrorũ ſiue ordinẽ ſacrũ, ſiue prophanũ conſideres, eſſe feliciores. probemus, & popularẽ. Nunquid enim Turcis ſunt tot Marchiones, Comites, vt noſtris tantæ dignitatis, ac poteſtatis, quibus etiam ſit ius eligẽdi Imperatores maximos, vt in Germania? Reges potentiſsimos, vt in Polonia, & Bohemia? adminiſtrandi ampliſsima regna, vt in Galliis, Hiſpaniarum regionibus ampliſsimis? nunquid inter B
eos tam vetuſtę Principum, Dynaſtarumq. ſtirpes? Imperitiſſimum ſe prodet, qui affirmabit eſſe, aut pertinaciſsimum. Sic igitur, qui Turcarum mediæ ſunt conditionis inter eorũ ſummum Regẽ, populumque nullo modo noſtros eiuſdem conditionis æquant. Nam ſcimus eos, qui adminiſtrãt ſecundo loco imperium Turcicum, eſſe abiectiſsima mancipia, quorum liberis nihil ſit præclarum, nihil egregiũ. Res eſt clara. Inſpiciamus de ſortis infimę hominibus. An Turcæ beatiores, quam Chriſtiani? An illi, qui degunt immũdiſsimi in ſordibus, in tectis humilibus, nihil habentibus ſplendidum, & decorũ? qui re- C
guntur à ſeruis? Nã tales Baſſæ, & Sangiacchi, vt vocãtur, prouinciis Imperii Turcici gubernãdis præpoſiti. quorũ cateruæ educuntur in prœliũ, vt iis interficiendis noſtri defatigentur? quique in foſſas adiguntur, vt iis repleãtur, ac ſupra illorũ cadauera, & aceruos mortuorũ reliqui Turcæ in muros Vrbium capiendarum poſsint aſcendere?

Noſtri porro, vel hac parte felices maxime, quod eſt aditus ipſis latiſsime apertus, quo peruenire valeãt ad primarias dignitates, ſiue ſacras, ſiue profanas, quãuis alioquin humillimo D
ſint loco nati, iccirco quotidie videmus Epiſcopos, Card. ſummos, quin etiã Pont. ex iſtis aſſumi. Comites itẽ, Marchiones, Duces; In vniuerſũ vero ſcimus Turcis deeſſe pleraſq. artes liberales, omniũq. perfectionẽ; quibus bona tẽporalia, vel acquirũtur, vel cõſeruantur, exẽpli gratia, deeſt illis Muſica, per quã voluptas quędã tẽporalis, ſenſumq. mulcẽs animo ingeneratur, deeſt poetica, pictura, architectura domibus ædificandis ad iucunditatẽ neceſſaria, deeſt medicinę peritia curãdis corporibus, deeſt exqſitior agriculturę doctrina, artẽ nauticã prope ignorant. quid? quod neq. in exercẽda Mercatura noſtros

A æquant veluti Venetos, Genuenſes, Florentinos in Italia, Hiſpalenſes, & Vlyſſiponenſes in Hiſpania, Lugdunẽſes in Gallia, Antuerpiẽſes & Auguſtanos in Germania, Gedanenſes in Polonia. Quod ſi quis de fœminis verba faciat, ſcimus Turcarum mulieres veluti pecora intra caularum ſepta concludi, cum noſtrarum ingenioſiores regna, Imperia, populoſque ſumma cum laude iuſtitiæ, prudentiæque moderari videamus. Pudeat igitur imperitos verba facere de huiuſmodi rebus.

B *Comparantur Sinenſium Reges, ſiue China Cum Auſtriacis, eorumq. populi cum noſtris Chriſtianis, atque hos oſtenditur eſſe multo feliciores. Cap. VIII.*

MAiorem poſſet aliquibus dubitationem facere quod pertinet ad Regem Sinarum, nationeſq. illi ſubiectas. Enimuero quamuis eorũ geſta, atque euenta non ſint nobis bene cognita, ac plurima fabuloſa proferantur; tamen, vt admiremur admiranda quædam, veritatem Deo iuuãte illuſtrabimus, atque C in apertum ſplendorem producemus. Igitur vt ab ipſa vitæ diuturnitate exordiamur. Auſtriaci longius vitam produxere, quam Sinarum Reges, narrat enim, qui de his admirabilia multa literis mandauit intra ducentos annos duodecim Reges eiuſdem agnationis dominatos, Bonogumque modo viuentem eſſe duodecimum ab Hombuo, qui Tartaris eiectis imperiũ recepit, quod illi antea annos nonaginta tres occuparũt. Id accidiſſe videtur anno 1270. vt colligimus e Marco Polo inuadentibus illud Tartaris, ac proinde 1363. illud eſt ætate Leopoldi recuperatũ ab Hombuo, quẽ ſi annumeres liberis eius, tredecim regnarũt hucuſque annorũ ducẽtorũ triginta triũ ſpatio. Atqui ſeptem Auſtriaci tantũ numerãtur, vt ſupra oſtendimus ab anno 1363. vſque ad annum præſentem dicto temporis interuallo, ſic itaque duplo ferè longior vita Auſtriacis, quam Chinæ, ſeu Sinarum Regibus. Iam latius pertinet honor, qui exhibetur Auſtriacis a noſtris. Tertiã namque hi prope Orbis Terrarum partem continent imperio, cuius Incolæ nullos non honores, qui mortali a mortalibus exhiberi poſſunt, Auſtriaco Hiſpaniarum Regi preſtant, eiuſque nomen peruadit omnes Orbis totius partes maximo cum ſplendore, quod ipſi ſu-

Mend. lib. 3. cap. 1.

ſi ſu-

ſi ſubiectæ gentes omnia maria circumnauigent, aut mercatu- A
ris exercendis, aut armis confinia dilatantes, vel defendentes,
quod Sinæ haud agunt, quibus eſt vetitum regno egredi, atque
ita regum ſuorum nomen, ac decus anguſtiſſimis terram fi-
nibus concluſum friget. Cumq. deſint tot ſcriptores ingenio
præſtantes in omni genere artium cæteris nationibus, ne dum
Sinis, quot abundāt latinæ linguæ periti, qui Auſtriaco Hiſpa-
niarum Regi obediunt. ob id longe, lateque illius nomen om-
nia circumſonat non modo illi ſubiecta loca, ſed qua linguæ il-
lius vſus, qui præ ceteris aliis maxime diffunditur, circumſo-
nat. Atque ita felicior eſt ille, quoad famæ claritatem Regi- B
bus terrarum cunctis. Iam vero Auſtriaco ſunt affinitates ma
ximorum Regum præclariſſimæ ex antiquiſsimo tempore, cō
ſanguinitateſque nobiliſsimæ, quarum nihil adeſt Sinenſi, cu-
ius poſteritas ædibus ampliſsimis, & ad omnes delitias, volu-
ptateſq. percipiendas accommodatiſsimis, veluti quibuſdam
carceribus incluſa detinetur. neque inde luxu emollita, atque
effeminata valet egredi vnquam, niſi ſi quis aliquando à Rege
euocetur. Nec niſi infelicitas reputari poteſt, eo compelli, vt
poſteros ſuos omnes & propinquos aliquis tam dure tractet, C
atque acerbe. Nam quibus fidat REX, cum ſuis haud fidit?
Et quibus amicis vtetur, cum non ineatur ea ratio, vt ſuis
vti ad maxima quæque poſsit? Quamobrem neque amicis
poterit vllis, qui vere ſint amici, vllo modo vel abundare, vel fi
dere vnquam re vera, atque ita præcipuis felicitatis tempora-
riæ inſtrumentis nudus erit, neque comparari poterit hac par
te Auſtriacis Hiſpaniarum Regibus, qui conciliant ſibi tum
ſuos propinquos, tum ſubiectos non violentis hiſce viis, atque
a virtute prorſus alienis, quæ ſola poteſt amicos ex animo in-
ter ſe conglutinare, ac paratiſsimos efficere ad extrema quæ- D
que ſubeunda pro commodis, & honeſtate amicorum. Quamo-
brem videmus imperia illorum, qui modos huiuſmodi adhi-
bent ad ea gubernanda, non eſſe tam diuturna, aut fuiſſe vnquā
paria paribus conferendo, quippe quæ Tyrannidem partici-
pent, vel ſint, quæ ex optimatum gubernatione, quod Ari-
ſtoteles adnotauit quinti Politici capite duodecimo, & euentis
certiſsimis ex omni antiquitate depromptis comprobatur, ac
nulla non id ratio perſuadet a veris principiis deducta. Iccir-
co ſubſequenti anno 1269. Regnum Sinarum momento temporis a
Tartaris excidium fuit, & quamuis Rex tum viuens ob iuſtitiā
pacif-

A pacifque tuitionem maxime à ſuis amaretur, & in regno Ciuitates eſſent munitiſsimæ, quæ difficillime poſſent expugnari, vt Marcus Polus, qui vidit illas omnes, teſtatur, tamen ſimulatque Tartarorum Rex Ciuitatem Regiam cæpit, omnes licet inexpugnabiles in eius poteſtatem deuenerunt, regnumq. eſt occupatum ſpatio annorum nonaginta trium, cumque dominarentur, & illi impotentiſsime, & crudeliſsime non diuturnum fuit ipſorum regnum. Iam felicitas eſt maior felicioribus imperare, neque ambigi poteſt, vt aperietur, ſubiectos Auſtriaco Hiſpaniarum Regi populos eſſe feliciores, ſiue vltimæ ſortis homines, ſiue mediæ velis conſiderare, quam ſubiectos Regi Sinarum. Iam de amplitudine imperii non eſt quod diſputemus, cum Chineſe Marci Poli ætate vnam tantum Prouinciã Mangi contineret non multis Vrbibus ornatam. poſt depulſos deinde Tartaros eſt amplificatum. ſed plurimis partibus longe maius Auſtriacum, nam circumplectitur Orbem Terrarum totum, & quamuis de Romano prædicaretur illud, quaſi maximum, quod Oceano tantum terminaretur, hoc non terminatur Oceano, ſed illi imperat, ac præeſt, quacunque protenditur. Quod ſi Tyrannorum more Auſtriacus Hiſpaniarum Rex, aut Sinenſes imitatus, aut Turcas, vellet ad ſe omnia reuocare, Tributiſque ſubiectos magis onerare, quot ille opibus abundaret? Quanta auri, argentiq. copia, quãta Gemmarum, quanta aromatum ſolus circumflueret? Nam ſcimus quam magna harum vis ex Indiis aduehatur, cum temporibus Marci Poli in plurimis Cinæ ciuitatibus coriaceo nummo ad omnia mercimonia exercenda vterentur, quod apparet ex ipſius ſcriptis, ſicuti etiam Turcis eſſe ſcimus exiguam metallorum copiam, maxime vero argenti, & auri. Quamobrem nullibi extra Orbem catholicũ ſunt tot, ac tam dites Mercatores omnia maria circũnauigantes, & omnes oras, vt Hiſpali, & Vlyſsipone, nam mittimus ciuitates minores, e quibus colligimus populos Auſtriaco Regi ſubiectos eſſe opulentiores, ipſius regna opulentiora. ſic etiam nullibi, ne dum in regnis Chinæ eſt ciuitas, quæ proceribus tam multis, ac tam præſtantibus nobilitate, dignitate, & opibus abundet, veluti Neapolis Auſtriaco parens, vt alias mittamus. Iam ſi generis antiquitatem reſpiciamus, paternum quidem Regis Auſtriaci à nobiliſsimis Romanorum Principibus deductum iam poſt annum 1272. latiſsime imperat, maternum vero deducitur longiſsima ſerie

rie à Regibus Burgundis: quod eſt alibi explicatum, dederunt A
iſti Chriſto nomen anno 491. Maiores ipſorum multo antea
regnarunt. anno enim 370. Imperatori Valentiniano contra
Alemanos affuerunt. ſobolemq. ſe eſſe Romanam iam inde à
temporibus priſcis, inquit Ammianus lib. 28. iactabant, quod
ſcilicet (vt coniicio) fœderati populo Romano eſſent, atque
ita ciere poteſt ille maiores ſuos, qui ſupra annos mille, ac du-
centos late dominentur, ſed aliquid amplius infra aperiemus.
E quibus ſane omnibus conficitur, non eſſe vllo modo confe-
rendos Chinæ Reges, quantum pertinet ad bonorum tempora
lium felicitatem, cum Regibus Auſtriacis Hiſpaniarum. Quoad B
populos autem, ſimiliter apparet Sinenſes non æquare tempo-
ralem felicitatem Chriſtianorum, quod eadem prope, quæ de
Turcis diſputata ſunt, & in Sinenſes quadret, quod ſi quid infe-
licitatis deeſt his, quæ Turcos premat, Sinenſibus hoc peius ad-
eſt, quod e regno non poſſunt egredi, niſi Rex, qui ægerrime, ac
raro id concedit, atque ob vtiles ſibi cauſas, indulgeat. Turcis
id omnino licet. Sinẽſium præterea nemo poteſt artem, vel ge-
nus viuendi vllum profiteri, niſi quod parentes, ac maiores pro-
feſſi ſunt, atque ita nulli ad maiora vnquam, & præſtantiora
fas eſt aſpirare. Iccirco vulgus omni ludibrio patet. Neque hoc C
Turcis contingit, nam quilibet euehi poteſt ad gradus dignita-
tum militarium, & Vrbanarum, quamuis è Ianizeris delecti,
ac ſerui primas in omnibus teneant, vt quos vocant Baſſas, San-
giaccos, Beglierbeos, atque ita nihil eſt in terris, quod Chriſtia
nos æquet.

Conferuntur cognationes Heraclidarum, & Mahometis, cum noſtris quoad felicitatem bonorum temporalium, & noſtros longe illis feliciores eſſe aperitur. Cap. VI. D

QVod ſi ſingula e noſtris conferre cum ſingulis
exterorum velimus, paria paribus componen
tes, maxima ſcilicet maximis, & humilia hu-
milibus nihil in terris inuenietur, quod ſe ſe
Chriſtianorum felicitati temporali poſſit
obiicere. Nam verbi gratia opponatur genea
logiæ Imperatorum Romanorum, quæ fuere ante ortum Chri-
ſti iis, quæ poſt illũ fuerunt, & cognoſcemus antea nemini Im-
perato-

A peratorum fuiſſe Imperatorem nepotem ſuæ agnationis, ſed filios infeliciſsimos, cum noſtris fuerint filii, nepoteſq. feliciſsimi, vt Theodoſio Seniori, & aliis. eadem dicimus de cæteris proſapiis, ac regnis, verbi gratia Perſicum regnum fuit olim florentiſsimũ, ſolumque, quod Romano ſe ſe opponeret Imperio, ſi conferamus hoc cum noſtris, videbimus nihil eſſe ſimile. Scimus enim Perſiam fuiſſe à Mauritio Imperato expugnatam, deinde ab Heraclio. Mox inuaſerunt, ac tenuerunt illã Saraceni; Poſtea Corazani. His Turcæ ſucceſſerunt. Expulſi ſunt Turcæ a Tartaris, quorum quatuor Reges potentiſsimi Chriſtia-
B næ religioni fuerunt addicti, cum Tartari ſcilicet nacti ſunt Imperii ſublimiſsimum culmen, vt oſtendimus libro de robore bellico. Nunc Perſiam tenent, qui ſe à Mahomete prognatos volunt. ſic itaque Perſicum regnũ cum Regiis Genealogiis, & dignitate antiqua concidit, noſtrorum tale nullum. quod ſi Græci ab obedientia Pontificis Romani haud abſceſsiſſent eo ſtatu forent, quo ſupra explicanimus toties fuiſſe, cũ paruerunt illi. Hoc tamen fixũ manet, Imperium, quod in Orbe Terrarum videbatur olim ſolum Romano ex aliqua parte poſſe aduerſari bis in poteſtatem Imperatorum Conſtantinopolis adductum
C fuiſſe à Mauritio primum, deinde ab Heraclio. Nec multo poſt Coraxani, ac deinde Turcæ ſucceſſerũt, vt Paulus Diaconus tradit, Zonaras, aliique ſcriptores. Verum quando nos libro 23. explicauimus late quæcumque pertinent ad omnium Regum, qui fuerunt à vera religione alieni, poſteritates, & vigeſimo primo quæ ad proſapias noſtrorum ſingulas, qui volet poterit ex iis, quæ ſcripſimus ibi, inter ſe componere euenta ſingularum, & magna magnis, mediocria regna mediocribus conferre, verbi gratia, Caſtellanum priuſquam tam late pateret cum Feſſenſi, Portugallenſe cum Marochiano, Aragonenſe cum Tu-
D netano in Africa, Gallicanum cum Aegyptiaco, Germanicum cum Babylonico, Polonicum cum Tartarico, quod tamen Chriſtum colebat, cum ſummum felicitatis Temporalis attigit. Danicum cum Moſcouitico, Anglicum, Scoticum, Suecum, Bohemicum, & huiuſmodi multa cum reliquis, ac viderit nihil eſſe illis par cum noſtris. Poſſumus & aliam ſimul inire rationem in comparationibus hiſce faciendis, & conferre eadem regna cum iiſdem, cum ſcilicet erant auerſa à nobis, & cum nobis ſe ſe adiunxerunt, ac veræ religioni, præfectiſque illius obedierunt. Nam qualia quæſo fuerunt Hiſpanicum, Gallicum, An-

glicum, Scoticum, Germanicum, Bohemicum, Polonicum, Danicum regnum, priuſquam colerent Chriſtianam religionem? nunquid habuiſſe dicemus, vnquam talis, tantæq. felicitatis, quam poſt acceptã Chriſtianam religionem ſunt adepta, vllam vel tenuem vmbram? Num Græcia tanto ſe Imperio, tamque diuturno ſupra omnes gentes extulit ante Conſtantinum, fidẽque Chriſtianam? Eadem dicere poſſumus de reliquis Prouinciis quamdiu perſtitere in obedientia Pontificis Romani & in ſincera pietate permanſerunt. De Italia dictum eſt propriis libris & aliquid infra dicetur. A B

Illud tamen aliquando nobis in mentem venit, quod aliquẽ non immerito ſollicitare poſſet, Herculis enim proſapia fælicisſima videtur fuiſſe, cum ſint ex illa orti Lydorum Reges, Spartani, Macedonici, Seleucidæ, Ptolomæi, & quos ſupra referebamus Hiſpaniæ, & Galliæ ex aliqua parte dominatos. Atque ita regnauit ſemper aliquis ex eius liberis vſque ad annos mille, ac ducentos poſt Herculis mortem, nam tot numerantur ab obitu Herculis vſque ad Auguſtum. Enimuero, vt aliqua iſtorum concedamus, tamen vſque ad auum Alexandri Magni, quicunque ab Hercule genus ſibi aſſerebant, anguſtiſſime imperarunt, quod conſtat ex Herodoti libro primo, ſexto, & octauo, ita vt innumeri ſint inter nos Dynaſtæ, quos Duces, Marchiones & Comites vocamus, qui multo latius ex antiquiſſimo tempore dominantur. Reges nanque appellabantur quondam, qui paruulis Vrbeculis potiebantur, ipſiſq. arcibus, vt Itachæ, Pylo, & huiuſmodi multis. Atque hoc eſt primum, quod mouere quęſtionem poſſet. Secundum vero eſt illud e cognatione enim Mahometis adhuc ſunt, qui latiſſime dominãtur. In his ſunt Iſmaelis Sophi nepotes, qui Perſiam tenent, atque ii, qui regnum Feſſenſe occuparunt à Sciriffo prognati, qui ſane omnes ad Mahometem referũt ſuum genus à filia ipſius Phatuma, vel aliũde ortũ ſibi aſſerẽtes. Atqui nos multo nobiliſſima habemus, quæ proſapijs iſtis opponamus. Oſtendimus enim lib. vigeſimi tertij, capite decimonono, & ſupra innuimus durare adhuc regiam ſucceſſionem, cognationemque, & progeniem Regum Burgundorum Gundicarii, nepotumque, à quibus prodierunt Imperatores Orientis, atque Occidentis; Reges, & maximi Principes Galliæ, Aragoniæ, Nauarræ, Caſtellæ, Luſitanię, Angliæ, Scotiæ, Bohemiæ, Hungariæ, Poloniæ, Italiæ, Sicilię, Cypri Hieroſolimarum, Antiochię, Occidentalium, Orientaliumquę C D

India-

A Indiarum, ita ut nihil maius hucuſq; extiterit in terris, ſed & omnium ſuperiorum proſapiæ multo altiorem Regum vetuſtiſſimorum originem cient, & quidem magnorum, lateque potentium, nos tamen ex eo tempore nominauimus, ex quo Chriſti religionem ſequi cœperunt, alioquin Regum Danicorum cognatio regnaſſe memoratur iam inde à temporibus primis Auguſti vltra annos mille ſexcentos. Quod ſi Baſilius Macedo ab Arſace, vt vult in vita ipſius Curopalates, habet ortū, cum perpetuata ſit ſtirps eius in noſtris, vt alibi aperuimus, ſine dubio ſuperat illa gens mille ſeptingentos annos, illud certius, quod ſuperet Heraclidas, eius progeniem noſtris Otthonibus inſertam protuliſſe maximos quoſque totius Orbis Reges, nam ſuperiora fabuloſa videntur, ſicut pleraque antiquorum, aut quæ iactant Aethiopici Reges, quaſi ab ipſa Dauidis ætate, & regnent, & è Salomone ſint prognati, vt Aluareſius narrat. Hebraici enim generis eſſe ab Abrahamo deducti haud inficiamur. noſtri quidem modo ſunt, ac ſæpius obedientiam Pontifici Romano exhibuerunt; ſimiliter Hungarici, qui Reges numerant ab ipſo Noe, vt Bonfinius habet, nonnullique de ſuis maioribus late regnantibus ex antiquiſſimo tempore nimium, vel magnifice, vel inepte predicant, quod adducto lib. xxi. diſſeruimus, & fecimus manifeſtum. veri tamen aliquid eſſe eorum, non abnuimus, aut improbamus. Cognatio porro Danicorum Regum, ſic aliorū Regum, quos memorauimus, eſt inſita, vt ab illa Imperatores, Regeſque iidem iam relati prodierint, ac ſemper ampliſſimo, ſi conferatur antiquis Heraclidis, ſint Imperio potiti. Aethiopici vero temporibus Iuſtini, ac Iuſtiniani late dominabantur, quod è Paulo Diacono liquet, & nunc totius Africæ maximam partem tenent, quamuis nullæ ſint illis Vrbes, vel admodum magnæ, vel magnificentius

B

C

D conſtructæ. E quibus apparet neque Herculis liberos, neque Mahometis, qui vile à principio mancipium fuit, Chriſtianorum Regum cognationibus, quoad temporariam felicitatem, poſſe vllo modo æquari.

Eccleſia Chriſtiana eſt inſtar Reip. & Romanæ comparata aperitur quanto ſit illa felicior, quoad temporalium bonorum fælicitatem. Cap. VII. A

Nihil eſt itaq; par in Terris Chriſtianæ Reip. vel fuit vnquam, licet antiquitas in Romana ſe iactet, quoad temporalium felicitatem, quod adhuc vt illuſtrius fiat, illud conſtituimus. Compoſita è pluribus, diſſimilibuſque inter ſe partibus dici vna, ob aliquod vnum partibus ſingulis commune, B quod eas contineat, vel quaſi forma naturalis, vt corpora animata aut inanima, vel artis elaboratio conglutinet, atque conſtringat, veluti domum, nauim, vel denique aliquid magis, minuſue commune, neceſſariumque & intimum. Chriſtiana itaque Reſp. eſt vna, quia conuenit in vnam rerum immutabilium veritatiſq. æternæ fidem, nec non in vnius Pontificis huic præſidentis obedientiam. Primum tanti eſt, vt animos omnium Chriſtianorum viuentium, nexu omnium maxime intimo colliget in omnes ætates, neque poſſit aliquis credere, niſi quod ab eadem Repub. eidem Pontifici ſubiecta creditum fuit, quaſi ab C illo ſancitum, paratus credere, quicquid ſancietur, vt potius vitam ponere millies in hora optet, quam leuiſsime in his, quę credit, hæſitare. Idem porro ſummus Pontifex eidem legi aſtringitur, non enim poteſt abſcedere vllo modo ab ijs, quæ à ſuperioribus Pontificibus decreta ſunt in his, quæ ſunt æternæ veritatis, aut iſta conſequuntur. Hoc vero eſt arctiſsimum ſimul, latiſsime patens, atque intimum vinculum, cum nihil ſit magis intimum nobis, quam intellectus, cuius eſt credere, quæ credenda proponuntur. Arctiſsimum conſtat eſſe. Nam potius nobis eſt emoriendum, ſubeunda acerbiſsima quæque tormenta, quam conſenſus hic ex vlla parte abijciendus, vel minima D ſignificatio danda, per quam videamur illũ leuiſsima ex parte abiecíſse. Atque ita ſeruiunt huic conſenſui noſtra omnia propter ipſum Deum. Cuncta ad illum referuntur. Nam pro illo vitam ponere, & diriſsima cuncta perpeti ſumus parati. Iccirco in hunc finem, quem Pontifex Romanus ſtabilire, & amplificare pro viribus eſt obligatus inter omnes homines, ac nationes, poteſt ille expedientia quæque imperare, & conari. Atque id muneris habet à Deo, vt in decretis fidei vniuerſabilibus

ſancien-

A ſanciendis ac lege vniuerſali,vt credantur,promulgandis,ac iubendis non valeat errare, quamuis ipſe, vt ſingularis homo & ſcribere,& docere,& credere ſecus poſsit. Hoc nanque vt homo quilibet agit, illud non niſi, vt Pontifex ſummus, cuius eſt vniuerſalem legem ferre,agit.eius nanque ſolius eſt vniuerſalē fidei legem conſtituere;cuiuſuis eſt ſcribere,credere,docere. Hoc autem priuilegium ne labatur,nemini valet communicare. Atque hac parte eſt abſolutus Monarcha, neque ab vllo iudicari,aut deponi poteſt,niſi ab vniuerſali Epiſcoporum concilio ob hereſim ſolam, alioquin eius duntaxat ſunt partes vni-
B uerſalia concilia conuocare, & approbare. Ipſe ſimiliter vel eligit Epiſcopos, vel electos confirmat toto Orbe catholico diſſeminatos, Eccleſiaſticaque,vt vocant,beneficia confert, in ſanctorum numerum defunctos refert, vt toto Orbe catholico precibus inuocari poſsint, ac vota ipſis vti cælitibus offerri, cæleſteſque honores exhiberi. Igitur ob tantam poteſtatem,valet idem quemuis,vbi exigit publicum bonum,principatu, regno,Imperioque deiicere,alioſque euehere. Temperata vero eſt eius Monarchia, neque enim pro libito hæc valet efficere, atque,vbi inciderit in animum,mutare Epiſcopos,& Principes
C aut auferre alicui, quod ſuum eſt,aut eſſe ei ſimilis, de quo dictum.

Diruit,ædificat,mutat quadrata rotundis.

Sunt igitur inſtar optimatum quoad ſacra adminiſtranda Epiſcopi,quibus niſi legitimis ex cauſis auferre adminiſtrationem nullo modo licet, veluti neque Epiſcopis fas eſt exuere ſuis iuribus ſibi ſubiectos clericos,& ſacerdotes.Similiter Pontifici ſummo ſunt inſtar optimatū,quoad prophana tractanda, vt ad Deum referantur in omnibus per ipſam religionem, cui præeſt,Dynaſtæ,Reges, Imperatores,neque eodē modo poteſt
D illos loco,vel ex omni,vel vlla ex parte amouere, niſi iuſtas ob cauſas Iudex aliquis,Dynaſta,Rex, Imperator peccent contra iura,neque eſt ſuperior e prophanis, qui aut velit,aut queat emendare peccantem.fas eſt autem tam Pontifici ſummo,quam cuilibet Epiſcopo,cui ſubiectus eſt peccans, inire omnes vias, quibus emendetur ſapienter erratum,teneanturque omnes hac in re obedire illi ad coercendum, vel corrigendum,quod iniuſte perpetratur, quod quidem non modo ſacris eſt canonibus definitum, quantum ad iudices minores, ſed vſu comprobatum,vt non modo Pontifex ſummus grauiſsimas ob cauſas de-

iicere poſsit Reges, ſed ipſi totius regni Epiſcopi in vnũ conuenientes. Sic nanq. egerunt coacto concilio Epiſcopi Hiſpaniarum contra Shuintillam & Rechimirũ, Angli contra Eduinum, Germani contra Carolum Craſſum Imperatorem. Pontifex ipſe ſummus contra Henricum iii. Otthonem iv. Fridericum ii. Imperatores. Alioquin Eccleſiaſtici non proſiliunt ad prophana tractanda, niſi ſint in ipſorum dominio ſpeciali. Atque ita Reſp. Christiana vni Pontifici ſubiecta, tanquam Monarchæ, cui ſimulatque eſt creatus cuncti Reges, & Imperatores per ſuos legatos obedientiam promittunt, ac præſtant, temperatur, quaſi ariſtrocratia, ſiue optimatum gubernatione quadam, neque deeſt popularis quædam moderatio, cum nullus è populo cuiuſuis ſit conditionis, arceatur ab Epiſcoporum, ſummiq. Pontificatus apice aſſequendo. Ac ſæpe videamus infimę ſortis homines ſiue omnibus, ſiue aliqua ę Virtutibus imperfectis ſcilicet, aut perfectis ornatos ad tantas dignitates euehi, veluti & ad maximas Dynaſtias. His expoſitis apparet nullam fuiſſe vnquam Chriſtianæ ſimilem Remp. Pontifici vni ſubiectam, ſic arcto vinculo religionis aſtrictam, quæ vel tandiu, vel tam late imperarit vt ſupra aſſerebamus libri ſexti cap. octauo. Tenet enim modo tertiam prope Orbis totius partem, Tartariciſque Regibus imperantibus tenuit ab extrema Hybernia vſque ad vltimos Seras. Quid igitur huic, vel Romanam vel quamcumque comparemus? late autem de Pontificis Romani poteſtate, auctoritate ac dignitate diſputauimus lib. tertij cap. 4. Subijciũtur huic tam diffuſæ Reip. præter imperia & regna minores quædam ex vnius, optimatumq. moderatione cõſtantes Reſp. Nam Polonicum regnũ tale eſt, quin ipſum Germanicum, ac prope Gallicũ, quod alii de Ciuili gubernatione tractãtes memoriæ prodiderunt. omniũ tamen maxime ex optimatibus conflatur Veneta. At Genuẽſis magis, quam Veneta popularem poteſtatem habet admixtam, veluti olim Piſana, Senẽſis, ac Florẽtina. Quocirca ſiue velimus miſſis aliis Carthaginẽſem Remp. Venetæ conferre, Atheniẽſemque, & Spartanã Genuenſi, ac Florentinæ quoad temporalium felicitatem, latitudinem, diuturnitatemque imperij, nihil eſſe antiquis, quod noſtra æquet, facillime cognoſcemus. Opponamus Athenas Florentiam Spartæ, ac videbimus nunquam fuiſſe Athenis adeo latas, vt Genuæ modo ſunt ditiones. Olim certe huic multo ampliores erant cum pertingerent vſque ad Tauricam

Cherſo-

A Cherſonenſum, Sardiniamque & Cycladum multas inſulas obtinerent. Nam quid de Genuenſium diuitiis agemus? Sed hæc preſſius capite ſequenti inſpiciamus.

Confertur Veneta Reſp. cum Carthaginenſi, Genuenſis cum Athenienſi, Florentinaque cum Lacedæmone, quoad temporalium bonorum felicitatem, & quanto ſint exteræ inferiores, aperitur. Cap. VIII.

QVantum, & quam diuturnum fuerit Impe-
B rium Reip. Athenienſis explicat his verbis
Dionyſius Halycarnaſſeus initio hiſtoriarũ,
Athenienſes, inquit, maritimum tantũ tra-
ctum tenuerunt annis duo de ſeptuaginta,
ac ne hunc quidem totum, ſed intra Euxi-
num pontum, & Pamphilium pelagus, idque
cũ maxime pollerent rebus naualibus. Hæc ille: Subiicit dein-
de quale fuerit Spartanis, Lacedæmonij vero ait Poloponeſum
ac reliquam Græciam tenentes vſque ad Macedoniam exten-
derunt imperium, in quo vix triginta annis exactis a Thæba-
C nis victi, ac deiecti ſunt. Sic ille Græciæ neque Epyrum, ne-
que Macedoniam aſcribens. Carthaginenſes & latius, & diu-
tius omnibus his imperarunt. Tyriorum Reſpub. Regibus pa-
ruiſſe videtur, & quas ex ea profecti Vrbes condebant, aut
regiones moderabãtur, illæ Tyriis Regibus, aut ipſi Tyro haud
obediebant. Tres igitur ex antiquis Reſp. videntur omnium
maxime temporali bonorum felicitate, & copia floruiſſe Car-
thaginenſis, Athenienſis, Spartana. Carthaginẽſi, ut mittamus
Germanicã, Gallicanã, Polonicamq. opponimus Venetã. Athe
nienſi Genuenſem, Spartanæ Florentinã. Quãtum ad primã, de
D cuius ditionibus, aliiſq. multis dictũ ſupra, nihil habuit illa, quod
ſit vllo prope modo par Venetę, vt de Germanica taceamus. Ste
tit illa annis 700. hæc iam mille ac centum ſuperat, adducta eſt
illa tributum pendẽs in poteſtatem Tharacę, ſiue vt vocat Stra
bo, Thearconis Aethiopum Regis Ezechia regnante (nam do-
minatus eſt vſque ad Herculis colunnas, vt ſupra diximus) dein
de Nabuchodonoſori Chaldei, poſtea Darii Perſæ. Veneta nun-
quam venit in alicuius poteſtatem, iam poſt tot annorum ſæ-
cula, nunquam ſoluit alicui Tributum, veluti Carthaginenſis,
quæ proprii, in quo ciuitas fuit edificata, ſoli Tributum per tã

rum temporis ſoluere eſt compulſa. Eodem modo nunquã con- A
trariis factionibus Venetam legimus ita diſciſſam, vti Cartha-
ginenſem. Quod pertinet ad ditiones, nũquam Carthaginenſis
peruenit ad eam ditionum amplitudinem, quam Veneta eſt
adepta. Huic enim paruit aliquãdo Euboica inſula cum magna
Theſſaliæ, Peloponeſi, Illirij, & Epyri parte Cyprus, Creta, cycla
dumque multæ: ac paret etiam nunc Cephalene, Zacynthus,
Corcyra, plurimum Dalmatiæ & Illirii, nobiliſsimæque Italo-
rum ciuitates, atque oræ, quæ ſuperant, quidquid in Lybia, Hiſ-
pania, Sardinia, Siciliaque, Carthaginenſes aliquando poſſede
runt. An fuit Carthaginenſi ciuis vllus vnquam, qui Ponti- B
fex Maximus fuerit creatus, totque ac tantis nationibus præeſ-
ſet, vt Venetæ fuere Gregorius XII. Eugenius IV. Paulus II.
qui toti orbi catholico iura olim dederunt? An tot viri ſancti-
monia vitæ præſtantes libris, artibuſq; ingenuis excellentes, à
quibus maxima Ciuitati ſuæ gloria cõparari ſolet? Verum ne
in re clara tempus fuſtra teramus. Obiecimus, relecta Gallica
Athenienſi Reip. Genuenſem, quoad tẽporalium bonorum fe-
licitatem. Verumtamen vna in re ſuperat Athenienſis Genuen
ſem, ſtudiis humanæ, ac naturalis doctrinæ, non item diuinæ.
Quamobrem non poteſt Genuenſis proferre æqualẽ Platoni, C
Xenophonti, Iſocrati Ahenienſibus ſcriptorem, non poteſt
Gymnaſium ſimile Athenienſi, e quo prodierunt aliunde
oriundi, Ariſtotiles, Euclides, innumerique ſcientiæ humana-
rum rerum celeberrimi viri. Verum proferet, qui diuina cal-
luerint, ac tradiderint, iidemque cæleſtes toto Orbe catholico
nacti ſint honores, Valentinum, Felicem, Syrum, Romulum
Genuenſium Epiſcopos, Deſideriumque Lingonenſium, qui
ſunt omnes aſcripti ſuperis. Hos deinde plurimi ſequuntur
religioſi ordinis, quos elogiis propriis illuſtrauit non ignobi-
lis ſcriptor Vbertus Folietta. Enimuero Genuenſis longiſſimo D
poſt hos interuallo vincit Athenienſem Remp. ditionibus am-
pliſſimis. ex antiquiſſimo enim tempore poſſidet maritimas
ciuitates ab Intemelio vſque ad Speciam, qui tractus eſt millia-
rium prope ducentorum, Corſicam ſimiliter, tenuitque Cy-
cladum multas inſulas, in his Chium, cui gens clariſsima Iuſti-
niana vſque ad ætatem noſtram dominata eſt, vtrãque in Ioniã
Phocæam, Theodoſiam, quæ Caffa dicitur in Taurica Cherſo-
neſo, Biblumque in Phœnicia, atque ex parte Cæſaream, Aco-
nem, Aſſuremque. Amplius adducta in poteſtatem Famaguſta

inſulam

A inſulam Cyprum tributariã reddidit. ita vt nullo modo Athenienſis, quantum ad amplitutinem Imperii, poſsit in comparationem venire cum Genuenſi. Ex eadem nati Innocentius IV.& octauus, Hadrianus quintus, quibus adduntur Nicolaus quintus, Xiſtus quartus, ac Iulius ſecundus Pontifices maximi, qui toti Reip.Chriſtianæ præſidẽtes, Imperatoribus, Regibus, Principibuſque maximis, atque omnibus denique Chriſtianis toto Orbe terrarum longe, lateque ad Auſtrum, Boream, Ortumque & Occaſum diſperſis leges dederunt. His igitur quos dederunt æquales Athenæ? quod ſi de Nauticis agamus, nihil ha-
B bent iſtæ, quod vllo modo par ſit Genuenſibus. vnus enim Columbus, qui Antipodas detexit, ac peruios omnibus fecit, mortales omnes hac in re longiſsime clariſsimi nominis gloria, ac ſplendore poſt ſe relinquit. Iam, quid loquemur de opibus, ac diuitiis, quibus abundant adeo Genuenſes, vt hominum fere nulli poſsint illis æquari? De libertate ciuium reliquus eſt ſermo. Et quidem Genuam Romano Imperio paruiſſe olim, ſiue vt ſociam, fœderatamque, ſiue alio quocunque iure nemo inficiari poteſt; eodem modo & Gothis, ac Longobardis. quibus expulſis in libertatem quandam Carolus eam reſtituit circiter annũ
C octingenteſimum Chriſti nati, Comitem modo dedit, qui bellica adminiſtraret, atque eo tempore Genuenſes Corſicam Saracenis ademerunt, Comiteſque habuerunt centum prope annis. Ex illo libertatem plerumque tutati ſunt per annos fere ſeptingẽtos. Germanici tamen Reges, & Imperatores illi fuerunt infeſti, ſicut Hetruriæ ciuitatibus, ac multis Italiæ, quæ ſe liberas aſſerebant ab omni Imperii poteſtate. Sub annum tamen 1311. Henrico ſeptimo imperiũ ciuitatis Vicennale mandarũt ad res publicas factionibus diſcerptas melius conſtituendas, veluti ſolebant etiam Romani dictatorẽ creare. cui permittebãt omnium rerum poteſtatem. à Gallicis tamen Regibus &
D Mediolanenſium Ducibus Genuæ libertas eſt aliquando immutata. donec anno 1528. Andreas Auria ſempiternis in Cœlum laudibus efferendus patriam ſuam reſtituit in pleniſſimam libertatem. Sed & Athenæ ipſæ, cum Numæ Pompilii Regis anno trigeſimo primo libertatem deficiente Imperio Regum nactæ eſſent vſque ad ætatem Syllæ cõſeruarunt per annos prope ſexcentos, qui intercedunt ab illo ad hoc tempus. Sylla Athenas incedit, Athenienſibus ademit antiquam libertatem, quod præter alios in Atticis refert Panſanias. eadẽ ſæpius antea fue

rat oppreſſa ætate quidem Solonis, & Cræſi a Piſiſtrato, ac fi- A
liis eius, vt habet Herodotus libro primo. Socratis deinde à
triginta Tyrannis, his autem per Traſybulum deletis, rurſus
Macedonum regibus Athenæ paruerunt, inde Mithridate re-
gnante Ariſtoni Tyranno, quem Sylla incenſa vrbe deiecit,
quæ refert Strabo poſt alios libro nono. Ademptam deinde ex
magna parte libertatem reſtituit aliquo modo Hadrianus, vt
vult in Atticis Pauſanias, cum re vera nunquam redierint ad
antiquam illam, qua potiti ſunt ante Syllam. Sic igitur Genua
videtur in ea præſtare Athenis. Ac veluti Saraceni incēderunt
Genuam, ſic Perſæ Athenas euerterunt. Direpta eſt illa ſæpius B
& Athenæ eodem modo. ita vt aſſeri vere poſsit, Genuenſem
Remp. quod ad temporalium felicitatem longiſsimo poſt ſe in-
teruallo Athenas relinquere ob amplitudinem ditionum, diu-
turnioremque imperii latiſsimi conſeruationē, diuitias ingen-
tes, gloriæ naualis ſplēdorem, cæleſtes ciuium ſuorū multis ho
nores datos, ſummi Pontificatus maieſtatem delatā, ac liberta-
tē denique diutius conſeruatā. Spartanæ Reip. miſſa Polonica,
oppoſuimus Florentiam, quæ à Caroli magni ætate vſque ad ſę-
culum noſtrum libertatem cuſtodiuit per annos fere octingen-
tos. non nulli volunt Germanicis Imperatoribus eam fuiſ- C
ſe ex aliqua parte ſubiectam, poſtea vero redemiſſe auro liber-
tatem a Rodulpho Auſtriaco, & hanc opinionem nos aliquan-
do non audebamus improbare. eam tamen non poſſumus tue-
ri, quod nullus ex antiquis, quæ de Rodulpho poſteri memo-
riæ nullo teſte prodiderunt, id aſseueret. ac ſciamus Italicas
ciuitates pleraſque omnes non niſi, vel armis coactas Impera-
toribus Germanis vlla in re obſecutas, vel propria voluntate,
ac nullo iure aſtrictas. Et Otho Friſingēſis teſtatur eas ſemper
obſtitiſſe imperio Germanorum, tantumque fodri, vt vocant,
nomine aliquid ei, cum veniret in Italiam, præſtitiſſe, cum in D
Roncaliis ius diceret accedētibus ad illum, neque detrectanti-
bus ipſius iudicia & decreta. Quamobrem quantum pertinet
ad libertatem ciuium, non video quomodo ſit Sparta Florentiæ
præponenda, ac non potius contra? Nam Spartam fuiſſe in ab-
ſoluta Regum poteſtate ante Ephoros inſtitutos, & Olympia-
dam primam videntur conſentire diligentiores, ac doctiores.
Ariſt.Pol.5 c.11. in his Ariſtotiles, in vita Lycurgi Plutarchus, & in chro-
nico Euſebius idem tradit, quod contigit pauloante condi-
tam Romam. Temperata eſt deinde Regum poteſtas, opti-
matum

A matum, populiq. admixta gubernatione, qua de re idem Plutarchus, Ariſtoteles, & Herodotus. ſupremis autem temporibus a Nabide, ab Achæis, atque Romanis eſt adducta in poteſtatem, quod Pauſanias in Achaicis refert, Iuſtinus lib. 31. Florentini quidem ſine dubio maiores ſibi opes eſſe, quam Spartanis, vere affirmabunt, quod his ferreus nummus plerumque olim fuerit, ac nullus vſus diuitiarum olim foret. Nam quid loquemur de magnificẽtia domorum, quando harum culmen à Spartanis ſecuti fieret, vt in Lycurgo Plutarchus narrat, bellicis credo artibus Florentinos vinci à Spartanis, quamuis habeant illi Strozios, Mediceos, Scholarios, ſed in reliquis nihil eſt, quod *Ariſt. Pol. 2 c. 9. & 3. c. 14. Herod. lib. 1 & 6.*

B Spartani obiiciant Florentinis æquale, quoad temporalium bonorum felicitatem. Cunctarum nanque artium liberalium, diſciplinarumque ſplendore ſic enitent Florentini, vt Solis inſtar, quaſi minima Sydera Spartanos obſcurent. In mathematicis enim, philoſophicis, ac diuinis non facile vllis, aut certe paucis illi primas concedunt. Nam quid loquemur de Rhetoricæ, Poeticæ, Muſicæ, Architecturæ, Sculpturæ, Picturæue laudibus, quibus excellunt Florentini, neque orbis totus æuumque omne Michaeli Angelo parem virum proferre valet, qui

C tribus hiſce artibus ſic excelluerit, vt ille pictura, ſculptura, architectura. in quibus adeo primum locum tenuit, vt nemini ex antiquis concedat. Ex hoc itaque, vt alios plurimos ommittamus, plurimum ſibi gloriæ, quod eſt temporalis boni maximum, vendicāt. Iam Leo Battiſta Albertus in Architectura ſibi primas depoſcens inter quoslibet antiquorũ primis adnumerari volet, ſicut in Poeticis Petrarcha. At Americus Veſpuccius, qui Indiarum Orientalium continentem terram detegens toti vetuſtati ignotam & inuiam, tertiæ prope orbis terrarum parti nomen dedit, indignabitur, ſi quis Spartanorum fuerit

D auſus caput attollere in conſpectu populi ſui, cum nullus è priſcis tanta patriæ laudem pepererit in re ſic inſigni prodenda, vt Americus. An protulit Sparta vllum Pontificem ſummum, qui tot nationibus, Imperatoribus, ac Regibus præſederit, iura ſanxerit, vt Florentia multos tulit? An vllam fœminam potentiſsimi Regis coniugem, matremque, & filiarum, quæ primis Europæ in matrimonio collocatæ maximos ex ſe Principes gignant. Talis enim Catherina Henrici Galliarum Regis vxor, Henrici Poloniæ, Galliarumque item Regis mater, Philippi Hiſpaniarum ſocrus, & auia maximarum neptum. Tot igitur

ac tantis ſplendoribus Medicea gens effulgens non habebit è A
Spartanis familiam, quæ ſe audeat ipſi opponere in ciuitatum, publicarumque rerum tractatione Coſmis, Laurentiis, & aliis qui conſilio non modo Italiam moderabantur, ſed Europam ferè totam; à qua totus orbis pendet, & Barbaros longiſsimeque poſitos Reges in admirationem ſui trahebant, atque ad munera, legatoſque mittendos, virtutum pulchritudine alliciebant.

Sed ante hos, cum Bonifacius VIII. anno 1300. in publico Præſulum conſeſſu retuliſſet ſe duodecim legationes maximorum Principum excepiſſe, earumq. duces Florentinos memoraſſet eorum nomina, & agnomina recitãs, adiecit in gloriam B
Florentinæ gentis affirmo, in gubernatione Orbis terrarum aliud illam fore elementum.

Iam quid dicemus de viris ſanctitate præſtantibus, quibus toto orbe Terrarum per tot ſecula cæleſtis cultus, honorque anniuerſarius adhibetur, quos Florentia tulit? Tales enim ſunt Zanobius Epiſcopus, Ioannes Gualbertus auctor ordinis Vallis Vmbroſæ, Philippus ſeruorum Virginis Mariæ, Antoninus Archiepiſcopus aſcripti Romano Martyrologio, quos alii multi ſequuntur moribus diuinis ornati, inter quos nobis fas non erit vllo modo omittere ſanctiſsimæ nobis memoriæ virum C
Philippum Nerium noſtræ Congregationis parentem, cuius nos immenſam charitatem, cæleſtis vitæ amorem, & exemplar viuens cognouimus in terris. Sic itaque Florentia ſuperat diuturnitate imperij, libertatiſque, opibus publicis, ac priuatis, ædificiorum magnificentia, ſtudiis diſciplinarum liberalium, honoribus, qui ducuntur e ciuibus & alumnis ſumma dignitate qualis eſt ſummus Pontificatus, ac Regalis poteſtas, ornatis, aut denique ex iis, qui cælitibus haberi ſolent non vno in loco, ſed toto orbe terrarum. Iam vero ſcimus Germanicum regnũ, Polonicumque eſſe inſtar Reip. quibus antiquitas non habet, D
quod æquare poſsit. eodem modo Reip. optimatum formam refert admirãdam ordo ęquitum Theutonicorum, qui Pruſsiã, Liuoniamque ampliſsimas regiones vicere, atque ad optimos mores, & humanitatem ab agreſti & fera vita mortales eorum locorum traduxere, ac per tot ſæcula imperarunt. Refert ſimiliter optimatum vniuerſitatem ordo equitum Hieroſolymitanorum, cum multis aliis, quibus antiqui nihil equale poſſunt in medium proferre: quæ omittuntur.

A

Cum Martyres fuerunt in aliqua regione ex indigenis, qui vitam profunderent vltro pro conſeruanda inter ſuos ſincera religione aduerſus hæreticos ibi vigentes, ea regio non eſt data in poteſtatem barbarorum. ſecus, vbi defuerunt Martyres. quod ſcilicet fælicitas temporalis pendeat a religionis veræ cultu, & amore. Cap. VIII.

B EX iis, quæ diſſeruimus, conſtat nullam reli-
gionem magis eſſe accomodatam ad ampli-
ficanda Imperia, amplificationem illorum
tuendam, & felicitatem temporalium bono-
rum, quam Chriſtianam, ſimulque hanc eſ-
ſe veram religionem. & quidem conuenire
pietati ſinceræ, vt temporalium bonorum
felicitatem modo, quo diſſeruimus, elargiatur, late oſtendi-
mus libro primo, ac ſecundo. Nam qui dixerunt, quod euen-
tu ſit manifeſtiſſimum, ſtare nullum regnum, gentemue poſſe
C abſque religione, de vera locuti ſunt, ac ſenſere. Iccirco ratio-
nibus deſumptis à morali, ciuili, naturali, metaphiſicaque
philoſophia, ac denique totius naturæ cõſenſu id probauimus;
attulimuſque cuiuſuis generis argumenta. Nunc ad huc pro-
pria quædam producamus. Et ſane libri de imperio virtutis
ſecundi cap. 14. oſtendimus inter catholicos iis gentibus fuiſſe
ampliora imperia, quæ catholicæ pietatis ſtudio magis excel-
luerunt: quod palam facit hanc aptiſſimam, quæ imperia tu-
D eatur & amplificet. Nunc aliud afferamus, eas gentes diuina
exigente id iuſtitia, diuinitus aut a barbaris oppreſſas, aut de-
letas, vbi deſciſcere cæperãt à religione catholica ſubeuntibus
hereſibus, vt ſigno de interitu religionis decimoſexto, & infeli-
citate hereticorum nationum nonageſimo nono palam feci-
mus. Verum, Siquando catholici patientia, & manſuetudine
bellarunt, non armis aduerſus hæreticos iſtos, ac vitam pro-
fuderunt, vt catholicam religionem conſeruarent inter ſuos,
tunc recepta eſt felicitas aliqua temporaliũ, neq; traditæ ſunt
gentes illæ prorſus in efferarũ gentium poteſtatẽ. Contra acci
dit, vbi non adfuerunt Martyres, qui vltro vitam darent pro
catho-

catholicæ religionis tuitione inter ſuos, quod ſcilicet tempo- A
ralium bonorum veluti cauſa efficiens,ſiue meritoria ſit in pri
mis religio, ac ſe ſe pro religionis cultu deuouere, vt ſupra
lib.primo diffiniebamus. exemplis id clariſſimum faciamus,&
incipiamus ab Oriente, ac tempora numeremus poſt Conſtan
tini imperium.

Primum tempus eſt igitur, ex quo Conſtantius Arianam perfidiam ſtabilire eſt conatus, cui ſe ſe obiecerunt multi catholicorum, qui ſunt ob eam cauſam martyrio coronati, innumerique in exilium miſſi. quæ refert S. Athanaſius epiſtola ad Solitarios. Hilarius item ſcribens contra Conſtantium. Inter B
hos autem Vercellenſis Epiſcopus Euſebius eſt occiſus,ac plurimi multis in locis interfecti, vt ex Hilarii ſcriptis apparet. Neque tamen quicquam deceſsit imperio Romano.

Secundum videtur,cum Iulianus idololatriam reſtituere eſt conatus,plurimique iccirco è catholicis interfecti ſunt.Res eſt nota. Id enim teſtatur S.Gregorius Naziãzenus tribus orationibus in Iulianum, Sozomenus lib. v. ac vi. Socrates tertio, ac Theodoretus item tertio. Ac tunc Iulianus à Perſis fuſus,& interfectus in acie,coactuſq.eſt Iouinianus eis relinquere,quas occuparant regiones,in quibus haud legimus ita,vt in aliis,Chri C
ſtianam religionem floruiſſe.

Tertium tempus eſt,cum Valens omnibus modis contendit hæreſim Arianam ſtatuere, & catholicam ſubuertere, ac tunc plurimi ob fidem catholicam ſunt in Oriente occiſi quod lib. 4. Socrates,Theodoretus eodem,Sozomenus ſexto tradunt. ac licet ipſe Valens fuerit ab ipſis Gothis Arianis,& eiuſdem perfidiæ conſortibus concrematus, iique ſe ſe effuderint in Græciam, mox tamen a Theodoſio magno victi,ac repulſi ſunt.Illud eſt tamen obſeruandum fuiſſe anteſignanos Arianorum Vrſatium Singidonis in Myſia,Valentemq. Murſorum in Pan- D
nonia Epiſcopos. Sirmiique in Pannonia eſt habitum conciliũ Sirmienſe,de quo S.Hilarius lib.de Synodis,& quo ſtabilita eſt ab hæreticis impietas Ariana, Gothique iſtos oras tenebant Ariani omnes,neque legimus incolas vllos iſtarum regionum vitam poſuiſſe pro catholica fide, atque iccirco fuerunt in poteſtate Barbarorum, vaſtitatibuſque repleta ſunt omnia vſque ad annum milleſimum, quæ nos perſecuti ſumus late ſigno decimo ſeſto.

Quartum tempus eſt Zenone, & Anaſtaſio hæreticis imperanti-

A rantibus. Nam cum fauerent hi varijs hereticis Seuero pſeudoepiſcopo Antiocheno, ac Petro Apameenſi plurimos Monachos, quod catholicam religionem tuerentur, occiderunt in Syria, vt habetur ep. 21. inter epiſtolas Hormiſdæ Papæ, quin ipſe Anaſtaſius multos Aulicos ſuos non alia de cauſa occidit, niſi quod catholicam fidem ſequerentur, vt auctor eſt Zonaras, & Cedrenus Annalium parte tertia.

Quintum tempus eſt, cum iam tota Aegyptus, Syria, Meſopotamia, finitimæque his regiones imperante Heraclio plenæ eſſent hæreſum, pro quibus expugnandis, ac profligandis nemo B legitur ſanguinem profudiſſe, hæreſes autem numerat has Nicephorus Iacobitarum, Georgianorum, Theopaſchitarum, Armeniorum, Monophyſitarum, Agnoetarum, Staurablatarum, Monothelitarum, Seueritarum, Aphtarthodocitarum, Phantaſiaſtarum, Manicheorum, Tetraditarum, Tritheitarum, Arianorum, Neſtorianorum, neque legimus vllos ex Aſiaticis, Aegyptijs, aut Aſſirijs vltro in iſtis locis vitam pro conſeruatione catholicæ religionis fudiſſe, ac tunc Saraceni Mahomete Duce Aegyptum, Syriam, finitimaſque regiones ferro, & incendijs omnia deturpantes occuparunt.

C Sextum tempus eſt, cum Monothelitæ, & Iconomachi Imperatores multi ſunt conati omnem ſacris imaginibus cultum prorſus abrogare, ac tunc innumeri martyres extiterunt in Græcia, & Aſiæ minoris multis locis, quod Paulus Diaconus, ac Zonaras tradunt. Orientaliſq. imperij caſus vt cunque ſuſtentatus. *Zon. tom. 3. Pau. Diac. l. 20. ad finem*

Septimum tempus eſt, cum Monomacho imperante Michael Patriarcha Conſtantinopolitanus eſt auſus Pontificem Romanum ſtudioſoſque illius excomunicare, & nos hæreticorum loco ducere anno 1053. cum variæ forent hæreſes populis D Orientali imperio ſubiectis, quod Sigibertus notat in Chronico ſuo, neque tamen vlli martyres fuiſſe in ijs locis produntur; ac tunc à Turcis eſt Aſia tota occupata, vt Zonaras in vita Monomachi ſcribit.

Vltimum tempus eſt, cum regnante Andronico Iuniore Greci ſeſe omnino ab Eccleſia Catholica diſiunxerunt ſub annum 1300. neque vlli è Grecis oppoſuerunt ita ſe hereticis ſuorum vt pro veritate defendenda mortem ſubirent, atque ex hoc tempore Græci omnino dati ſunt in efferarum gentium poteſtatem, conciditque omnis eorum nobilitas, fælicitaſque temporalis,

poralis, in Turcarumque ſeruitutem miſerrime ſunt addu- A
cti.

Nunc accedamus ad alias oras. Africa eſt à Vandalis occupata, qui quandiu nihil intulerunt moleſtiæ catholicis, fœliciter eis omnia proceſſerunt. Aſt vbi cœperunt eos opprimere, quamuis per multos annos viſi fuerint florere, & inſultare ipſi veritati, nihilominus effuſo multorum Martyrum ſanguine, vt proprio lib. de Vandalica perſecutione complectitur Victor, liberata eſt Africa a Vandalorum Tyrannide, cum ſupra annos centum fuerit ab illis occupata. Vandalique omnes intra B
ſex menſes, aut omnes conciſi fuerint, aut abrepti in ſeruitutē perpetuam, deletumque ipſorum genus, ac nomen; quod libris de bello Vandalico Procopius refert.

Secundum tempus eſt Africæ, cum regnantibus Heraclii liberis eſt à Saracenis occupata, atque Ariani, Donatiſtæque iterum late in eius regionibus omnia corruperant. Ac de Arianis quidem teſtatur Ioannes Leo Africanus prima parte deſcriptionis Africæ, vbi agit de fide antiqua Afrorum. De Donatiſtis S. Gregorius Magnus; qui paulo ante Mahometis ortum vixit, & Gregorius Septimus in Epiſt. Nullibique legimus ita C
repugnatum fuiſſe hæreticis, vt vel illi omnino fuerint conuerſi, aut eiecti, vel ſanguis martyrum fuerit effuſus. Sic igitur Africa tota breui venit in barbarorum poteſtatem, barbariemque efferam gentium perditarum.

Greg. l. 1. ep. 22. 75. 82. l. 2. ep. 33. l. 3. ep. 35.

Videamus, quid acciderit Hiſpanijs, quarum primum tempus eſt cum Sueui, & Alani, dein Viſigothi ceperunt illas, ac Priſcillianiſtæ nihil non conturbarunt, quod Seuerus Sulpitius in hiſtoria ſua refert, atq; ex Epiſt. S. Leonis Papæ ad Thuribiū cognoſcimus eo ſedente plurimū potuiſſe adhuc in Hiſpaniis Priſcillianiſtas. Sic igitur in Hiſpanijs preter hos fuere & Viſi- D
gothi hæretici, à quibus illæ ſunt adductæ in exterorū poteſtatē, neque vllus legitur interfectus ex Hiſpanis hoc tempore ob fidē catholicam regnantibus Viſigothis, eaſq. detinentibus. In Africa nonnulli Hiſpani à Vandalorum Rege Genſerico ob fidem catholicam perempti ſunt anno 441. In his Arcadius, Probus, Paſchaſius, Euthichius, Paulillus. Hiſpanos autem multos peſte Ariana contaminatos imperantibus Viſigothis poſt alios refert Vaſæus anno 542. & 564. ac 579. donec anno 584. Leouigildus rex Hermenegildum filium, quod catholicus foret, interfecit, multoſque Epiſcopos ob eandem cauſam relegauit, &

anno

A anno ſequenti deceſſit è vita, ſanguine autem martyris effuſo contigit, vt ei ſuccedens Recharedus filius ab impietate Ariana reſipiſcens traduxerit ad fidem catholicam Viſigothos omnes, ac ſibi ſubiectos. ex illo Hiſpaniarum nobiliſſimum regnum cœpit, ac maxima populorum felicitate in vera religione conquieſcens floruit in terris.

Secundum tamen tempus eſt, cum Vitiza rex à ſincera pietate deſciſcens anno 702. vxores multas duxit, ad idem ſuos proceres eſt hortatus, ſacerdotibus edixit, vt ſimiliter agerêt, neque Pontificiis legibus obedirent, eccleſiis omnia priuile-
B gia ademit, Iudæos reuocauit, ac multis priuilegiis ornauit. Succeſſit Rodericus eiſdem vitiis inquinatus anno 711. Horum nefandis conatibus nemo fuit, qui obſiſtens vitæ diſcrimen intrepidus ſubiret. atque anno 714. Saraceni Hiſpanias occupare cœperunt, Chriſtianique ſuis legibus viuere ſunt per miſſi vſque ad Almohadum aduentum, qui contigit, vt Vaſæus refert, Alfonſo ſeptimo regnante anno 1108. qui forent Almohades, narrat late Rodericus Toletanus libri ſeptimi capite decimo. Hi primi omnium cœperunt ad ſectam Mahometis Chriſtianos adigere, qui recuſabant, eos interficere, niſi qui
C relictis omnibus aufugiſſent. Ex illo plurimi Martyres in Hiſpaniis per Mahometanos occiſi plurimũ roboris diuino muneri noſtris addidere. Alfonſuſq; idẽ ſeptimus adeo ditiones amplificauit, vt Rex Hiſpaniarum primus fuerit dictus, atque Imperator. obiit anno 1159. eiuſque abnepos Ferdinandus tertius omnes Mahometanos aut expulit ex Hiſpaniæ terris, aut qui reliqui fuerunt, tributum pendere coegit, regnare exorſus poſt annos ſexaginta quatuor à morte Alfonſi ſeptimi, donec Ferdinandus quintus cunctos ex Hiſpaniis exterminauit.

Britanniam fuiſſe hæreſum plenã cum fuit ab Anglis occupa-
D ta, iam ſupra oſtendimus è Saluiano, & Gilda. ſimiliter Britannos in hæreſibus fuiſſe pertinaces, quãuis ab Auguſtino Romano conuicti fuiſſent. Quamobrem neque vlli Martyres exiſtere inter ipſos potuerunt, & ad maximum ſqualorem ſolitudinemque inſula eſt adducta, ac Britannorum periit felicitas omnis temporalis.

Germaniam, Noricum, Dalmatiam, finitimaſque his regiones Ariana, atque aliis hæreſibus fuiſſe contaminatas, ac perinde à variis gentibus, quæ in eas irrumpebant, ad vaſtitatem redactas, nemine ex indigenis Martyre hæreſibus ſeſe obiicien

te aperuimus eodem modo libri quinti de ſignis Eccleſiæ Dei A capite nono.

Quamobrem, cum videamus nō modo Hungariæ reliquum, ſed etiam finitimas regiones hęreſibus abundantes, neque vllos ex earum gentibus Martyres, qui pro profligandis hæreſibus illis vltro vitam profundant, aut alioquin illæ profligentur, metus eſt maximus, ne adducātur omnino in poteſtatem barbarorum, vel excidant a temporalium bonorum felicitate, qua nūc magna potiri videntur. Cum vero ſecus in Anglia contingat; quamuis incolæ illius videantur ſibi felices, maxima tamen ſpes eſt, eam ad verum Chriſti cultum redituram, & ad obediē- B tiam Pontificis Romani. è ſuperioribus autem patet eam gentem ruere a bonorum temporalium felicitate, in qua non ſunt, qui abſque vllis bellis, abſque vllis armis vltro dent vitam pro ſincera religione tuenda, & hæreſibus exterminandis, quas omnium maxime eſſe exoſas Deo ſupra libro primo aperuimus. In vniuerſum vero inter catholicos nunquam deſunt, qui acerbiſſima quæque, atque ipſam mortem ſubeant, pro veræ pietatis cultu, quod explicauimus ſigno de perpetua martyrum ſeriæ vigeſimo ſeptimo ſeptimi lib. de ſignis Eccleſiæ Dei.

C

Excidunt a felicitate temporali homines, quod non ament inter ſe verum diſcordijs diſſoluantur, ac pereant. Nullusque hominū cætus eſt, qui magis amet inter ſe, quam Chriſtianorum, qui intellectum fide vna, voluntatem charitate diuina arctiſſime coniungunt, præcipiturque ijs ardentiſſimus amor, quo ſe ſuaque communicent, iccirco non excidunt a temporali felicitate.

Cap. X.

D

Enimuero noſtros cunctis præſtare in cultu religionis, quæ Deo debetur ex animi intimo ſtudio, conſtat ex eis, quæ ſigno 35. explicauimus. Eodem modo in cunctis officiis omnium virtutum, quæ fuſe aperimus tomo primo de ſignis Eccleſiæ Dei. Speciatim vero in contemplatione diuinorum, liquet è ſigno 87. vbi diſputatur de ſpiritu precum. A noſtris eodem modo

percu-

A procurari magis, quam à cæteris commune generis humani
bonum ad animum pertinens, locorum cultum, & dignita-
tem, colligitur e ſigno 28.de gentibus efferis ad humanitatem
perductis, 88.de cultu deſertorum locorum, ac 93.de catholi-
corum decenti felicitate. Reliquum nobis eſt, hic explicare
nullam religionem magis obſiſtere temporalium bonorum
ruinis, quam Chriſtianam. Ac per hanc maxime ſtare gentes,
ac regna, neque excidere à temporalium bonorum felicitate.
Aut enim ruina hæc cõtingit intrinſecus, aut extrinſecus. Vi-
deamus an à primo capite, ex quo gentes inter ſe & regna diſ-
B ſident, atque intimo quodam morbo diſcordiæ ſeparantur, di-
uelluntur, atque diuulſæ neceſſario corruunt. ob id enim, qui
de politicis agunt. id maxime ſtudent, vt concordes ſint Ciues
& inter ſe amici. Non poſſe à primo euenire oſtendamus. Con-
iunguntur enim Chriſtiani inter ſe diuino amore, qui eſt ma-
ximus, ergo omnium maxime inter ſe inuicem copulantur. Ma
ximus vero Chriſtianis proponitur amor in Deum vt ament
illum præ cunctis, toto corde, ac viribus. Eorum lex nihil leuiſ-
ſimi criminis admittit, exigit omnem puritatem, qua mun-
di ab omni cuiuſuis rei creatæ contagione Deo connecta-
C mur non per effectum illum contemplaturi, ſed per eſſentiam,
ad quam, conſpiciendam, fruendamque contendimus. Quamo-
brem peruadens intima cuiuſque præcipit, vt in diuinis, &
quæ ſunt æternæ veritatis ſiue ſpectent ad cæleſtia, ſiue ad mo-
res, ea firmiſſime credamus tanquam veriſſima, quæ iuſto-
rum cætus, atque ſapientum decreuit vnanimi ſanctione, ne-
que vel leuiſſimam ſignificationem demus, qua ſuſpicari poſſit
aliquis aliter a nobis credi, paratique ſimus vel acerbiſsimam
mortem, tormentaque diriſsima perpeti potius, quam vel hæ-
ſitare, vel etiamſi non hæſitemus, huius rei minimam ſigni-
D ficationem dare. Conſtringit itaque hoc vinculum Chriſtianos
omnes penitus, atque arctiſsime cum mortalibus cunctis,
qui iuſtitia, ſapientiaque excellentes fuerunt, & qui erunt. Nã
parati eſſe debemus ad ea credenda, quæ ſancientur, ac ſi quid
credamus ambigui, nondum definiti, prompti eſſe debemus
ad illud abijciendum. viciſsimque ad accipienda quæcumque
conſtituentur.

Quamobrem neque pontifex ipſe ſummus poteſt ſecus cre-
dere, aut immutate, quæ a ſuperioribus fuere ſancita, ac tradi-
ta in ijs, quæ fidei ſũt, neque variari poſſunt, alioquin ſolio

deiici poſſet, ſi à ſemita huiuſmodi aberraret, & exolueret ſe à tanto nexu. Ex quo ſit, vt nemo poſſit (quod in aliis cætibus nō ita ſeruatur) ſibi præſcribere, quid iuſtum ſit, aut iniuſtum, licitumne, aut illicitum: ac proinde tam vehementer ſibi quilibet perſuadens quid nefas, faſve fuerit abripitur maxime ab omni ſcelere perpetrando, & quouis lædendo. Sic igitur amant inter ſeſe ardentiſſime Chriſtiani, neque poſſunt maiori amore conſtringi, & auocari ab hoc amore diuino, atque in Deum relato, ac quemuis referente, & quando tria ſunt bona, externa, corporis, & animi, & maiora ſunt animi bona, quam corporis, atque in pari lance præponderant corporis bona bonis externis, ac prima iccirco ſint præferenda ſecundis, ſecunda poſtremis, Ob id, cum ſit mihi amandus homo æque, atque amo me ipſum, iacturam facere minorum debeo, vt opum, vulgarium honorum pro vita alterius, vitæque ipſius pro virtutibus eidem comparandis. Atque ad hunc modum diligendi ſunt mihi vel infeſtiſsimi homines, atque iis benefaciendum cum poſſum videre, ex hoc fore, vt ii deſiſtant à uitijs, ad virtutes perducantur, & amore conciliati mihi ad Deum perducenti obſequantur, alioquin Deo committens rem totam libentiſſime ſanguinem, vitamque pro illis deuoueam, Deoque inſtar hoſtiæ dedicem, vel in id, vbi opus eſt, ſim paratus. Monemurque, vt inuirias inuicem quaslibet condonemus, neque vltionem perſequi, aut velle illatum licet, niſi cum videmus publicum ius lædi, nec conſiſtere, niſi iniurioſus caſtigetur, aut vbi ille non deſiſteret, damnumq. illatum non reſarciret, atque id omnibus damno foret. Quamobrem cōmunia ſigna amicitiæ humanique amoris nemini poſſum denegare, niſi ſit ille publico decreto excommunicatus, vel forte certiſsimo conſtet, ob huiuſmodi ſigna haud denegata fore aliquem magis iniurioſū & inſolentem, neque vlla manſuetudine, aut humanitatis ratione molliendum. proponiturq. hac in re nobis Deus imitandus, qui tam bonis, quam malis ample benefacit. Sed quando videri poſſet hæc menſura alicui non eiuſdem generis eſſe, proponitur nobis ipſe Chriſtus imitandus, qui Deus eſt, atq; homo vitamque & omnia profudit vltro, ac libentiſsime pro totius humani generis bono, ac pro æterna beatitudine omnium iacturā fecit, vt hæc vel inimicisſimis pararet. Qui fieri poteſt igitur, vt inteſtinis diſcordiis à frigido amore enatis concidat Reſp. Chriſtianorum, quæ tanto amore incenditur, neoque inflam-

A flammata conglutinatur? Non ne magis aliæ gentes corruent, quæ non tanto amore continentur? Nam ſi inimicos ſic amat, quanto magis qui amandi ſunt amici? Num ſunt alibi martyres, qui vitam poſuerint nullis ſe ſe armis obtigentes, ob virtutes diſſeminandas, propagandas, amplificandam cæleſtium veritatem, dilatandum Dei ſummi cultum? Nunc tot hominũ Deo conſecratorum cætus toto Orbe diffuſi? Num tot viri puriſsimæ vitæ innocentia præſtantes ac ſanctimonia miraculis conſignata effulgentes? Ad quos imitandos, vt accẽdamur, ad quorum facta conſectanda vt impellamur omnibus modis, vna
B cum Chriſto anniuerſariis honoribus coluntur, eorum facta magnificentiſsime laudantur, in cælum feruntur, Ac ſicut antiqui Romani, cum funera ſuorum ducebant, imagines maiorum domo eductas circumgeſtabant. Eodem nos modo verum nobiliori, ac vere diuino per Orbem totum quotannis circumferimus huiuſmodi Herouin clariſsima facta, imagines eorum paſsim depingimus, eoſque cælitum numero aſcriptos veneramur, quod iam ſint vni cum Deo, diuinitate penitus oppleti ex omni parte eam ſpirantes, atque in omnem partem latiſſime emittentes, ſicut autem nectimus animos arctiſsimo di-
C uini amoris vinculo, inuiolabilis & inconcuſſæ fidei compage, caritatis ardentiſsimæ ligamine, Sic etiam merita communicamus. Quamuis enim ſancti ob ea, quæ geſſerunt, præmia diuina referant pro meritis, hæc tamen pertinere poſſunt ad bona in alios deriuanda ad honorem Dei, ſic igitur communicantur pœnarũ ſatis factiones, virtutũque functiones inter Chriſtianos. Amicorum namque ſunt omnia, quantum fieri poteſt, cõmunia. Iam neque opes ipſæ, neque externa quæuis non ſunt nobis cõmunia. Nam cũ neceſsitas extrema eſt, ac valemus ſubuenire oppreſſo ab illa, ſubuenire obligamur, vt egentes iuue-
D mus quouis officio, quauis honeſta opera, aut ope, quod ſi qua naturæ vſibus neceſſaria mihi ſuperſunt, ei, qui non habet vribus naturæ neceſſaria, teneor impartiri, quoties offert ſe occaſiõ. Quod ſi decenti ſtatui dignitatis neceſſaria ſuperſunt ea teneor impartiri iis, quibus deſunt neceſſaria ſtatui, dignitatique conuenienti, atque hæc conſtituta ſunt, & communi ſapientium conſenſu recepta; vt mittamus bona, ac latifundia religionis cõmunia, aut quæ clericis paſsim diſtribuuntur ad cultum diuinum, ſupra quem ſi quid redituum colligunt, id in vſus pauperum tenentur erogare, adhibita, quam memorauimus,

mus, diſtinctione. Iam vero eccleſiaſticæ dignitates in medio A
poſitæ ſunt, omnium ſupremi honores, cuilibet fas eſt duce
virtute peruenire ad ipſas Epiſcoporum, Cardinalium, ſummorumq. Pontificem primarias ſedens, ac iura Principibus, Regibus, Imperatoribus ipſis, ac toti catholico orbi praſcribere. feciſſe vero hæc omnia, atque ab initio conſtituiſſe, vt cuilibet aditus ad iſta honorificentiſsima, ac potentiſsima latiſsime pateret, eſt amoris, & amicitiæ magnae effectus. vt enim ſæpe repetimus amicorum ſunt cuncta communia, & amoris eſt effundere ſe, ſuaque in amatum, nihil non conferre in medium, quantum fieri poteſt, modo neque neglectus inde oriatur publici boni, aut quarumlibet rerum. Quocirca eſt arctiſſimum inter Chriſtianos amoris vinculum, quo deuinciuntur inter ſe, ne corruant intima diuiſione, ac veluti conſtringit amor diuinus quam maxime, vt nihil ſit, aut fuerit ſimile in terris, intellectum noſtrum fide, voluntatem charitate a Deo deſumpta, & in homines deriuata, ac proinde animos noſtros, qui per intellectum voluntatemq. operantur, & actiones quaſcumque ad amorem refert. nam plenitudo legis eſt dilectio, & (quoad patitur ipſarum rerum procuratio, ac tuitio, quæ diligentior eſt, ſi quidem ſint in dominio priuatorum, & ſinguli rerum ſingularum Domini efficiantur) in vſus cōmunes omnia confert, communicatque ipſas opes & dignitates plurimis modis. eodem modo cauit, vt coniuges, qui communicant inter ſe corpora, perpetuo amoris mutui vinculo ſe ſe contingant, quo nunquā diſſolui poſsint, neque repudio ſit vlli locus, ſed charitas omnem indignationem ſuperet, atque emolliat. remouet præterea Chriſti religio, quicquid hanc amicitiæ incredibilē coniūctionem poteſt vllo modo laxare. cum maxime impellat exemplo Chriſti ad contemnendas quaſuis voluptates, diuitias, & honores. ob appetitionem namque nimiam horum trium diſsidia naſcuntur, ac nulla vnquam lex fuit, quæ magis animos humanos ab his alienaret, ac longiſsime remoueret quam Chriſti. Iccirco, quæ arctiſsime, & intime colligarent, adduxit, & quæ poſſent vllo modo laxare, id procul fugauit. Eis autem, qui reuera, & ex animo ob Deum, Chriſtumque exemplar cuiuslibet virtutis effulgentiſsimum terrena, & humana deſpiciunt in cæleſtibus defixi, bonumque publicū quærentes, omnium maximi honores reſeruantur; nam ſuperis adnumerati anniuerſario cultu in terris celebrantur à Chri-

ſtianis

A ſtianis toto orbe diſperſis. Atque ita nulli non abiecto maximæ opes, dignitates, & honores patent, ac diſtribuuntur in Rep. Chriſtiana ad ſeruandum vehementiſsimi amoris, & neceſsitudinis conſenſum, nexumque indiſſolubilem. de quo ſigno de Charitate vigeſimo nono.

Cum ſic igitur Chriſtiani inter ſe adſtringantur intime, hinc contigit, vt nunquam Reſp. ipſorum potuerit diſſolui, ac diſiici; quamuis per annos prope tercentum fuerit à potentiſsimis Imperatoribus gentilium petita & exagitata ad interitum, dein vero ab eorum ſucceſſoribus ac Regibus aliis ſe-
B quentibus hæreſes Arrianorum, Neſtorii, Eutychis, Manetis Monothelitarum, Iconomachorum, Nicolaitarum, Pneumatomachorum, vel alioquin ſchiſmata in eccleſiam inducentibus. Verum quo maior in eam tempeſtas commouebatur, eo magis illa ad extremum ſemper eſt aucta, amplificata, & euecta vt ſupra lib. ſexto diſſeruimus, & oſtendimus ſigno ſeptimo de maxima iniquis tẽporibus propagatione & ſeptuageſimo ſexto de admiranda progreſſione ſacræ poteſtatis. Hinc ſimiliter euenit vt omnium Regum familiæ, quæ fuerunt à noſtra Religione alienæ inteſtinis ſe ſe cædibus abſumpſerint, & ad nihi-
C lum redegerint, quod nos late explicamus ſigno quinquageſimo tertio. Quin nulla prope regia ſtirps ex iis, niſi fabuloſa ſectemur, potuit vnquã continere Imperio vllum Regnum ſupra annorum tercentum ſpatium: quod quidem fuerit ita amplum, & excultum quale eſt Verbi gratia Gallicanum, Luſitanicum, Caſtellanum, Aragonenſe, Anglicum, Bohemicum, Hungaricum, Polonicum, de exiguis namque haud inficiamur, atque inter Mahometanos nulla vnquam reſpublica nominis alicuius fuit. quod ſcilicet amoris, amicitiæque æqualitatem ferre non poſſint, communionemque
D amicorum propriam reſpuant, ac nullo modo tueri valeant, & inteſtino morbo frigidæ dilectionis laborent; ac breuiſsimo temporis ſpatio concidant: quod etiam ſupra libri ſecundi capite nono, & ſequenti aperiebamus.

Exemplis, ac rationibus oſtenditur, amore populorum, ciuium, domeſticorumque inter ſe contineri, ac ſtare temporalium bonorum felicitatem; ac proinde legem Chriſti eſſe accõmodatiſſimam ad illam parandam, quod amorem maximum iubeat, ac præſeferat. Cap. XI. A

CHriſtianis itaque ſingulis propouitur Chriſtus imitandus, exemplar omnium virtutũ, potiſsimum vero amoris eminentiſſimi, B
quo Inflãmmatus ille ſubiit tot poenas, quibus vltro ſe ſe deuouit pro genere humano, pro Inimicis ipſis ac conſtituendam in terris Eccleſiam Religione, virtutibus atque omnium Temporalium bonorum felicitate in Deum referenda circumfluentem; ſtabiliens illam nexu hoc ardentiſſimi amoris, qui eſt, vt ſupra libro primo oſtendimus ſicuti cauſa efficiens, ſiue meritoria temporalium bonorum, ac vinculo indiſſolubili vehementiſſimæ charitatis inter ſe populos adſtringit, non adigens eos metu ad illud ſartum tectum ſeruandum, malus enim Cuſtos diuturnitatis metus; neque vllum violentum perpetuum, ſed exemplo ſuimet Illuſtriſsimo, diuinitatiſque Inſpiratione: alioquin Principes viros, qui à nemine timent, in officio non continuiſſet, efferos propulos, qui nihili vitam, nihili cuncta æſtimant (quod inſtar beſtiarum Iudicio nullo moueantur) ad humanitatem non adduxiſſet. Sic enim videmus antiquos Reges paulo potentiores, & Mahometanos, vt alibi oſtendimus, cognationes ſuas ſtirpitus euellere, quod apparet in regibus Turcarũ, Tunetẽſium, Marochianorũ, D
Feſſenſium, Perſarum: præterea vero Arabas, Tartaroſque in antiqua feritate, qua belluino impetu ad omnia vaſtanda præcipites eunt, & interſe Immortalibus odiis de ſæuiunt, perſtitiſſe. Et quamuis Turcæ in Ciuitatibus pacem quandam tueri videantur; Non tamen ea naſcitur à Virtute ſolida, diuino rationis ductu firmata ſed ab animi quodam languore, ac ſuppliciorum metu. ob id principes eorum timore amoto videmur ad internecionem delere conſanguineos ſuos ob regnandi cupiditatem, popularium vero filii è variis vxoribus nati veneno ſe ſe inuicem occulto petunt, vt hæreditatis paternæ maiorem portionem nãciſcantur. deſtituti ſcilicet amore illo feruen-

tiſsi-

A tiſsimo, quo nos exemplo ſuo, vique penitus immiſſa illius Chriſtus inflammat. Neque vero tot Germanorum nationes olim vitam feriſsimam degentes ex antiquiſsimo tempore, quas Romani licet multis prælijs confractas nunquam potuerunt edomare, potuiſſent excoli ad humanitatem, qua nunc ornatiſsimas contemplamur, niſi conſtituta fuiſſent à Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo Pontificibus Romanis adnitentibus monaſteria multa variis in locis, eiuſque exemplo deinde idem feciſſent alii; in quibus manſuetiſsimi Monachi degentes ſpecimen omnium virtutum, patientiæ, obedientiæ, chari-
B tatiſque diuinæ omnium bonorum parentis præſetuliſſent, Chriſtum repræſentantes, amoremque ipſius in belluina pectora inferentes. Hinc euenit, vt emollirentur corda tot gentium, paulatimq. imbiberent humanitatem. quod aſſerimus de Germanis affirmamus eodem modo de Bohemis, Hungaris, Polonis, Pruſsis, Anglis, Scotis, Danis, Suecis, Noruegienſibus, Lithuanis, Liuonibusque & aliis innumeris gentibus, quæ Europæ duplum conficiunt, & à Monachis ad Chriſtum ſimul, atque humanitatem ſunt edoctæ: vt aperuimus ſigno de fidei propagatione ſexto libri quarti. quo circa ſunt ab illis celeberrima regna
C conſtituta, & regiones antea ſquallentes, neque aliud habentes, niſi dumeta, ac luſtra, ſunt omnibus bonis excultæ, vt iiſdem cæli plagis nihil par in terris conſpiciatur. Atque hæc noſtri veræ Religionis cultores Chriſti ardentiſsimam charitatẽ diuini amoris incendia vehementiſsime excitantem præſeferentes egerunt. Hæc religio Chriſti populos amore cæleſti arctiſsime colligans, & exẽplo, vique penitus infuſa conſtringens, duriſsima ingenia, ferreaſq. mentes ad omnium bonarum, liberaliumque artium ſtudia ſubigens & ad bona diuiniſsima in omne humanum genus deriuanda impellens egit, vt innumera mul-
D ta, quæ alibi collegimus, mittantur à nobis. Videamus, quid egerint Mahometani, quid Mahometis impia ſuperſtitio, quando his non charitas diuina eſt potiſsimum curæ, neque exemplar Charitatis Chriſtus pro ſummo Duce; fundamentumque huiuſmodi populorum nihil aliud eſt, quàm ferrum, bellum, cædes. ob id nulli per iſtos populi à barbarie ad humanitatem reuocati ſunt, nulla prius horrens regio, atque inculta ad cultum ac decus aliquod eſt adducta. Contra autem plurimæ prouinciæ ſunt ad ſquallorem, vaſtitatemque redactæ, Mauritania, Numidia, Lybia, Cyrene, Aegyptus, Paleſtina, Syria, Meſopo-

ſopotamia, Media, Armenia, Pontus, Cappadocia, Bythinia A cum totius Aſiæ ſingulis prouinciis, Græcia parens omnis elegantiæ, diſciplinarumque omnium, quæ magnificentiſsimis prius vrbibus ornabatur, ac late præſtabat clariſsimis edificiorũ monumentis, quorum nunc admiranda tantũ veſtigia viſuntur. Vbi enim modo ſunt decẽ & octo millia Vrbiũ Aegyptiacarum? vbi tot Africæ? vbi tot Syriæ, Aſiæ, Græciæ? Verum quando hac tota de re late eſt à nobis actũ ſigno LXXIII. libri decimi quinti, nihil hic adiiciemus, eo reiicimus lectorem. Nunc alia conſideremus. Duas nobis eſſe animi inferiores partes, quas paſſim vocant Iraſcibilem, & concupiſcibilem, quæ niſi B virtutibus, ac rationis ductu gubernentur, actum eſt de genere humano; vt ſupra libri primi capite vndecimo ex Ariſtotile, ac Platone oſtendebamus. Iraſcibilis enim fertur aduerſus inimica ſenſui, nullam nanque ex ſe habet rationem, toto impete, aut alioquin toto impete ab eis refugit. Concupiſcibilis rapitur in obiecta amica ſenſibus. Quamobrem niſi mens auocet ad ſe harum partium gubernacula in beſtias commutamur, ac ſumus quaſi equi indomiti, qui ſeſſorem ducant in præceps. mens igitur inſidebit iis, vti regat eas. Eſt autem diſciplinæ moralis præceptum præcipuum, retrahendum quemlibet magis in partem contrariam parti illi, quæ vitioſe in aliquod extremum propendet. C Nam verbi gratia maxime quiuis extimeſcit mortem ſubire ob officium virtutis conſeruandum, docendus eſt hic, atque aſſuefaciendus, vt mortem libentiſſime ſubeat, vltro vitam profundat, occaſionem, quantum virtus patitur, ac bonum commune, nullo modo auerſetur, hoſtile ferrum viſceribus intimis excipiat, ac recondat; ſimiliter inſtruendus, vt iniurias animo lætiſſimo toleret, non ob ignauiam, ſed ob idem bonum. Magis in hanc partem flectendus eſt homo, quàm in alteram. Sicuti diſtortum baculum reducturi D in æquam partem, magis in contrariàm detorquemus, vt in medio, rectoque conſiſtat. quod ſi hoſtes repellendi ſint, veluti in bello iuſto contingit iis, qui in aciem rite bellaturi producuntur, tunc miles impellendus, vt vim vi acerrime repellat, hoſtium ſtrages edat. Verum quando magis quilibet naturaliter ſubire mortem refugit, ac vitam ponere vltro recuſat, ad hoc magis eſt homo exercendus, quàm ad faciendas cædes: ac maxime, quod ſit longe id diuinius, & ad humani generis ſocietatem, ciuilemque conſuetudinem tuendam magis conferat humanitas,

A manitas, manſuetudo, ac patientia, quam quæcunque his aduerſantur, ſiue habitus contrarii. eodem modo magis appetimus delicata, & mollia, quam dura nobis, & aſpera, inſtituendique idcirco ſumus adhæc magis amplectenda, & excipienda, ac propterea frugalitatem, modeſtiam, temporãtiamque ſectandam. cumque dederit natura pleriſque animantibus ratione deſtitutis arma quædam naturalia, quibus non modo ſe tueantur, ſed etiam feriant, ac diſcerpant ſibi aduerſantia, veluti cornua, dentes, vngues, homini autem nihil tale eſt elargita, ſed inermem produxit, quod vellet hunc non armis agere, verum ratione. hæc namque in ipſo eſt primaria, atque hanc in primis B ad agenda quæuis adhibere debet, eius omnes inire ad expedienda quælibet vias. Sic eadem natura animal vnumquodque prudentius, produxit etiam caſtius, ac temperantius, vt elephantes, apes, ac ſi quid huiuſmodi eſt tale. ac proinde Mahometis lex omnium maxime ferina, quæ ferro decerni non conſilio, & diſputatione ad veritatem ſpectantia decernit, atque ad pugnam magis, quàm ad pacem mortales impellit, patentiſſimoſque aditus aperit libidinibus, cum longe contra ſint homines inſtituendi. ac neutrum quidem, ſi de militia loquamur, omittendum. Studio tamen pacis omnino magis inſiſtendum, C quam prælii. Hoc etiam conſtat ex alio. Amor enim continet omnia, neque fieri poteſt, vt abſque amore aliquid vel producatur, vel conſiſtat, quidquid molimur, aut cogitamus, id amoris impulſu exordimur. Quocirca ad amorem pertinet magis amare, quam odiſſe, ac ſi quid auerſamur, ob amorem, quo ferimur in contrarium, ſine dubio auerſamur. Hic igitur magis excolendus, atque à nobis eſt nobilitandus, & extollendus, quod hic humanum genus conſeruet, vt ſupra libri ſecundi ca-D pite nono fuſius eſt explicatum. Eſt vero hic amor excolendus, ac diuinitate, bonique communis & ad animum Deumque ſpectantis procuratione ornandus, quod alioquin ad ſolitudinem, vaſtitatemque omnia magis minuſue pro ratione maioris aut minoris procurationis adducantur. Nam verbi gratia, ſi quis amat ſe tantum, atque omnino ad ſe vnum reuocat omnia, cum nemo ſit ſibi ſoli ſufficiens, neque poſſit omnibus æque intereſſe, aut ęque eiſdem ſtudere, omnia ſimul ac ſe ipſum vaſtat, atque in varia diſcerpit. Ideo, cum ſit amantium ſe, ſuaque communicare, gens illa, ac Regnum, quæ charitatis ordine ſeruato id contendet, v ſemet, ſuaque impartiatur, pri-

mas tenebit atque amori perpurgando ac maxime dilatando, A & in Deum referendo, dabit operam diligentiorem, quam bellis, aut ſuarum rerum duntaxat amori, & comparationi. Iam vero fælicitas omnis humana deriuatur à Deo fonte omnium bonorum. Cui nos conglutinat ſolus amor. qui nihil eſt aliud, niſi vehemens quædam procliuitas à voluntate dimanans, alioquin quomodo poterimus Deo conglutinari, niſi ſimus in eum procliues? Igitur huic amori omne ſtudium dandum, quo complectamur etiam diuinos homines, quin ad eum cunctos alliciamus, incitemus, ac ſuis quemlibet modis. Nam ſingulis non ſunt ijdem: ferrum vero, ac mors illata, luxus, & libido longe ab- B ſunt ab hoc amore. Mors namque tunc infligenda; cum tollendus eſt aliquis, de cuius meliori fruge omnio deſperatur, ac nulla ſupereſt alia via, ne cæteris officiat. Ideoque Canones eccleſiaſtici, potius quam necent, iſtos abſtruſos monaſterijs includent, in quibus pane modico, & aqua perexigua contenti degāt in lachrymis, & Ieiuniis; finemque vitæ imponant amputata omni libidine, & perpetrandi ſceleris occaſione, & voluntate, alioquin dant Curiæ, vt vocant, ſæculari. Sic igitur Chriſtus eſt omnium Virtutum, charitatiſque, qua nihil non continetur, exemplar fulgentiſſimum, quo ſtant gentes, ac re- C gna, ne corruant ab ipſa temporalium bonorum fælicitate, quod ardentiſſime amauerit, humilitatemque incredibilem, Cum Deus Idem fuerit, & Temperantiam factis expreſſerit, ac præ ſe tulerit omnibus modis. Ac recte Principes illi faciunt, qui ad edomandos, & ad quietem, pacemque reuocandos populos ſeditionibus, ac rixis deditos, conſtruunt inter eos monaſteria religioſorum huiuſmodi, qui exemplis operaque ſedula tranquillitatem ſerant, ac religione effre- D nes animos temperent, ac moderentur.

Maxima

A *Maxima patientia quam lex Cqriſti imperat,non minuit bellicum rubur idque auctoritate, exemplis, ſimilitudinibus, rationibus, & euentis comprobatur. Cap. XII.*

VIdimus amore gentes, ac Regna catholicorũ conſiſtere, ne cadant à temporalium bonorum felicitate,quaſi intimo quodam vinculo conſtringantur. Inſpiciamus, an diſiici poſsint, veluti infirma ab hoſte extrinſecus impetente. & quidem nos aperuimus ſigno
B de inimicorũ conciliatione, inimiciſs. Eccleſiæ Catholicæ,catholicarumq. gentiũ,quamuis illi variis eas modis diuexarint, atq. euertere ſint conati,tamen ad extremum fractas,ac victas manum dediſſe,ac Religioni, Imperioq. Eccleſiæ Catholicæ vltro ſe ſe ſubiéciſſe,id late explicauimus ſigno LXXXIII. de Inimicorũ conciliatione. Verum propria ad huc quædam conſideremus,quamuis libro de robore bellico diſputauerimus his de rebus. Id tamen ſumamus, quæ late explicar Peripateticorum Princeps politici octaui cap. 6. bellicoſos homines, neq. fieri, neq. eſſe ex eo quod ferocia valeant,atq. immanitate;quin con-
C tra potius,qui ſint in aliis quidẽ mãſuetiſsimi ſunt in ipſa acie pugnaciſsimi. ita tamen,vt iudicium ſemper præſideat, ac certamini mens inuigilet,ſingula circumſpiciẽs. Recte ille quidẽ, ſicut in multis. Nã virtutes animi confirmant corporis vires, ac virtutes. cum ſint cohærentes. vt multis alibi eſt probatum. Ac ſi cui ſit animus ferociſsimus, niſi mens ferociam moderetur, belluæ inſtar hic rapitur. Exercituſq. ex his conſtans, erit quaſi e leonibus lupiſue, aduerſus quos, ſi qui ratione & armis procedẽt,facillime illos diſsipabunt,atq. interficient. quo circa trãquilliſsimis debet eſſe moribus miles. Idem tamen acer-
D rimus in pugna. Sic enim trãquillitas efficiet,ne cæcus in præceps feratur,dũ pugnat,ſed animo conſtans prouideat ſemper, quid cauendũ, quid tentandũ, vt accidit in ictibus gladij hoſtilis vel repellendis,vel declinandis;eodemque tempore in propriis dirigendis in hoſtem, vel in ipſo circumueniendo, aut ad terram ſternendo; quod autem contingit in pugna ſingulari, Idem ſimul in prælio multorum comittendo, aut belli totius ſuſcipiendi,vel euitandi ratione ineunda, & explicanda. ſed ipſum bellicum robur animi, quod exercitatione confirmetur, non aliunde oritur,atque accreſcit,quam ab ardentiſsimo amo-

re,ſic

re, ſic enim tigres atque vrſos narrant Impete maximo, & In- A fracto ferri in eos, qui pullos abſe amatiſsimos rapuerint. Taurique inuicem ſæuiunt, atque equi emiſſarii ob expetitam fæminam, qua Inardeſcunt. quod ſi alteri ex iſtis beſtiis, dum pugnat, adeſſet ratio, ſine dubio vinceret aduerſariam, ac potiſsimum, ſi ſciret arma quedam ſibi comparare, ijſque vti in illam. Robur tamen illud animi infractum membrorum compage accedente proficiſcitur ab amore, quem probauimus in Chriſtianis eſſe omnium vehementiſsimum, atque ardentiſſimum, ſiue Deum reſpiciat, ſiue humanum genus. Patientia vero maxima, & manſuetudo, quam præcipit Chriſti lex, facit, B vt Impetus animi in vnum colligatur aduerſus hoſtes publicos in aciedimicantes, ac veluti flumen aggeribus contentum rapidiſſime fertur, ac multo rapidiſsime, cum fuerit alueus, ripæque obiectæ hinc inde æquales, & placidæ, neque enim retardatur vello modo curſus fluuij velociſſimus, ita vt leniſsime labatur, neque appareat in quamnam partem fluat, cum tamen celerrinie feratur, inſtar ſolis ac ſiderũ, quæ ſint vllo Iragore curſus ſuos citatiſsime conficiunt, eodem modo vbi fuerit animus vndique pacatiſsimus, ac mitiſsimus, validiſsimo procurret, ac ſtabit ſimiliter Impetu aduerſus obſtantes hoſtes. Hoc vero C robur ab inſito amore procedens, atque intra fines manſuetudinis concluſum, quaſi amnis æquabilibus ripis, & alueo placiditatis ſubſtrato, vt rapidiſsime prouolet, à ſpe diuina Impellitur & Iaculi cuiuſdam modo emittitur, ac dirigitur. Deſperatio namque intima debilitat, frangit, ac proſternit. Spes Contra. nulla autem ſpes maior quam reuera Reum, diuinaque amantibus ac bonam cauſam fouentibus Ac veluti è ſublimi contortum telum grauiſsima vulnera infligit, eodem modo ex altiſsima Diuinæ ſpei ſtatione agmem militum procurrens erit ad proſternendos hoſtiles exercitus potentiſsimum, quaſi D fluuius ex altiori fonte, ac loco Identidem ſemper erumpens. & currens. quod ſi animus amantis Deum, genuſque humanum ab omnibus hiſce terrenis eſt expeditus, ac ſegregatus facillime cuncta intuebitur, quibus adherens & adglutinatus nihil poſſet intueri, cum ſenſile poſitũ ſupra ſenſum faciat, ne quid ſentiamus, vt lapis oculo ſuper poſitus. Hinc eueniet, vt mens Catholici ſit prudentiſſima, quod ſoli Deo coniuncta ſit; ad Reliqua, non niſi Deo mouente, quaſi lumine quodam proprius admoto, accedet. Sic igitur in bello, in ipſa pugna mens omnia

A nia videbit,neque vllo modo retundetur acies eius,obſcurabi-
tur, aut Impedietur, quominus acutiſſime cuncta intueatur.
Quamobrem neque vlla re pugnandi ardor vnquam refrige-
ſcet,etiam ſi deficiant nummi, honores,ac voluptatis cuiuſli-
bet perceptio,non luxus hoc robur extenuabit,non pauperies
deijciet,non ignominiæ proſternent; Quocirca Spartani recte
illi quidem cognouerunt militem bellicoſum non moueri au-
ro,& argento,cum nummos illi ferreos Inſtituerunt, vſumque
argenti, & auri è Rep. exterminarunt. Recte ijdem tempera-
tiſsimos educabant pueros, ne vires corporis luxu eneruaren-
B tur. Amplius patientiſsimos aſſuefaciebant, atque iccirco
plagis tot onerabant,vt ad necem viderentur afflicti,quod hęc
tolerare à ſuis non abiectos faciat homines, & animo viliori,
ſed excelſo,ac præſtanti, Ideoque viſi ſunt diu fortiſsimi Gre-
corum. Verum,quod hæc examinans Ariſtoteles ait,agreſti e-
rant,duroque ingenio,ac feritatis aliquid habente. Quocirca
ſunt habiti ipſi quidem Pugnaces, quamdiu cæteri Grecorum
non ſeſe armis exercuerunt;aſt vbi hi ciuilius exculti,& ad mã-
ſuetiora magis accomodati,ſe ſe & ipſi exercuerunt, apparuit
illos imbecilliores, atque his victoribus victos pugnando ſuc-
C cumbere, ac feritatem nihil conferre ad fortitudinem milita-
rem;Nam fac,vt ſimilitudine res explicetur,prodire in aciem
Leones parimodo exercitatos ad pugnam (ſic enim facienda
eſt collatio)ſed hos humaniores,& qui furores ſoliti fuerint in
acie moderari,vt quadam diſciplina,& arte declinent,atque
adoriantur aduerſarios,edocti ſcilicet ab hominibus,atque ip-
ſis etiam virgis manſuefacti ad imperata facienda, & quælibet
huiuſmodi patienter addiſcenda.Annon hi vincent?quẽadmo-
dũ ſi è duobus exercitibus hic equis inſideat indomitis & iuſſa
herilia nullo modo excipientibus, verum quo magis fræno,cal
D caribus,virgis vrgent,eo præfactiores,ac magis obſiſtentes ex-
periatur,& qui aduerſus ipſum ſeſſorem pugnent,nihil manſue
tudinis habentes; contra alter moderetur equos adquodlibet
herile verbum, ſignumque obedientes, qui virgam timeant,
calcar,frænum,quis vincet quæſo? habet hoc aliquid ambigui-
tatis & queſtionis?Igitur maxima patientia vel ad ipſas illatas
à ſuis plagas,facit ad fortitudinem bellicam: quod agnouere
Spartani,ac multo magis ſi humanitas, morumque ciuilitas &
ingenium tractabile,quæ deerant his,accedat, vt cæteris Gre-
corum. Quocirca Galli,Hiſpani,Cimbri,Germani, Bercali-

umque

umque gentes cunctæ ferociores olim Romanis erant, ac ma- A
gus aſperæ & ad ferendas Iniurias nullo modo accomodatæ,& tamen Romani fortiores. Et nunc Tartari ſunt efferi, impatientiſſimique; at mille è Polonis, Italis, Gallis, Hiſpanis, vbi fuerint in acie decies mille Tartaros haud difficulter ſuperabunt. Ad ſummam Chriſtiana lex patientiam maximam præcipiens ſuis, non Imminuit eorum robur bellicum, ſed auget, quaſi in plura diſperſum colligat, ac maxime conſolidet, atque confirmet, ne quis ad quælibet excandeſcens extra ſe feratur ac ſui ſit impos aliquo modo. fidem facit his, quod pauciſsimi catholicorum longe plurimos hoſtium fuderunt, vt nulli vn- B
quam magis. quod apparet aduerſus Turcas, qui cum nunquã potuerint, niſi hæreticorum, qui ſunt omnium maxime ignaui, vt fruſtra catholici iis opem feramus, regiones occupare, ac tenere, non audent nobiſcum prælium committere, niſi ſint in credibili numero nobis ſuperiores. ac ſæpe illorum copiæ maximæ ſunt ab exigua noſtrorum manu deletæ, contra catholici plurimas nationes, quas nulla vnquam gens vel bellicoſiſsima ex omni tempore potuit edomare, domuerunt, in his Romanos ipſos, Italoſque, cum pugnauit aduerſus Maxentium Conſtantinus, & aduerſus Eugenium Theodoſius, Oſtroghotos, Van- C
dalos, Germanos, & innumeros Europeæ Scythræ populos. Eodem modo regna ampliſsima, ac remotiſsima bellando acquiſiuerunt, eadem diutius, quam cæteræ gentes, conſeruarunt e quibus conficitur, nullam religionem magis eſſe accomodatã ad amplificanda imperia, amplificationem illorum tuendam, fælicitatemque temporalium bonorum, quam Chriſtianam. atque ab hac obſiſti ruinis, quæ fiunt a fælicitate bonorum temporalium, ſiue illæ intrinſecus, ſiue extrinſecus contingant.

Obiecta ſummatim confutantur, aut potius confutata oſtenduntur ſupra ſuis locis, propoſitumque confirmatur. Cap. XII. D

Propoſitum nobis erat examinare, an a religione vera vel recte culta, vel minus contempta penderet fælicitas temporalium bonorum. Clariſſimeque iam conſtat omnino pendere. allatæ ſunt enim, cuiuſuis generis probationes. ita vt, ſi ſecus futurum ſit, neceſſe eodem modo ſit Orbem deſtrui, veluti prorſus deſtruetur, cum ſecus maxime continget, atque ex parte deſtrui videtur, cum peruerſitate homi-

te homi-

A te hominum fit, vt religio conculcetur, & ad interitum tendat; Verumtamen ſi ſecus futurum ſit, neceſſe eſt ordinem, quem conſpicimus, rerum naturaliumque & humanarum commutari, & hunc, qui, inſtitutus eſt a Deo, tolli, aliaque euenire, quæ hucuſq. ab Orbis fabricatione nō acciderunt. Non tamen fieri poterit, vt quæ contigerunt, haud contigerint. in quæ diuino lumine perfuſi ſancti reſpicienſes & verbis, & ſcriptis id ſemper teſtificati ſunt, Deum maxime colendum, mandata illius obſeruāda, quæ Chriſtus omniū dominus, ac Rex ſupremus, breuibus omnia complexus, ad duo redigebat, vt Deum præ cunctis, alios ſicut noſmetipſos amaremus. Atq. ita amori ſince-
B riſſimo nihil non dandum ſtatuebat. Quod etiam cuncti ſapientes decreuerūt, omnia contineri ab amore, qui ſi bene collocetur, bene omnia procedent, contra, ſi male. iuxta illius progreſſum; cætera progrediuntur, & qui finis eſt illius, idem reliquorum. Si maximus ille, & optimus, veluti ab vberrimo ac Saluberrimo fonte, omnium bonorum flumina largiſſima erūpent, atque in omnes ſe ſe partes latiſsime effundent, maxima ſcilicet, atque optima quæque. Cuius ſane amoris exemplar viuens reliquit nobis Chriſtus in terris, qui ſemper in contemplatione diuinorum defixus, nihil aliud, niſi vt Deus co-
C leretur, dictis, ac factis perpetuis contendit, cumque omni modeſtia, frugalitate, & puritate vixit, ac debitas generi humane ob ſcelera admiſſa penas deprecatus in ſe deuoluit. Obiiciet igitur hic, addubitans an a religione vera vel recte culta, vel minus contēpta ſit felicitas temporalium bonorum, En Chriſtus iuſtitiæ totius, ſapientiæ, ac Religionis caput, quam male habitus? vt cunctis bonis temporalibus nudus deceſsit? Sic inquiet ſane æſtimans ex minori parte temporariam bonorum *1. Ob.*
D fælicitatem, vel diſpari comparatione decertans. Ad hæc enim duo capita reducuntur, quæcumque obiici poſſnnt; & eorum diſtinctione adhibita facillime diluuntur. Atqui opibus, & omni ſenſuum voluptate caruit Chriſtus. Vere id quidem: ſed hac potiri, niſi modo quodam non decebat; illas reiecit ipſe, alioquin poterat opibus quibuſuis abundare, & honeſtiſsimis gaudiis modo quolibet potiri. Quid igitur afferimus eius exemplum; qui Dominus erat omnium? cui cuncta, vbi voluiſſet obediebant, ac ſi duodecim legiones Angelorum voluiſſet, non ei defuiſſent, vt alias ipſe aſſerebat. oblatus eſt, inque Iſaias, quia ipſe voluit, & iniquitates omnium portauit. Et idem *1. Resp.* *Mat. 26.* *Iſa. 53.*

ii tamen multis temporalibus bonis, iiſque omnium maximis A
abundauit ſupra omnes qui fuerint, mortales. Imprimiſque
exiſtimatione, qua credebatur eſſe Deus, ac Dei filius, itaut, ex
Oriente aduenerint, qui oblatis muneribus eum iam tum natum
veluti Deum venerarentur, atque, vt ait ille.

Thus, aurum, myrrham, Regique, hominique, Deoque.
Dona ferunt.

Sic eum Petrus palam confeſſus eſt, Martha, & alii multi paſſim. quamobrem præcipuum crimen inter alia, ex quo damnatus eſt, hic fuit, vt merito exclamauerit in morte ipſius Centurio, vere filius Dei erat iſte, ſciens nimirum, quod vulgo iactabatur. Id multi fuerant impiè conati ante Chriſtum, vt iam tum viuentes Dii crederentur, ac filii Dei; ſed fruſtra, quamuis enim vim ſimul, atque arma adhiberent, ac Reges eſſent, nihil tamen proficiebant. In his fuit Alexander Magnus quod in vita ipſius narrat Plutarchus. Quamobrem deridebant, hos & auerſabantur ſapientes, ac nos abominamur, ac deteſtamur. Vni Chriſto ab omni labe puriſsimo id tribuimus, conſentientibus litteris diuinis, omnium antiquorum prædictionibus, & ſcriptis, accedente miraculorum gloria, & expreſſa teſtificatione, neque vlla ratione ſolida aduerſante. Vt viués igitur Chriſtus, alioquin humillimus, ac potentiæ nullius, ſi de humana & ordinaria loquamur, in tanta eſſet exiſtimatione, id inter maxima bona temporalia numerandum. Inter externa enim precipuum videtur honos in æquali rerum lance. Atque hic eſt diuiniſsimus, & omnium ſummus, cum nihil ſit ſupra Deum, gloriamque diuinam. Quamobrem licet Chriſtus nummis non abundaret, hoc adfuit inter temporalia, & externa bona ſupremum. Sequitur aliud præclariſsimum. Poteſtas efficiendi altiſsima miracula, quæ ſine Virtutibus animi poteſt eſſe, ac ſine gratia, quæ nos Deo gratos efficiat. habere autem poteſtatem huiuſmodi, quamuis fide concilietur, veluti amici, & opes, aliaque bona temporaria modis ſuis ac potiſſimum, Virtute, & induſtria parantur, eſt maximum temporalium bonorum. Iam plurimi eum ſequebantur ad imperata omnia facienda promptiſsimi, nulla re adducti, niſi ſola Virtute, & admiratione rerum, quas diuinitus efficiebat. Ac licet eum, fidemque deſeruerint, cum cruci eſt affixus, plurimi tamen ad officium redierunt, ac publice ipſum Deum teſtificati vitam ponere pro cultu ipſius, ac doctrina non dubitarunt,

Marginal letters and numbers: B (beside "tus eſt, hic fuit"), C (beside "ctionibus"), iii. and D (beside "terna bona ſupremum"), iv. (beside "lium bonorum").

A runt,quouſque ipſius gloria ſuperaret omnes, quicunque vnquam fuerint.Mahometani enim ſtatuunt Chriſtum ſupra omnes ſuperos, non tamen ſupra Mahometem,quem nos ad infera detrudimus. Cumque Chriſtiani,& Mahometani cunctas prope Orbis totius oras poſsideant, liquet non fuiſſe aut eſſe in terris æqualem gloriam gloriæ Chriſti, per amicos ipſius ipſi partam.quos ſane amicos, & gloriam viuens habere in terris cæpit,quæ ſunt temporalium bonorũ ſuprema. Neq. vero deerant Chriſto,qui fabri lignarii filius habebatur,atque ad humilitatem, modeſtiamq. commendandam exercuit artẽ li- v.
B gnariam decens opum facultas,qua plurimos aleret. præpoſuerat enim nummis tractandis Iudam,quos non paucos habebat, quot voluiſſet habiturus,vt e ſtatere aureo inuẽto apparet.Sed enim voluit ipſe omni ope temporaliũ deſtitui,vt omnipotens ipſius virtus eluceſceret,abſq. vllis in ſtrumẽtis maxima quęq. efficiens, ac minorum iacturam faciens,vt maxima ſuis adipiſceretur,vt ſup. lib.1.c.8.& 6. quarto diſſeruimus, ac licet nos agamus hoc opere, in primis de ruinis gentium & regnorum, non de ſingulis hominibus.Vt tameneis,occurramus,qui volũt felicitatẽ temporalium bonorũ non exiſtere à religione,Chri- vi. vii. viii.
C ſtumq.obijciunt,quaſi hac parte infeliciſsimum,iam reſpondimus,omniũ fuiſſe dominum, viuenti affuiſſe honores omnium maximos,maximorum poteſtatẽ ſupra cunctos mortales, amicos ſtudioſiſsimos, ac reliqua mediocria: maiora reſpuiſſe, vt ſuis maiora commendaret, ac mereretur, & ſine illis quantus eſſet appareret.diudicant igitur iſti ex minori parte felicitatem temporaliũ,nimirum ex nummis,inerti morte, fucatis, & fallacibus amicis,honoreque ab inuitis ex torto ad breue tempus, diiudicant diſpari comparatione; nam ſi de Chriſto loquamur, vt hominibus apparebat,nonniſi fabri lignarij filius
D apparebat,quod ſi ſolum penſes,longe, quoad temporalia,feliciſsimus fuit. Neque vero poſſumus inficiari, aut debemus illa: omnes, qui pie viuere volunt in Chriſto Ieſu, perſecutionum patiuntur, & multæ tribulationes Iuſtorum. ac mille huiuſmodi. Verum comitantur,aut ſequuntur has anguſtias Iuſtorum multa bona temporalia,de quibus egimus libri 1. c. 8. & ſecundi primo. ac per iſtos eorum propinquis multo ampliora comparantur,vt in Martyribus cõſtat, quod huius libri cap. ſimiliter octauo eſt patefactum. Certe niſi S. Ludouicus Galliarum Rex in varias ærumnas incidiſſet,in quibus effulſit 11.*Ob.* 2.*Tim.* 3. *Pſal.* 24. 1. *Reſp.* ii.

ipſius Heroica patientia,conſtantia,& charitas,niſi eodem mo A
do peſſime ab alijs habiti fuiſſent SS Reges Venceslaus Bohe-
miæ,Ericus Sueciæ, Olauus Noruegiæ Ghanutus Daniæ,Eduar
dus Angliæ,ſine dubio neq. in tāta exiſtimatione & auctorita-
iii. te.uiuētes fuiſsēt,& innumeros ſibi ſtudioſiſsimos, ac deuotiſ-
ſimos non adiunxiſſent, neq. defuncti Cœleſtes nacti eſſent ho-
nores, quæ certe ſunt maxima temporalium bonorum. ſic
itaque & qui hæc opponunt, ex minori parte,aut bono fœli-
citatē penſant.Ideo,qui dixit multæ tribulationes Iuſtorum,
iv. adiecit, ſed de his omnibus liberauit eos Dominus,cuſtodit
Dominus omnia oſſa eorum, unum ex his non conteretur. & B
Pſal.90. cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum,& glorificabo eum
& longitudine dierum, replebo eum. Sed hæc atq. huiuſmodi
multa,Quid ad rē faciunt? Non enim, ſi quid infeliciter cadit
bonis.iccirco beneeſt malis; aut ſi quid videmus aſpectu pri-
mo proſperi flagitioſis cōtingere continuo ſunt illi fæliciores.
inſpiciendus eſt exitus, quamuis nihil eius aduc exiſtat. Vt
v. enim libro quarto v.vi.ſequentibus,atque hoc ipſo aperuimus
longe infelicius eſt malis ad extremum, quam bonis, ſed acci-
dit aliquid iuſtis aut iniuſtis interdum, ex quo mens noſtra
concutiatur, ac recordetur illius, qui aiebat,mei autem pene C
Pſal. 71. moti ſunt pedes,pene effuſi ſunt greſſus mei,quia Zelaui ſuper
iniquos pacem peccatorum videns, donec in mentem redeat
illud,verum tamen propter dolos poſuiſti eis,deieciſti eos,dū
alleuarentur,quomodo facti ſunt in deſolationem,ſubito defe-
cerunt,perierunt propter iniquitatem ſuam,Quocirca ex mi-
nori adhuc parte felicitatem nonnulli exiſtimant non modo,
quoad minus bonum, ſed etiam quoad tempus multo minus,
quo mali bono aliquo temporali potiuntur. Amplius & hac
in re falluntur opinioſi homines,quod inſtrumentum fælicita-
tis exiſtimant eſſe ipſam felicitatem.nam Verbi gratia, iccir- D
vi. co opes bonæ,quod ad bonum fælicitatis natura ſua fuerint in-
ſtitutæ,ac natura ſua ferant.Verum cum peruertuntur ad ma-
lum,deſtruitur quodummodo ipſarum natura,neque poſſiden
ti afferunt,quod allaturæ eſſent,verum longe contraria, vt qui
ob nimium vinum fit ebrius,morbumque incurrit. Ac proin-
de pars minima felicitatis inducit homines in errorē, falſam-
que ſententiam. inſtrumentum namque felicitatis tantum
participat illius,quantum perducit ad illam.Quamobrem per
duxit Imperatores Romanos iis abuſos ad maiores miſerias,
quam

A quam pontifices Chriſtianorum, qui videbantur eſſe miſerrimæ & ærumnoſiſſimæ conditionis, vt vidimus libri ſexti cap. vii.& viii. Hinc etiam contingit malos tunc præcipitari in maximas omnium calamitates, cum videntur in ſublimiſſimum culmen proſperitatis elati, vt maiori ſcilicet alliſione conterantur, quod ſupra innumeris eſt euentis illuſtratum, vt iam communi omnium ſcriptorum, prudentumque conſenſu firmatum ſit illud prophani Vatis,

—tolluntur in Altum.
Vt lapſu grauiore ruant.

B Illud autẽ magis adhuc videtur ineptum, ſi quis dicat, repe- *3. Ob.* riri in terris hominem, veluti inter Catholicos, pauperrimũ, qui tamẽ ſit optimæ vitæ, quis vero hunc dicat eſſe feliciorem Rege Turcarum quo ad temporalia bona? Hic enim ſit longe *1. Reſp.* diſpar comparatio inter eum qui ſit Rex, & eum, qui ſit humillimæ ſortis. In qualibet enim Rep. ac gente neceſſe eſt, vt ſint homines cuiuſuis cõditionis, idque contingit neceſſario, alioquin, vt ſupra libri primi cap. vlt. diſſerebamus, oporteret, vt quiuis eſſet Rex in optimo populo, ac proinde rex nullus eſſet *2. Reſp.* (quæ repugnant inter ſe) ac nulli dominaretur. Nã ſi quiuis eſt C Rex, inter quos regnat? quibus imperat? facienda eſt igitur comparatio ſemper inter pares, atque homines eiuſdem conditionis, ſiue populus cum populo, vt Chriſtianus cum Turcico, aut hæretico, ſiue homo cũ homine conferatur. Atqui *4. Ob.* ſi ita eſt, ſubijciet aliquis, innumeræ gentes fuernnt quoad temporalia bona feliciores Hebræa, vel poſteritate Iacobi, nam maximis Imperijs ſunt illæ potitæ, vt Niniuitica, Babylonica, Perſica, Aegyptiaca, Aethiopica, Græcanica, Ro- *1. Reſp.* mana. Enimuero quantum ſpectat ad Abrahami liberos, videntur harum multis hi dominati, & imperijs harum gentium D potiti, vt libro tertio ad finem, & quinti cap. 4. ac duobus ſequentibus eſt explicatum. Sed quantum pertinet ad Iacobi nepotes, & horũ nonnulla hi gubernarunt ſecundo poſt reges loco, vt Aegyptiacum, Babylonicum, Perſicum, quod vltimo tertij diſſerebamus. Et quamuis poſteritas Iacobi certiora haberet diuinæ veritatis monumenta, & ſcripta, atque, vt loquitur S. Paulus, eloquia Diuina eſſent ipſi credita, & Chri- *Rom. 3.* ſtus ex ipſa naſciturus eſſet, nihilominus; & gentilium multi *2. Reſp.* recte ſentiebant de rebus diuinis, atque æternæ ſalutis non erant expertes, maxime vero ex his populis, qui Regnis ampliſſi-

pliſſimis præfuerunt, vt aperuimus libri quarti cap. 4. ita vt A
Hebræi forent inter ipſos, quemadmodum religioſi inter nos,
qua ſimilitudine ad eorum diſcrimen explicandum, quo ad
S.Thom.a ſtatum religionis, eſt vſus, S. Thom. vt ibi dicebamus. Quam
2. q. 98. ob rem non ita ſunt excludendę cœteræ gentes a conſortio di-
art. 5. uinæ veritatis, ac propterea ſimul a conſortio felicitatis temporalis, quaſi religionem veram prorſus abiecerint, nam retinebant aliquo modo, ſicuti contra ſæpius eam repudiabant
iii. Hebræi quorum nomen ſola Iacobi poſteritas retinuit, quin plerumque exploſerunt, ac regnantibus dumtaxat Saule, Dauide, ac primum tempus Salomone, Aſa, Ioſaphat, Ozia, B
Ionathan, Ozia, & Amaſia, coluerunt. Cum tamen Reges viginti, & vnus eis imperarint, & omne ſuperſtitionum genus, non vnius gentis, ſed omnium fuerint amplexati: vt explicauimus libri tertij cap. quarto, atque id quidem cum reges eſſent. Ante hos ſeptem temporibus a vero Deo cultu abſceſſerunt, vt tertio demonſtratum fuit. Sic itaque maiori crimine Hebræi, quam gentes ac proindemaioribus infelicitatis pœnis obligabantur, vt definiebamus libri primi cap. 16. ſed, alia fuit ordinis perturbatio aduerſus diuina præcepta inter
iv. Hebræos. Nam cũ Deus conſtituiſſet, vt omnibus præſideret C
Pontifex ſummus, quod habetur 1. Deuteronomi cap. 17. id contigit ſolum modo viuentibus Moyſe, Ioſue, Heli, Samuele, aut ijs Regibus, qui propter ſummam pietatem deferebant ipſi primas ſacerdotibus, veluti fuerunt, quos ſupra memorabamus, alias ipſi efflagitarunt aduerſante ijs Deo, vt ipſis daretur omnino Rex, neque ſacerdos præſideret, idcirco enim ad Samuelẽ Deus, non te, inquit, abiecerunt, ſed me, ne
De antiq gnem ſuper eos. Sic etiam nos alibi concluſimus infeliciter
& nou. I- fuiſſe Chriſtianis, cum pontificia poteſtas eſt ab Imperatori-
tal. ſtatut. bus, Regibus, ac Principibus alijs conculcata. ac ſupra li- D
l. 4. c. 3. & bro ſeptimo aperuimus tunc regnis, & imperijs quibuslibet
ſign. 81. infeliciter fuiſſe, cum male eſt habita religio, & contemptus
l. 19. religionis Pontifex ſummus; eiuſque, & Epiſcoporum poteſtas imminuta, obedientiaque abiecta. Et tamen Hebræis dedit Deus ob conſeruatum religionis verum ſenſum, vt cætere
v. gentes exterminarentur ad internecionem deletæ: ac ſi quid Hebræis in fortunij contingeret, multo maius alijs eueniret, vt diſſeruimus libro quarto.

4. Ob. Quod ſi quis vrgeat adhuc, addatque Chriſtianos ante Coſtanti-

A ſtantinum nullo non calamitatum genere oppreſſos, palam
fecimus longe maximis inimicos eorum fuiſſe proſtratos li- *1. Reſp.*
bri 6. cap. 7. ac ſequenti, & huius initio. Quamquam Reſp.
Chriſtiana iam tum nata creſcere, & adoleſcere incipiebat; ii.
Gentilium vero Romanorum felicitas ad ætatem confirmatam, ſiique ſummum culmen tunc peruenerat. Quo circa
non eſt facienda collatio inæqualium temporum, quod ſingulis rebus ſingula ſint. Verum ſumma ſummis, infimis infima
componenda, neque in feliciſsima nationis alicuius cum feliciſſimis alterius conferenda, ſed paria paribus, cum neque
B protinus aliquid perfectionem ſupremam nanciſcatur, veluti. neque Reſpub. Romanorum primis temporibus feliciſſima fuit, ſed innumeras eſt perpeſſa calamitates, & ciuitas
ipſa incenſa, & a Gallis euerſa. ſicuti etiam Nerone imperante ante excitatam in Chriſtianos tempeſtatem fuit eodem modo inflammata ab ipſo Nerone, ac Romani innumeris modis
deuexati, & Chriſtiani quidem primis temporibus iſtiuſmodi minorum iacturam faciebant, vt maiora tum ſibi, tum ſuis iii.
adipiſcerentur, & temporalia & ad virtutes producentia, ac
ſicuti Heroos, & perfecti mediocribus contenti poſſent, ac iv.
C ſcirent illis maxima, & admirabiliſsima perficere, atq. ad finẽ
perducere: neque felicitas temporalis hominum poſita eſt in v.
exceſſu nimio diuitiarum, dignitatis, ac poteſtatis, ſed in eo,
vt quis conuenientia ſtatui ſuo poſsideat, ac potiatur; vt fuſius ex omnium ſapientium decreto explicauimus libri primi,
cap. ſexto.

Supereſt itaque, vt ſinguli e qualibet gente religionem maxime colant, Deoque cognito penitus adiungantur, eum contemplentur, ardentiſsime ament, ſacram, poteſtatem reuereantur, eiuſque Præfectis, Maximis autem maxime. contra
D hi virtutum ſplendore cunctos, ſeu Deo ſpeciatim conſacratos, ſeu prophanos ad ſe alliciant, charitate foueant, ac
veluti parentes amantiſsimi filios amplexentur, ijs veniam precentur a Deo, eius iræ ſe ſe opponant, cum Moyſe dicant,
aut parce his, aut dele me de libro viuentium, & cum Paulo, *Exod. 32*
cupio fieri anathema pro filijs meis, quorum multiplici vtili- *Rom. 9.*
tati inuigilent. & laborent, omnem modeſtiam, patientiaq.
& humilitatem præſeferentes, ac forma facti gregis, vt illi viciſsim exhibentes omnem reuerentiam, & obedientiam legi- *1. Pet. 5.*
bus ſacris obtemperent, ac promptiſsime, quidquid iubetur,

exe-

exequantur, ſic enim prophana poteſtas, & ſacra maxime inter ſe conuenient, & conſpirabunt; corpuſq. cuius ſimilitudinem ſæcularis refert, animæ ſapienter, & amice imperanti, ac prouidenti ſaluberrima quæq. obſecundabit, atq. anima referens poteſtatem ſpiritualem Deum contemplans, & amans, præferenſq. in omnibus illum, pacatiſsime omnia moderabitur. Sicut enim cum pars hominis vlla aberrat a ductu rationis, & intellectus in degenerem naturam, ferinamq. tranſit, & amplius non agit, quatenus humana eſt, ſic vbi intellectus optime corpus, ac ſubiectas animæ vires gubernat, nihil iis aufert, eas potius, earumque partes, & opera confirmat. Eccleſiaſticum namque dominium, principatuſq. illius non aufert dominium ſeculare, aut prophanum, ſed ſtabilit illud, ac ſibi ex omni parte ſubordinans in Deum refert, vt maneat ſemper, ac perpetuetur. Sic etiam Chriſtiani inſtar Hebræorum maximo ſuo malo non auerſabuntur Eccleſiaſtica mandata, & quamuis irritati ſceleribus Eccleſiaſticorum perpetratis, vel nimia lenitate Heli nimium ſuis filiis delicta indulgentis, vel nequitia filiorum Samuelis indigna multa admittentium, non auerſabuntur dominium ſpirituale, uel ad ſæculare confugient more Hebræorum, ſed vtrique deferent, Eccleſiaſticum ſupereminens præponent, ad hoc adducent illud alterique alterum conciliabunt, ne dum vel leuia Eccleſiaſticorum peccata, vel minus grauia tolerare abnuunt, grauiſsima laicorum, efferatarumve gentium ferre compellantur. Nos vero infimi omnium, te ſapientiæ diuinitus in terras delapſæ Genitricem, Deique Chriſti matrem Mariam, cum ſuperis omnibus ſuppliciter rogabimus, vt omnium munerum largitorem Chriſtum merita penitus infundentem, meritorumque & operum præuiam charitatem tuis interceſsionibus, ac precibus ad nos reſpiciendos moueas, vt ab omni delicto expiati, ab omni labe puri, cæleſti, & Heroico amore inflammati, terrena cuncta, & humana deſpicientes Deum contemplemur aſsidue, ac vehementiſsime amemus, pro illius cultu amplificando, atque hominibus ab omni ſcelere in diuinum ſtatum vindicandis actionum ſanctarum lumine prælato cuncta ponere, ipſam vitam profundere non vereamur, Deumque optimum generi humano in cælitum ſedes euehendo conciliemus.

FINIS.

A *Addenda ad Cap. XV. libri primi in fine.*

EX his etiam conficitur, virtutum moralium regulam ſumi ab ipſa Religione, atque idcirco hanc virtutibus huiuſmodi imperare, non modo vt homines perducat ad cæleſtium iucundiſſimam contemplationem, ſed vt ad bonorum temporalium decentem felicitatem: decentem diximus; indigniſſimum namque eſſet à religioſo, qui paupertatem vouit, ſummas opes quæri; qui obedientiam, magna imperia, magnas dignitates. Non denegabitur decens aliquo modo, quod ſupra aſſerebamus capite octauo, vt ſcilicet in ea, quam profeſſus eſt, pau-
B perie, & obedientia conuenienter degat, niſi ad altiora merito aduocetur. Iam cum temporalia bona ſint propter ipſam religionem, ſi virtutes huiuſmodi obediant religioni, ad temporalia bona nos illæ perducent; horum namque eſt religio finis: cumque ſit eadem religio cauſa meritoria ſuo modo felicitatis temporalis, quonam modo virtutes, vt hæc aſſequantur, valebunt mereri (nam merito innituntur virtutes, vti quidem virtutes ſunt) niſi religioni ſubiiciantur? Forma eſt humanæ felicitatis religio. Nullo modo igitur eueniet, vt virtutes temporalium felicitatem, quæ pars eſt humanæ, conſequantur abſ-
C que religione. Temporale habebitur, ac bonum vocabitur, quod ad bonum fuerit creatum. Verum felicitas illius aberit, ac ratio boni. Similiter dignoſci virtus, ac factis repræſentari haud poterit, niſi proferatur aliquod eius exemplar, certum, fixumque & ſingulare; vniuerſale enim, nonniſi e ſingularibus, ac certis colligitur. Atqui religio præbet hoc exemplar, qui eſt Deus fons omnium bonorum. Quamobrem conſpicimus nullam gentem coiiſſe vnquam, nullum regnum potuiſſe exiſtere vnquam ſine religione. Nemo autem poteſt ſolus eſſe felix; ab aliis enim producitur, educatur, edocetur, ac per alios quæ
D ſunt ad vitam neceſſaria, neceſſario conſequitur. Neque poteſt aliquis arare, idemque ſerere, metere, panem conficere, ac veſtimenta ſibi nere, texere, conſuere, & alia huiuſmodi gerere ſolus. Non igitur poterit aliquis in temporalibus felix eſſe abiecta religione. Recteque eſt definitum, & ſancitum ab ipſa iuſtitia; in ſacris, & ſacerdotibus eſſe ius ſtatus, quod ſine illis neque ipſe populus, ſecundum temporalia ſtare vllo modo queant; Recte etiam cuncti ſapientes, vt omnibus bonis circumfluentem ciuitatem ſtatuerent, in omnibus primas dari

ſacerdotibus voluerunt. Hos cunctis non modo præſidere, ſed præeſſe etiam, vt è ſequenti libro apparebit. His omnium gentium felicia, vel infelicia euenta reſpondent. His totius naturæ conſenſus in Deum tendentis, ad Deum promouentis, ab ipſo Deo motæ & productæ, vt ab illo ſit omnium rerum prima regula ac menſura, ab illo ſint omnia, ac nihil non in ipſum referatur. Propone enim tibi ante oculos mentis aliam regulam: & fingas eſſe diuitias, honores, aut voluptates. Nam propter hæc tria moueri Deo poſtpoſito ſolent aliqui. Certe ſi cuncti appetunt iſta, ac ſine menſura appetunt (finis enim deſideratur ſine modo, neque ab vllo termino, niſi à ſemetipſo reſtringitur) neceſſe eſt rixæ, ſeditiones, præliaque ſint inter homines perpetua, & exitialia. Vnus namque aſſequitur, cæteri deſiderio fruſtrati cruciantur, neque conquieſcere poſſunt, ac turbas mouent. Idemque contingit in quauis re terminata, qualia ſunt omnia creata, neque enim ſatiant appetitionem noſtram, quæ quodammodo eſt infinita, neque ab omnibus poſſideri poſſunt, vti diuinitas obtineri poteſt, cuius nulla ſunt confinia, ſed in immenſum patet. Hinc optima lex Chriſtiana, quæ hortatur quantum fieri poteſt ad nuditatem temporalium bene diſpoſitos, amputat enim turbas omnes ob deſideria huiuſmodi enaſcentes. Denique finem, menſuramque actionum ſingularum, rerumque nobis proponit, ac præfigit.

A
B
C

Addenda ad Cap. vltimum. libri viij. pag. 539. littera C. poſt illa verba, libri primi capite ſexto.

RVrſus obiiciet aliquis, qui ſtare poteſt, eſſe Remp. Chriſtianam feliciſſimam temporalibus bonis, cum ſit illi crux inſigne, Chriſtus crucifixus ductor illud prædicans, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, & niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus, ac ſi vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus; denique qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quin in veteri lege videbantur pro remuneratione promitti bona temporalia, in noſtra autem cæleſtia. D

1. Reſpondemus hic iudicium fieri ſimiliter in diſpari comparatione, atque ex minori bono. diximus enim ſupra in Repub. Chriſtiana futurum, vt eſſent perfectiſſimi, & imperfectiſſimi.

A Illos longe plures, ac ſublimiores futuros, quam in veteri lege. His vero vt allicerentur, & confirmarentur in fide, opus eſſe temporalium bonorum maxima copia ſimul, & ſplendore. Vtriſque eſt ſua crux inſigne, dux Chriſtus. Illis vt ex omni parte imitentur; his vt adipiſcantur intime aliquando ſaltem tantum virtutis, quantum ſatis eſt ad æternam ſalutem conſequendam, ac ne ſint omnium, qui fuerint vnquam, vel ſint flagitioſiſſimi, quales ſcilicet ſunt inter hæreticos, Iudæos, & infideles. In quibus eſt nequitiæ ſummum culmen. Atque vt adipiſcātur hoc virtutis imperfecti, eſt à meritis perfectorū per ipſum Chriſtum conciliantem diuinam ſingulis gratiam, Lib. 6. cap. 4
B diuinumque amorem, qui penitus eorum mentem peruadat, ac permeet.

Neque tamen imminuit exercendam perfectionem, & ſanctitatem acquiſitam vel maiores, quàm prius, vel plurimas habere opes, ac reliqua temporalium bonorum ad bonum commune. Scimus enim Chriſtum fuiſſe perfectiſſimū ſemper & II.
pauperrimum, neque vllo prope loco habitum, vſque ad annos triginta. Poſt hos in loculis habuiſſe non exiguam nummorum copiam, ſtudioſiſsimos ſui plurimos, auctoritatem maximam, laudatores, & qui ſummos ipſi diuiniſsimoſque honores defer- Ioa. c. 12. 13
C rent, prope innumeros. An igitur minus erat perfectus Chriſtus, ex quo hæc nactus eſt, quàm prius fuiſſet? Quid autem III.
dicemus de Apoſtolis, ad quorum pedes tot, ac tanta proijciebantur, vt ijs hominum multa millia paſcerentur? Qui quacumque pergebant excipiebantur, & colebantur, vt Angeli diuinitus miſsi? à ſummis Principibus in admiratione, & honore habebantur, cum prius ante illapſum ſancti Spiritus pauperculi eſſent, atque ab omnibus contempti? An itaque dicemus meliores, ac ſanctiores tunc extitiſſe? Exſibilandus erit qui hæc dicet. Age plurima ſunt nobis regna, ſunt imperia. Ex his IV.
D in Oriente latiſsime imperauit Augusta Pulcheria, in Occidente Henricus Germaniæ rex ſecundus eius nominis, & Imperator primus, in Suecia regnauit Ericus, in Noruegia Olaus, in Dania Chanutus, in Bohemia Venceſlaus, in Hungaria Stephanus, & Ladiſlaus, in Anglia Eduardi duo, in Gallijs Sigibertus, Guntrannus, Ludouicus, in Hiſpania Ferdinandus, maxima ſanctitudine præſtantes, quorum plerique Martyrologij lectione cæleſtes, anniuerſarioſque nacti ſunt honores. Non igitur impedit, aut minuit acquiſitam ſanctitatem; perfectio-

nemque exercendam copia temporalium bonorum, ſiqui- A
Lib.1.c.18. dem ſancte ijs vtamur, vt ſupra oſtendimus, quin multis argu-
mentis collegimus poſſe illis augeri virtutes. Cumque gratia
V. diuina magis abundet in Euangelica lege, & noua, quam vete-
ri, ac ſciamus Abrahamum, Iſaacum, Iacobum, Ioſephum,
Moyſem, Samuelem, Dauidem, Danielem fuiſſe ſanctiſsimos,
ac tamen ditiſsimos, multo magis poterunt eſſe homines in no
ua lege. Facilius tamen eſt à virtutis præſcripto recedere in
ſtatu diuitiarum, quam paupertatis, vt Chriſtus aſſeruit, & in-
hiare diuitijs eſt illicitum, conditioni ſuæ conuenientes appe-
tere laudandum, quod autem de opibus aſſeritur idem dicen- B
dum ſuo modo de reliquis temporaliũ bonorum, bene eſt ita-
que Principibus, Regibus, Imperatoribus, ac multò magis Epi
ſcopis, ac Pontificibus, quorum dominium ſubordinat ſibi il-
lorum dominium, eſſe maximam temporalium bonorum co-
piam, cum prouidere omnibus eos oporteat, ac ſint in ſtatu
perfectionis exercendæ. id ſolummodo videndum, ne aſſumãn-
tur qui perfectionem non acquiſiuerint. Quamobrem Chriſtus
VI. non dixit ſimpliciter, Beati pauperes, verum ſubiecit ſpiritu,
S. Ber. hom. in feſto omnium Sanctorum. vt ſanctus Bernardus notauit poſt ſanctum Gregoriũ, & Caſsia-
num. Quod paupertas, frugalitas, ac modeſtia non ſit in rebus C
ſed in animo, ac poteſt aliquis eſſe pauper, vt ii dicunt, in ma-
Gregor. in Mor. lib. 10. cap. 28. ximis diuitiis, quod ſcilicet in ſua commoda nihil carũ trans-
ferat, omniaque vel pleraque referat ad bonum cõmune. Con-
tra ſit aliquis pauper in effectu; verum ſit animo auidiſsimo,
qui nihil de virtute, nihil de bono communi curet, modo ali-
quid vel exiguum ſibi acquirat. Id proſpiciens Chriſtus dixit,
Beati pauperes ſpiritu. Similiter illa renunciatio, quam iubet,
eſt in animo potiſsimum, veluti & abnegatio ſuimetipſius. Nos
VII. enim maxime ſumus per animũ, ac proinde renunciamus per
S. Thom. 2.2. q. 184. ar. 7. in reſp. ad primum, & opuſc. 18. c. 18. de perfectione. citans S. Auguſtinum, & S. Ambroſ. Henric. q. l. 294. illum. eodem modo abnegatio ſuimetipſius eſt abnegatio vo- D
luntatis à Deo, diuinaque voluntate diſſentientis. Sic alicui
iubetur vt ſua vendat, atque ita perfectus euadat. Quod ſi iam
perfectus euaſerit, nõ eſt neceſſe, quod aliquid vẽdat. Scit enim
quod Apoſtolus de ſe ait, abundare, ac ſcit penuriã pati. Hinc
illud ſancti Auguſtini libro de moribus Eccleſiæ, multo eſt mi-
rabilius non inhærere diuitiis, quas poſsideas, quã omnino eas
non poſsidere. Sicut igitur cuiuslibet virtutis forma, & eſſen-
tia ponitur in animo, ſic etiam Chriſtianæ, & Heroicæ, quæ ma
xime reſplendet Chriſti munere in Eccleſia Sanctorum, vt no-

rint

A rint carere non habitis, atque habitis diuitiis recte vti ex Heroicæ virtutis norma, ad imperfectos confirmandos, melioremque illarum diſtributionem, vel certe non deteriorem. Videmus enim prædia bonaque Eccleſiaſtica eſſe omnium communia,& publica quoad proprietatem, priuatorum dum viuũt quoad ius culturæ, percipiendorumque fructuum, fundorumque huiuſmodi aſſignationem fieri magis cum ratione,& conſilio; quam fiant obuentiones hæreditatum, quæ procedunt plerumque è dantis ſolius affectione. Idcirco ad Eccleſiaſticas dignitates,fundos, ac reliqua bona patet aditus cuilibet; quem
B ſibi virtute, & induſtria multi aperiunt; alijs aperitur ille quodammodo reluctantibus,atque inuitis. Sic itaque e tribus colligitur ordinis ſacri viros minus eſſe auidos opum, vel huiuſmodi externorum bonorum, quam cæteros, quod ipſorum bona poſſunt à quouis,dum viuit, obtineri,quod plerumque dantur ex aliquo conſilio, denique quod à poſſidentibus alienari non poſſunt, atque è publicis fieri priuata,ſiue e ſacris prophana. Idque maximo iure eſt ab ipſis cautum. Ne quis ſcilicet affluens diuitijs cor ijs addicat, contra diuini vatis præceptũ.
C Sic alibi oſtendimus ex ordine ſacro plures,quam prophano, & ſæculari pro ratione multitudinis ſanctos extitiſſe, quamuis illi abundarint ſemper externis bonis, ita vt Zozimus ſcriptor infenſus Chriſtianis, qui tempore Arcadij, & Honorij vixit, dicat à monachis occupatam totam terram, dum profitentur opem ferre inopibus, horumque miſerias reditibus proprijs ſubleuare, & Ammianus item Chriſtianis infeſtus ætatis eiuſdem referat mirum fuiſſe, quot opibus, & honoribus Romani Pontifices amplificarentur. Ac veluti ex ordine religioſorum, quamuis diuitum plures fuerunt Sancti, quam ex ordine populari, ſeu laico pro ratione multitudinis, ita vt pro vno ſæculari
D ſint plurimi religioſi in Sanctorum numerum relati, quamuis laici numero nimium multo vincant religioſos, ſic pro ratione eiuſdem multitudinis è maiori ordine ſacrorum plures extiterunt ſancti,quam è minori. Verbi gratia vnus eſt Pontifex Romanus toto orbe terrarum, & tamen è nulla ſede Epiſcopali tot Martyres fuere, vt è Romana (numerant enim quidam viginti ſeptem) neque tot ſancti,quos eſſe volunt aliqui ſupra ſeptuaginta. Sed nos hæc alibi latius examinauimus,vt appareat diuitias, honores,aliaque bona externa non diſſipare, ac tollere vllo modo ſanctitudinem ſacri ordinis, ac religioſi. ac licet multi

VIII.

Zoz. lib. 5.

Amm. l. 19. & 27.

multi ex his abutantur bonis Eccleſiaſticis, & indigniſſimè illa diſtribuant, peius tamen alij & multo indigniſſime, quamuis homo ſacer grauius peccet in ſacris bonis, quam laicus in prophanis in eadem ſpecie peccati, & æquali re, qua vterque abutatur. Sic igitur conſtat non euacuari crucem Chriſti, obſeruantiam legis Chriſtianæ non tolli, abnegationemque ſuimetipſius, ac perfectionem, ſi Religioſis, & Eccleſiaſticis plurima ſint bona ad bonum commune communia, ſiue quantum ad proprietatem & vſumfructum ſimul, ſiue quantum ad vſumfructū ſolum, quamuis multi illis abutantur; ac maiora, & plura ex eorum poſſeſſione, ac dominio commoda, & vtilia naſci, quam e communi mendicitate, niſi hanc aliqui ſeorſum profiteantur & voueant. Hic enim ſtatus eſt altiſsimus altiſsimæ perfectionis acquirendæ cum fini propoſito reſpondet, vt recte Sanctus B

2.2. q.188. art.7. Thomas conſiderauit. Atque idcirco cum finis Eccleſiaſticorum Præſulum, ſit propagare in alios felicitatem, ſubuenire imperfectis, ſiquidē facultas adſit, neceſſariaque ſint ad hoc inſtrumenta externorum bonorum, & corporis, conuenit eorum ſtatui plurimas opes habere, plurimos adminiſtros, maximam

IX.

Lib. 1. c. 9. & 15. poteſtatem, corporis vires, huiuſmodique alia, vt ſupra concludebamus. Quamobrem quoties hæc deſunt ordini ſacro, deſunt maximo mortalium, qui oppugnant illum, malo, & aliorum non oppugnantium bono. Veluti cum Chriſtus cruci affixus fuit, ac ſpoliatus omnibus bonis temporalibus, Iudæi extremam ruinam fecerunt, ac ſpoliati ſunt bonis omnibus extremo interitu ſuo, & aliorum ſummo bono. Sic ante, ac poſt ortum Chriſtum, quicumque aduerſati ſunt rectæ religioni, eiuſque cultoribus, & eorum rebus, deleti ſunt, euecti autem, qui fauerunt, vt è ſuperioribus libris conſtat. C

Matth. 18. Neceſſe eſt autē ſcandala veniant, væ tamen homini illi, per quem ſcandalum venit. D

Iam ſicut ex hominibus ſacri ordinis pro ratione multitudinis Sancti, ac diuini viri plures fuerunt, quam ex hominibus prophanis, ac ſæcularibus, atque è ſerie Pontificum Romanorum, quam è ſucceſsione quorumuis Præſidum, licet opes, atque externa bona multa poſſederint. Eodem modo Chriſtiani Imperatores, ac Reges, ſi fiat æqua comparatio, longe meliores extiterunt, quam Reges & Imperatores auerſi à religione Chriſtiana, quod oſtendimus ſigno 29. de charitate, & 30. de ſumma ſanctitate, & 35. de religione, vt appareat crucem Chriſti non tolli, neque omnium renunciationem, ſuique abnegationem,

A ſi quis ad bonum commune habeat opes, aliaque bona externa. Maiora vero conueniunt in maiori gradu aut ſtatu conſtitutis. Gradus autem maior virtuti maiori. An non hoc poteſt negari? An hoc tollit Chriſtus? An volet Chriſtus mandari dignitates indignis? An opes hominibus nequam potius eſſe, aut minus bonis, quàm iuſtis, aut minus malis? Ac licet interdum promoueantur indigniſsimi ad ſacra, ad ſacrorum ſummos apices, prætereantur & abijciantur digni, qui ſunt humani generis columina, nihilominus apparet Principes prophanos religionis, ac virtutum plerumque minus obſeruantes eſſe,
B quod adductis locis manifeſtum fecimus. Et ſane ita eſſe oportet, niſi quis dicat minus peritos eſſe eos, qui magis alicui diſciplinæ, quàm qui minus ſtudent, quod ſtolidi eſt aſſerere. ſacrati vero, ac religioſi viri ſtudent magis religioni ac virtutibus, quàm cæteri ſæcularibus addicti. Ac ſicut dicendum videtur ex optimæ philoſophiæ principijs, Deum magis prouidere, & auxiliari ijs, quibus eſt opus maiori ope, & quibus maiora ſunt commiſſa. Nam quæ deſtinat ad aliquid, ijs conuenientia ſimul attribuit, vt auibus dat alas, quod eas ad volatum fecerit, & qui dat aliquid eſſe, ſimul dat etiam conſequentia,
C quibus illud ſit; ſic Theologia Chriſtiana nos docet, Angelos quoſdam ſuperiores ſpeciatim fuiſſe aſsignatos, qui Præſulum ſacrorum, gentiumque Deo magis dedicatarum, & Regnorum ſint cuſtodes, intimi conſiliarii, & hortatores ad bonum commune, magiſque impellent ad hoc, quàm Principes, ac Reges prophanos, vel à religione recta alienos, vt eſt apud Danielem, notantque Sancti Hieronymus, Gregorius, ac Dionyſius. Hoc igitur eſt, quod voluerunt omnes, ac naturæ totius conſenſus efflagitat, vt bonis felicitas temporalis decenter adſit, ſacra omnino præſideant, ac præſint propha-
D nis, hæc illis vſquequaque obediant, ac ſint ſubiecta, abundentque illi temporalibus etiam bonis.

S. Tho. 1. q. 3. art. 3.

Dan. c. 10. vbi S. Hier. Greg. Mor. li. 17. c. 7.

Ad ſummam plurimas opes habere, ac felicitatis temporalis culmen perfectioni Chriſtianæ exercendæ, paupertati interiori, abnegationi ſpirituali, & cruci non repugnat, quod his egeant imperfecti, qui alliciuntur externorum ſplendore, & ope, acquiſitam perfectionem, & exercendam non minuit, veluti non minuit Chriſti, Apoſtolorum, Regumque multorum, Patriarcharum; ac perfectio, paupertas, crux, & abnegatio, ſit in animo, ſicuti & virtus omnis, atque ordo

ſacer

ſacer præſtet ſæculari, & prophano in temporalibus ad bonum commune vtendis, præſtet ſanctitudine, neceſſariaque ſint ad hoc propagandum bona temporalia, & nihil non ſuadeat magis ab ordine ſacro procurari bonum commune, quam ſæculari. A

INDEX.

A

ABRAHAM fecit eoſdem progreſſus Religionis, ac temporalis felicitatis. pag. 153
Abrahæ poſteritas è Cethura, quibus locis inſederit. 200
Abrahami laudes & dona ſummatim. 209. d
Actio perfecta, ideſt contemplatio Dei, eſt cauſa formalis humanæ felicitatis. 157. a
Achaz infelix ob contemptam religionem. 170. b
Aegyptij circumcidebantur. 200. c
Aegyptus plerumque Regibus exteri ſanguinis paruit, ac recenſentur illi Reges. 272
Aegypti maxime oppreſſi qui Iudæos oppreßerunt. 272
Aegyptus quibus temporibus maxime floruerit. 302
Aegyptiacorum Sacerdotum pompa in inceſſu. 102. c
Aegyptij diuidebant redditus in tres partes
Prima erat Sacerdotum.
Secunda Regum. 103
Tertia militum.
Aelan filius Semi Perſiam tenuit. 219 d
Aethiopes Troglodite orti e filijs Cethuræ. 200
Aethiopum qui ſint Aegypto dominati. 202. c

Aethiopum imperium latiſſimum quando. 311
Africa nomen accepit ab Epher Abrahæ filio. 200.b
Agareni vnde dicti, & qui. 295.a
Alexander Magnus Iudæis fauit. 183.d
Alexander Pontifex ſummus, e poſteris Machabæorum. 191
Amare Deum præſtantius eſt quam contemplari. 16
Amantes Deum dilatamur in eum, contemplatus ille reſtringitur in nobis. 16
Amans Deum indicat bene per animi propenſionem. 19.b
Amore continentur Regna, ac Gentes, & maximo, maxime continentur. 519
Amor nulla in gente maior, quam inter Chriſtianos. 519
Amici veri bonis licet inopibus. 31.d
Amici Dei nunquam defuerunt in orbe. 69.b
Amicitiarum plures partes, ſine quibus nihil ſtare inter homines poteſt, à Religione pendent. 115
Anglici Regni quinque tempora, quibus maxime felix fuit. 456.c
Anima appetit aliquo modo videre Deum per eſſentiam. 15
Animam eſſe immortalem probatur. 20.a
Animantia quæ ſeruiunt homini, cæteris præſtant aliquo modo. 148.d
Animantia homini inimicæ ſunt infeliciſſima omnium. 149.d
Antiochus Magnus Iudæis maxime ſauit. 161.d
Antiochus Epiphanes Iudæos maxime vexauit. 185
Antipas ſiue Antipater Herodis pater, Hyrcano vero Pontifici aduerſus Ariſtobolum ſauet. 192
Procurationem Iudeæ habet à Pompeio.
Apis qui fuerit. 143.c
Aram dedit Armeniæ nomen. 220
Arabiæ adſcribebatur quidquid erat vſque ad Nilum. 307.c
Arabes felices orti e filijs Cethuræ. 220
Arabes, & Aethiopes numquam fuere in alienigenarum poteſtate. 203
Arcadum quorumdam mirabile euentum. 136.b
Ariſtobulus poſt Ioannem Hyrcani imperauit. 191
Ariſtobolus contra Hyrcanum fratrem Pontificem mouet. 192
Aduocat Parthos, atque hic Romanos. 193
Ariſtoteles attribuit bonum ſtatum cuiuslibet hominis familiæ, populique virtutibus, ſapientiæ, ac religioni. 132
Arphaxad filius Semi tenuit Chaldæam. 219
Arphaxadi ſoboles celeberrima. 221.a

Arimei,

Arimei, Aramei, & Armenij ijdem. 221.a
Aramei latiſsime olim patebant. 221.a
Artes ad ſummum perducta à bonis. 43.d
Artaxerxes multis modis auxit Iudæos. 181
Aſa felix ob cultam religionem. 168.b
Aſſamonæi Machabæorum poſteri quamdiu regnarint. 291
Aſſyrij credebant à religione eſſe omne bonum. 103.d
Aſſyriacorum Regum fabulæ à Cteſia Gnidio proditæ refelluntur. 29.c
Aſcenez filius Gomer Aſcanijs nomen dedit. 222.c
Aſſuerus Amanum deiecit, Mardochæumq. extulit. 181.c.d
Aſſur filius ſecundus Semi tenuit Aſſyriam, & Niniuem. 220.b
Athei peſſimi omnium. 61.a
Athei numquàm potuerunt vllum cætum conſtituere. 64.b
Athenienſis Reſpub. comparatur Genuenſi in temporalium felicitate. 107
Atlantis Inſula, ac Rex eius quando. 252.a
Auctoritas aliqua ſequitur bonos licet inopes alijs bonis. 31.b
Auſtriaci comparantur quoad temporalium felicitatem cum Othomanis, ac Sinenſibus. 491
Auxilio Dei ſpeciali eſt opus ad omnes virtutes acquirendas. 14
Axumitenſes qui, & Adad eorum rex. 203.b

B

Baaſa rex infelix ob contemptam religionem. 174.a
Babylonis ædificatio diſturbata à Deo, nec niſi multo poſt gentes diſperſas rurſus ædificari cæpit. 218.d
Babylonij plerumque exteris ſubiectæ. 175
Babylonis reges, à quo nomen acceperint. 176.c
Babylon nulla fuit poſt gentium diſperſionem uſque ad Ezechiã. 196
Balaam vera de Deo Aſſyrios docuit. 251.c
Balthaſar vaſa templi violans regno priuatur. 179.c
Beatitudo eſt actio intellectus ſpeculantis. 19.a
Beatitudinis obiectum repræſentatur per intellectum. 19.a
Beatior eſt qui in prælio iuſto fortiter cadit, quàm qui in lecto moritur. 25.a
Bellicum robur non imminuitur patientia Chriſtiana. 529
Belus Cephei, & Agenoris pater Cadmi Auus fuit Idumæus. 327.a
Belli mirabile euentum. 37
Bona animi quæ, & quot. 2

Bona corporis & externa quæ, quot. 161
Bona corporis atque externa ſunt Chriſtianis bona, 7
Bonorum corporis atque externorum, tantum requiritur ad felicitatem, quantum ſatis eſt ad virtutes. 21.b
Bona ſuperiora acquiruntur ſi inferiora amittantur. 24.c
Bona ſex temporalia contingentia bonis, qui aliorum patiuntur inopiam. 28.b
Boni ſunt in quadam Dei tutela, quamuis inopes 32.b
Bona temporalia non ſunt bona vitioſis, & ea diſſipant, & contra ſe vertunt. 42
Bona temporalia pendere à virtutibus, late probatur
Toto libro ſecundo.
Ex Scriptura Sacra.
E ſententia Platonis.
Ariſtotelis.
Medicorum Principibus.
Aegyptiorum ſapientiſsimis.
Aſſyriorum.
Romanis.
Conſenſu omnium gentium.
Iuriſconſultis.
Argumentis moralibus.
Politicis.
Phyſicis.
Metaphyſicis.
Euentis malorum gentiumque & regnorum generalibus.
Experimentis intimis.
Extraordinarijs pœnis diuinitus inflictis.
Extraordinaria felicitate, quam Deus bonis dat.
Hiſtoricis ſummis.
Communi omnium conſenſu.
Maximi Philoſophi auctoritate.
Summi Imperatoris.
Hiſtoria omnium rerum naturalium, totiuſque naturæ conſenſu.
Boni ſunt vrbium munimenta, non turres, ait Hippocrates.

C

CAdmus quando in Græciam profectus. 319.a
Arabs fuit, atque Idumæus. 327.a

Cambyſes vetuit ædificationem templi, atque eſt interfectus à Magis. 289. d
Candace Regina Aethiopum Iudaicos ritus obſeruauit. 204. a
Canes & equi dociles, ingenioſi, & hominibus amiciſſimi. 148. c
Caphtorim cui nomen dedit. 226. d
Carthaginenſes quando floruerunt. 335
Carthaginenſis Reſp. comparatur Venetæ, quoad temporalium felicitatem. 507
Caſus & fortuna ſunt extra nos. 2
Caſus & fortuna ſunt præter intentionem. 2
Caſu & fortuna contingunt aliquibus, quæ non alijs. 2
Cauſa finalis omnium rerum ſenſibilium eſt homo virtute preditus, ac religione. 538. a
Cecrops quid ſacrificaret Ioui. 239. b
Cecrops, quo tempore in Græciam profectus, & qualis fuerit. 318. d
Cæli motus eſt propter electos, & eorum numerum. 39. c
Cæli mouentur ob amatum, & cognitum Deum hinc omnia gignuntur. 139. a
Centuplum promiſſum à Chriſto quodnam ſit. 368. c
Cepheus quando. 288. c
Cepheus fuit Idumæus. 317. a
Cethim nomen Græciæ dedit, & Cytijs populis. 224. a
Cethim vocatur aliquando Italia in ſacris libris. 224. b
Cham parentis, qui & Pontifex ſummus erat, irriſor, non fuit benedictus. 216. d
Chami poſteritas breui venit in poteſtatem poſterorum Semi, ac Iapheti. 245
Chriſtus mouet Angelos cælorum motores, & omnia. 45
Chriſtus omnium rerum creaturum Dominus & Gubernator, vt homo eſt conſtitutus. 35. b
Chriſtiani olim fuerunt feliciores Gentilibus, quoad mediocrem temporalium bonorum felicitatem. 479. c
Chus Chami filius nomen Aethiopiæ dedit. 226. b
Cydaris ſeu Tiara quid ſignificet in ſummo Sacerdote. 89
Cyrus rex permotus Religione, multa Hebræis contulit beneficia diuino monitu. 180. c
Cyrus quàm late regnarit. 282. c
Clades maximæ ceßauerunt poſt Chriſtianam Religionem cultam. 354
Colchi circumcidebantur. 200. c

Compa-

Comparatio fit inter paria. 74.c
Comparatio Regum Iſrael hæreticorum, & Regum Iuda. 175
Comparandi Reges cum Regibus, in comparatione bonorum ac malorum, feliciſſimique cum feliciſsimis, & infeliciſſimi infeliciſſimis, medij cum medijs, plebei cum plebeis, vt late cap. 19. lib. 1. 74
Conſtantinus feliciſsimus Imperatorum omnium. 406.a
Cornelius Centurio verum Deum colebat. 234.a

D

Danaus qui, & quando in Græciam profectus. 319.b
Danici regni tria tempora, quibus illud maxime felix fuit. 466.c
Daniel religioſis actibus euectus eſt ad temporalium bonorum felicitatem. 179.b
Darius in ſublime extullit Danielem. 180.b
Darius Cambyſis ſucceſſor vouit ſe reſtauraturum templum, ſi regnum adipiſceretur. 181.a
Multis modis amplificauit Iudæos. 163
Darius primus ampliauit maxime Perſica regna. 269.b
Dauid ob religionem acquiſiuit, ac tranſmiſit ad poſteros Regnum. 164.a
Salomonem ſucceſſorem accepit, ex quo templo, & Arcæ locum aſsignauit. 165.d
Dauidis vna familia regnauit, cum nouem Regum familiæ regnaſſent in Iſrael. 175.b
Deus eſt ſupra ordinem naturæ, vt illum perficiat, extollat. 12
Deus ſemetipſum contemplans, & amans, vbique contemplatur atque amatur. 38.b
Deus ſpeciatim bonos tuetur. 141.b
Deus cur vocetur exercituum Deus. 142.b
Dodanion Dodonæ nomen dedit. 124.d
Dominium ſpirituale ſubordinat ſibi temporale. 71.72
Dominium temporale non debetur alicui, niſi in omnibus ſpirituali ſubiectum ex inſtituto diuino, cæleſti, ac natura. 149.b

E

Ebrij ſunt Ariſtoteli, qui mundum caſu agi volunt. 1
Eccleſia Chriſtiana eſt inſtar Reipublicæ, ac Romanæ comparatur,

tur, quoad temporalium felicitatem. 504
Eccleſia Chriſti quo magis opprimitur, denique magis dilatatur atque extollitur quoad temporalem felicitatem. 38.c
Eccleſiæ futuram temporalium bonorum ſummam felicitatem, multis argumentis comprobatur. 36.a
Eleazar ſacerdos ſummus, imprimis diuiſit terram promiſſionis. 160.a
Eliſa filius Iauan Elidi nomen, & Eliſæ fluuio dedit. 223.d
Ephod ſummi ſacerdotis, quid ſignificaret. 86.d
Epiſcopi Chriſtiani, feliciores quam reliqui huiuſmodi aliarum gentium. 484
Epiſcoporum, Senatorumque collatio, quoad temporalem felicitatem. 376.c
Erythria, & Erythra quæ. 206
Erythrei qui, & vnde. 207
Eſau prole quæ, & quam late patens. 206.a
Eſdræ quid Artaxerxes promiſerit, ac donarit. 181.b.c
Euentus octo antiquiſſima, quibus palam fit à Religione pendere temporalium felicitatem. 242.a
Ezechias felix ob cultam religionem. 170.b.c

F

Felicitas eſt omnium finis. 5
Felicitas eſt munus diuiniſſimum. 8
Non eſt otioſa. 161
Eſt actio perfecta. 6
Non eſt pueri, aut vitæ breuis, ſed perfectæ. 161
Ac ſecundum perfectam virtutem. 161
Felicitas eſt actio immanens non tranſiens. 161
Felicitas actiua, & contemplatiua: illa in virtutibus acquirendis & exercendis, hæc in Deo contemplando. 9
Felicitas eſt magis in amando Deo quam contemplando. 18.b
Felicitas temporalium eſt in decenti ſufficientia ad virtutes. 21.b
Felicitas non poteſt à nobis propagari in alios, niſi per aliqua externa bona. 23.d
Felicitas temporalium pendet à religione, vt fine cauſa efficiente, ac formali. 47. & inde.
Felicitatem augent pericula ſuperata per virtutem. 27.b
Felicitatem augent, vel minuunt accidentaliter euenientia poſt mortem. 19.d

Feli-

Felicitatem temporalem, Gentium, Regnorumque pendere à vera religione, comprobatur omnibus à cap. 6. lib. 6. ad finem.
Felicitatis ſummum eſt in contemplatione Dei . 6
Complectitur bona corporis, atque externa vt inſtrumenta . 8
Felicior eſt qui tantillo animi bono præſtat, quàm qui innumeris alijs. 7
Felicior eſt qui magis amat, quam qui cognoſcit. 18. d
Felicior eſt accidentaliter, qui pari virtutum gradu, ſuperat alium temporalibus bonis. 22. d
Felices vult Ariſtoteles eſſe aliquos ex impulſu diuino. 93. c
Filij vitioſorum male habitudinis oriuntur. 43
Florentina Reſpublica comparatur Spartanæ, quoad temporalem felicitatem. 507
Fortis optat in prælio mori. 25. c

G

GAlli quo tempore eruperint in Italiam, miſerrimeque illam perdiderint. 261. d
Gallici Regni ſeptem tempora, quibus illud maxime felix fuit. 439. d
Gedeon per religionem felix. 142. d
Gentiles poterant ſaluari, & eorum multi ſaluati ſunt abſque circumciſione. 228. c
Genuenſis Reſpublica comparatur Athenienſi, in temporali felicitate. 507
Germaniæ regnum quinque temporibus maxime felix fuit. 423
Gigantum ſoboles. 341. b. 328, b. c
Gomer cimerijs Cimbris, & Gomaris nomen dedit.
Gratia gratificans eſt habitus infuſus, intime ciens ad amandum. 12
Græci per quot annos abborruerint à fabulis contra Deos fictis, 232. d
Putabant animas Heroum deferri ad inferos. 233. a
Græci quo tempore maxime floruerint. 242. 243
Græci euerſa Troia miſerabiliter afflicti. 257. c

H

HEber nomen Iberis Aſiaticis dedit. 221. d
Hebræi in Aegypto fecere eoſdem progreſſus religionis, ac tempora-

poralis felicitatis. 176. d
Et poſtquam ſunt egreſſi ex Aegypto. 158. a
Hebræorum Reſpub. nacta eſt ſtabilitatem iiſdem modis, quibus eſt inter eos ſtabilita religio. 165. d
Hebræis in Aegypto oppreſſis, quæ mala orbi contigerint. 154. a
Heli ob contemptam religionem infœlix. 159. a
Heliodorus auſus ingredi templum, cælitus eſt percuſſus. 184. c
Heraclidarum, & Mahometis cognationes comparantur cum Catholicis. 501
Herodes regnum nactus ab Antonio, deinde Octauiano. 193. a
Herodes quibus gradibus ad felicitatem, infelicitatemque peruenit, religioni aut fauens, aut repugnans. 195. c
Hercules Lybicus vxorem duxit Abrahæ Neptim. 200. c
Herculis euenta. 320. a
Hæretici poſt Atheos omnium peſſimi. 62. b
Hæretici ſua regna tueri nunquam diu potuerunt. 65. d
Hæretico imperante, concidit Orientale imperium. 421. a
Heroes qui ſint, quam ſimiles Deo, illis omnia committenda: bene eſt, vt iis omnes ſe ſubiiciant. 13
Heroibus non ſacrificabatur, ſed parentabatur. 239. c
Heroum tempora ab Ariſtotele laudantur. 242. a
Hierico expugnata eſt actibus religionis. 159. d
Hieroſolyma à Nabuchodonoſoro euerſa, quæ mala contigerint orbi. 166
Hieroſolyma impietatis ſentina, cum fuit euerſa à Nabuchodonoſoro. 180. c
Hippocratis iuſiurandum. 96. b
Hyrcanus Iamnei ſiue Alexandri filius Pontifex ſummus. 191. a
Hiſpaniæ regnum tribus temporibus maxime fœlix. 435
Hyſtaſpes vera de Deo Perſis ſcripſit. 231. b
Homerus & Heſiodus apud inferos cruciati. 235. d
Homeritæ Arabes numeroſiſſimi circumcidebantur. 206. d
Homo quatenus eſt præditus religione, eſt cauſa finalis omnium rerum ſenſibilium. 17. d
Homo dicitur ad imaginem Dei factus, quia cognoſcit, atque amat Deum. 39. b
Homo transfert cuncta in vſum ſuum, quæ nulli rei ſeruire alioquin videntur. 16. b
Hominum cætus quinque differentias ſortiuntur ex ipſa differentia religionis. 5. c

Honor virtuti datus eſt aliquid diuinum. 27.a
Honor conſequitur bonos licet inopes ac nudos. 30.d
Hoſtanes Perſis vera de Deo ſcripſit. 231.b
Humana actio dicitur quæ à ſciente, & eligente procedit. 61.d

I

Iacob, & Ioſephus fecere eoſdem progreſſus religionis & temporalis felicitatis. 153
Iaddus Pontifex occurrens Alexandro Magno eum ſibi conciliat. 182.d
Iaphetus quomodo benedictus. 216.d
Iamneus dictus Alexander Pontifex e poſteris Machabæorum. 191.c
Iaſon ſiue Ieſus impius Oniam Pontificatu depellit, & ipſe à Menelao depulſus. 185
Iauan Ioniæ nomen dedit. 223.b
Ibici mirabile euentum. 136.d
Idumei vnde dicti. 206
Quam late paterent. 207.b
Iectan tenuit Indias. 221.d
Iehu ſolus ex Iſraelis Regibus regnum tranſmittit ad quartam generationem, ob interfectos ſacerdotes Baal. 174.b
Ieiunium pulchriores facit pueros Hebræos. 178.c
Ieroboam infelix ob contemptam religionem. 173.d
Imperfecti indigent maiori externorum bonorum abundantia, ne excidant ab omni felicitate. 33.c
Impij puniuntur iiſdem pœnis, quibus pios ipſi opprimunt. 278
Impij delentur per quæ conantur ipſi pios delere. 283
Imperia quælibet ad ſummum tunc peruenere, cum rectæ religioni, autæius cultoribus fauerunt. 342
Imperatorum tres occiſi olim pro vno Romano Pontifice. 373
Imperatorum, Pontificumque Romanorum collatio, quoad temporalem felicitatem. 373
Imperatorum, Imperiorumque Chriſtianorum felicia, vel infelicia geſta, & euenta referuntur libro ſeptimo. 405
Imperatores noſtri feliciores Gentilibus. 488
Infideles minus mali Atheis, hæreticis, & Iudæis. 62.c
Infideles magis tutati ſunt ſua regna, quam Iudæi & hæretici. 68.a
Inſtrumentis non eſt vis perducendi ad vltimam perfectionem, niſi à ſuperiore agente. 15

Intel-

Intelligentiæ mouent cœlum ob amatum Deum & contemplatum, hinc omnia gignuntur. 130.a

Ioas felix, quamdiu coluit religionem. 169.c.d

Ioachaz, & Ioachim infelices ob contemptam religionem. 171.b.c

Ioannes Pontifex Ieſum fratrem necauit in templo, quod ambiret Pontificatum. 182.b

Ioanni, ſeu Ionathæ defuncto Iaddus ſufficitur, qui Alexandro Magno occurrit. 182.c

Ioannes Hyrcani Simonis Machabæi filius Pontificatum geſſit. 189.d

Ioadas ſummus Sacerdos regnum confert Ioas 169.b

Vixit annis centum triginta. 169.c

Ioram infelix ob contemptam religionem. 186.d

Ioſaphat felix ob cultam religionem. 168.d

Ioſue religionis actibus proceſſit feliciter. 159.c

Iouis ac Saturni vera hiſtoria. 235.c

Iſmaelis proles quæ. 204.c

Iudæi poſt Atheos & hæreticos peſſimi omnium. 62.b

Iudæi magis durarunt, ac ſua regna tutati ſunt, quam hæretici. 68.a

Iudæi captiui à Babylone per religionem emerſerunt e captiuitatis miſeria. 179

Iudæi ob religionem prouecti maxime à multis Ptolomæorum & Seleucidarum. 183

Iudæi magnam felicitatem temporalium receperunt per Machabæos. 190.c

Iudæorum extremæ miſeriæ poſt hæreticos in ſocietatem adminiſtrandi publicâ acceptos. 193.c

Iudæos refert ex aliȷs Tacitus tempore Iouis inſediſſe nouiſſimis Lybiæ locis. 200.c

Iudæis in Babylonicam ſeruitutem abductis, quæ mala orbi euenerint. 260

Iudas Machabæus belli dux à patre relictus Simoni in omnibus ſuffectus. 186

Iuppiter quibus locis imperarit. 238.d

Ius ſtatus eſt in ſacris ac ſacerdotibus. 110.c

L

Lycaon in Arcadia quis, & quando. 255.d

Lycȷj olim Solymi. 221.b

Lud quartus filius Semi, Lydiam, Syriam, Ciliciamque tenuit. 120.b

MAchabæi fecerunt eoſdem progreſſus felicitatis temporalis, ac religionis. 186
Machabæorum felicitas. 190. & ſeq.
Machabæorum poſteri hæreticis ſe ſe adiungentes ab omni felicitate exciderunt. 193. & inde.
Macrones ad Thermodontem, Partheniumque circumcidebantur. 200. c
Madian quæ. 201.a
Madai Mediæ nomen dedit. 223.a
Magi vnde. 231.c
Magi fuere Medorum populi. 223.a
Mahometis cognatio cum noſtris comparatur. 501
Mali cum bonis aliquid agunt, & ipſi aliquid merentur. 49.a
Mali puniuntur extraordinarijs modis à Deo, vbi ordinarij deſunt. 134.d
Manaſſes infelix ob contemptam religionem. 170. d
Martyribus deficientibus in locis hæreſum plenis, ea deueniunt in barbarorum poteſtatem, contra vbi adſunt illi. 513
Mathathias cum quinque filijs Machabæis arma in Epiphanem ſumpſit. 189. b
Menelaus Iaddi frater à Nehemia arcetur ingreſſu templi, quia alienigenam duxiſſet vxorem. 182. d
Menelaus ſchiſmaticus, & impius in Samariam ſeceſſit. 185. d
Ex altiſſima turri præcipitatus. 187. a
Mercurius Triſmegiſtus multa vera de Deo docuit Aegyptios. 132.b
Meretur ex condigno Chriſtus alijs gratiam, & temporalia ad hanc vtilia. 44. d
Meretur ex condigno exiſtens in gratia quæcumque temporalia ſunt vtilia ſibi ad ſalutem. 44. c
Michol vxor Dauidis, ob contemptam religionem prole caruit. 164. c
Miſraim nomen Aegypto dedit. 226. c
Moyſes fecit eoſdem progreſſus religionis, ac temporalis felicitatis. 157. c

Moyſis virga cur tanta efficeret. 158.c
Moſoch Moſchis nomen dedit. 224
Mundus ſtat propter bonos. 32. b
Mundo felicius eſt, poſtquam Chriſtus eſt omnium rerum Dominus conſtitutus. 352.a 353.d

N

Nabuchodonoſoris in belluam mutatus, ob elationem mentis. 179. a. b
Nabathei ob Iſmaele prognati. 208.c
Nabath rex infelix ob contemptam religionem. 173.c
Nationes quinquaginta quatuor delete, à quibus Hebræi vexati. 267.
Nationes multæ expulſæ e patrijs ſedibus euerſa à Nabuchodonoſoro Hieroſolyma. 266.c
Natura ſemper appetit quod melius eſt. 147.c 123.a
Naturalium rerum ſex ſunt differentiæ, quæ bona temporalia pendere à religione modo ſuo teſtantur. 144
Illæ ſunt elementa, mixta imperfecta, perfecta, inanima, vegetabilia, ſentientia, rationalia, horum quodlibet nobiliori, ac ſuperiori ſeruit. cuncta homini quatenus hic rationi ſeruit, atque hæc Deo, ſine quo ratio degenerat in belluinam naturam. 144
Nauigationes Tharſis, & Ophir inſtitutæ à Salomone fuerunt diuerſæ. 331. d
Nembrothus gigas auctor conſtituendæ Babylonicæ turris. 218.b
Nini fabulæ refelluntur. 297
Niniuiticum regnum duobus temporibus maxime floruit. 290
Niniuiticorum regum fabulæ à Cteſia Gnidio proditæ refelluntur. 291.c
Noe poſteri quibus locis inſederint, late toto libro quarto.

O

Opes ſequuntur bonos inopes aliquo modo. 31.c
Ordo duplex in rebus. 126.b
Orientale imperium octo temporibus maxime felix fuit. 410.b
Oſyris, ac Dionyſius, Apis, Serapis idem in Nyſa educatus. 243.d

Othomanica familia confertur cum Auſtriaca, quoad temporalium bonorum felicitatem. 491. c
Ozias felix quamdiu coluit religionem, 170. a

P

Patientia Chriſtiana non minuit bellicum robur. 529
Pelaſgi in Italiam quando profecti. 254. b
Pœnas publicas exiſtimabant ſe auertere antiqui, cum deuouebant ſe pro illis. 53. b
Perfecti pauciſsimis egent. 22. c
Perfectum eſt, cuius nihil eſt extra ipſum. 22. c
Perſæ exiſtimabant à religione eſſe omne bonum. 106. a
Perſæ tribus temporibus maxime floruerunt cum veræ religioni fauerunt. 287
Perſicum regnum vetuſtiſſimum ſimul atque ampliſſimum. 287. a
Pherecides Syrus. 333. d
Philoſophia ad Græcos vnde profecta. 211. d
Phut Africæ terras occupauit. 227. b
Polonici regni quinque tempora, quibus illud maxime felix fuit. 470. b
Pompeius fauet Hyrcano vero Pontifici, aduerſus eius fratrem Ariſtobolum, qui Parthos aduocarat. 192. c
Subegit Iudæam. 193. a
Pontifex Chriſtianorum ſummus eſt felicior quoad temporalem felicitatem, quam quiuis huiuſmodi aliarum gentium. 484
Pontificum & Imperatorum collatio, quoad temporalem felicitatem. 373
Pontifices ſummi quam male habiti, ruente Iudæorum Rep. & ad interitum properante. 198. c
Pontifici ſummo in omni Rep. bene conſtituta prima debentur. 70. c
Et toto libro ſecundo.
Pontifici ſummo primas deberi ſtatuit Deus. 64. d
Pontificis ſummi tunica, talaris, ſiue poderis, ephod, cydaris, triplex corona, quid ſignificarent. 87
Pontifex ſummus orbem terrarum geſtare humeris dicebatur. 87
Pontifex ſummus eſt, per quem defluunt bona cælitus. 85. a
Pontificibus ſummis primas dabant in Repub.
Plato, Ariſtoteles, ac cæteri omnes, de quibus à cap. 2. lib. 2. ad 8. 88

Pontifici ſummo obedire debebant duces Hebræorum. 159.b
Pontifex ſummus diuiſit terram diſtributionis. 160.a
Pontifices ſummi cuncta regebant merum, mixtumque habentes imperium regnantibus Perſis. 181
Prophetijs multis comprobatur Eccleſiæ futuram temporalium bonorum felicitatem. 364.b
Ptolomæus Lagi Iudæis fauit. 183.b
Ptolomæus Philadelphus maxime fauit Iudæis. 183.d

R

Reges Hebræorum ſacerdotibus obedire obligati erant. 163
Reges Hebræorum viginti vnus, aut duo, qui boni, qui mali, felices aut infelices diutius regnantes, aut breuius. 171.d
Reges Iſrael fuere decem, & octo, regnaruntque quamdiu duodecim reges Iudæ. 174.d
Decem fuero ex illis interfecti: e regibus Iuda viginti, & vno quatuor tantum. 175.a
Reges orbis totius occiſi, poſt Hieroſolymam à Nabuchodonoſoro exciſam. 266
Regum Iſrael, & Iuda comparatio, quoad temporalium felicitatem, cum tredecim obſeruationibus. 175
Regna corruerunt ijs vijs, quibus ad culmen felicitatis contra pietatem contendebant. 344
Regnorum, Gentiumque temporalem felicitatem pendere à religione, late comprobatur libro ſexto, & Concilijs, Doctorum, Sanctorum, Pontificum, regumque dictis. 389
Regnorum, Regumque Germanorum, Hiſpanorum, Gallorum, Anglorum, Danorum, Polonorum geſta, & euenta felicia & infelicia, ſummatim referantur toto libro ſeptimo. 421
Religio eſt cauſa finalis temporalium bonorum. 38
Quo pacto eſt efficiens, ac meritoria. 41. 44
Religio eſt cauſa formalis humanæ felicitatis. 57
Eadem cauſa exemplaris virtutum, per quas ſtant bona temporalia. 58
Religio eſt primum præceptum iuris gentium. 21.d
111.d
Religionis actibus præcedentibus ter Hebræi mirabiliter liberati ſunt ab hoſtibus, poſtquam ſunt egreſſi ex Aegypto. 142.d
Religioni innititur omnis cœtus hominum, ac ſine illa nullus vnquam

potuit conſiſtere. 60
Rhampſes, ac Pheron filius Seſoſtris idem. 306.d
Riphat Ripheis nomen dedit. 222.d
Roboam infelix ob religionem contemptam. 168.a
Romani putabant à religione omnia pendere. 107.b
Romani Iudæam deuincunt. 193.a
Romani quibus ob impietatem cladibus afflicti. 337
Romanum imperium tribus temporibus maxime felix fuit. 405
Ruinarum principium vnde. 217.a

S

Sabæi vnde dicti. 200.a
Sabath quæ, ac regina Sabæ. 201.c
Sacerdotes Chriſtiani temporaliter feliciores, quam quiuis huiuſmodi aliarum gentium. 484
Sacerdotes dabant, & auferebant regnum Hebræorum. 163
Sacerdotium eſt omnium bonorum ſumma. 86.b
Sacrificari Ioui, quis inſtituerit. 239.b
Saducæi hæretici. 191. 193
Salomon nactus eſt regnum, regnique ſucceſſores filios, ob cultam religionem. 162.d
Salomon excidere cæpit à temporali felicitate, cum ſimul excidit à religione. 167.b
Salmanaſar de religione vera ſenſit. 294.c
Sampſon per religionem felix. 142.d
Samuel per religionem felix. 142.d
Sanabalathus Darij Præfectus, fauet Menelao genero ambienti Pontificatum aduerſus Iaddum fratrem. 182.c
Sapiens eſt liber, & quid pertineat ad ſapientiam. 12
Saraceni vnde dicti, & qui. 204.d
Saturni vera hiſtoria. 235.c
Saturnus melior factus, poſtquam fuit eiectus à Ioue. 247.d
Saul ob contemptam religionem regnum amiſit. 163.b
Sæcula ferrea quando, & cur. 248.a
Sedecias infelix ob contemptam religionem. 171.c
Seleucus Nicanor Iudæis fauit. 171.c
Semi poſteritas quomodo benedicta. 216.d
Semi poſteritas maxime longæua. 249.d
Semiramidis fabulæ refelluntur. 291.c

Senatorum Romanorum collatio cum Epiſcopis antiquis, quoad temporalium bonorum felicitatem. 376.c
Serapim qui fuerit. 243.d
Seſoſtris qui fuerit, neque eſt idem cum Seſac. 304.d
Idem cum Sethoſi, & Zetho. 300.d
Fauit circumciſis, & Aegyptijs ſacerdotibus nihil tribuit. 308.a
Latiſſime regnauit. 316.b
Sibylla Erythrea Græcis multa cecinit ad verum Dei cultum pertinentia. 239.c
Simon Oniæ filius celebratur ab Eccleſiaſtico. 183.b
Sinenſium reges cum Auſtriacis comparantur, quoad temporalium felicitatem. 497.c
Solymi dicebantur olim Lycij à Sale. 221.b
Spartani ab Abrahamo ſibi genus aſſerebant. 209.a
Eorum coloniæ in Italia. 203

T

TAnis vrbs quæ ſit, eadem cum Sai quam longe à Thebis diſtet. 303.a
Tellus felix à Solone prædicatus. 26.c
Templum quam male haberetur à Iudæis, cum Nabuchodonoſorus illud euertit. 300
Thales Tyrius à Cadmo prognatus. 333.a
Tharſis nomen Tharſo vrbi, ac fluuio dedit. 223.d
Tharſis nauigatio quænam fuerit. 331.d
Thebarum pars in Arabia. 307.c 313.b
Theman Thimanei, & Themanei. 208.a
Theman vrbs ſapientiæ dedita. 333.b
Theodoſius feliciſſimus Imperator, & maxime pius. 407.d
Thogorma Thogormis nomen dedit. 222.d
Tubal Tybarenis nomen dedit. 224.d
Tiara ſummi Sacerdotis quid ſignificaret. 87.b
Triplex corona in eadem quid. 87.b
Tyrus Sidon, & Aradus vnde. 207.c
Tyras nomen dedit Tyris, ac Tyræ fluuio, vnde Thraces, quaſi Tyraces. 225.b
Tyrus noua condita ab Idumæis. 325
Bene ſentiebat de diuinis. 328.c
Titan qui fuerit. 235.c

Troia quando euerſa. 256.c

V

Valentinianus III. Eccleſiaſticæ poteſtatis, Imperijque Romani euerſor. 409
Veneta Repub. comparatur cum Carthaginenſi. 507
Viri maximi non fuerunt admodum diuites. 36.d
Virtutes ſunt connexæ. 6.c
Virtutes Cardinales quomodo ſint cauſa efficiens temporalium bonorum. 41
Vogezes Artaxerxis regis Præfectus templum violauit ingreſſu ſuo. 182.c
Voluptas conſequitur felicitatem. 8
Voluptas ſolida bonos conſequitur. 32.c
Vranus qui fuerit: idem cum Iapheto, & Atlante. 238.d
Vrbes totius orbis nobiliſſimæ, euerſæ poſt euerſam Hieruſalem. 266.c

Z

Zanobia Iudæa ſibi genus eſſe à Semiramide, Didone, & Cleopatra aſſerebat Orientis regina, Romam ducta Zanobiorum gentem conſtituit. 208.d
Zethus, Sethoſis, ac Seſoſtris idem. 306.d

F I N I S.

Laus Deo, & Virgini Matri Mariæ.

ERRATA.

Pag.3. lit.c. poſsimus id: poſsumus id: 4.d. mentem:mente: 8.c.lorporis: corporis: 9.a.b. ſeruienſium quod:ſeruientiū, quod: 9.a. excelleutior alio: excellentior,alio: 17.b.q.9.21: q.9.d.21: 17.d. ineſt: inſerit:inſitæ: ab ipſo inſitæ: 24. c.d. poſsiti: poſsit: 25.d. maximæ: maximè: 26. b. ſibi: tibi: ſi huiuſmodi: ſic huiuſmodi: 31.d. earum: eorum: 38. d. creata: increata: 44. c. mobilium vidimus: mobilium. vidimus: 44. c. mortalis: moralis: 45. d. ordinare: ordinat: 47. c. condonaret? condonaret. 49. b. decipiet: diripiet: d. mnla, multa: 50. b. quod: qui: ſancta: ſancta per Chriſtum caput: 59. a. vſque: vſquam: 66.a. Oſtrogothas: Oſtrogothos: c. quod orientales: qui orientales: d. propterea. præterea. 73. c. attrahiti. attrahit. 98. b. vitæ longioris: dele: 102. a. oſtendebantur: oſtendebant: a.ſubiecerent: ſubijcerent: 103.d. ſubuerteretur: ſubuertetur: 121. a. impreſsione: impreſsionem: 122. d. Mercurij, & Veneris: dele hoc: 137. b. indirijs: indicijs: 140. c. in alijs: ex alijs: d. per quod eſt: quod eſt per ſe: 146. a. adnaſcatur: adnaſcantur: 149. c. huiuſmodi: homini: 164. a. illa: dele: 167. d. deditur: dedit: 170. a. eſt,auſus: eſt auſus: 172. a. in omuibus, plerumque: in omnibus plerumque: 176. pachimo: Ioachimo: 178. a. quamobrem cum: cumque: 183. b. accedisse: accidiſſe: 200. b. Trogoditas: Troglodytas: 201. d. illi: adde ſnbiectos: 208. b. Herodemum fuiſſe. Herodem fuiſſe: Iudumæ: Idumæum: 210. d. innitiari: inficiari: 212. a. foje: foret: 220. b. Noe: Semi: 220. c. capite. e: capite: 221. a. quod ludis: qui ludis: 222. c. circumſteter: circumſtetere: 236. illu: illum: 237. b. ſeutentia: ſententia: 240. a. homini: huiuſmodi: 244. vocatur: vocetur: 245. c. ab: ad: 247. a. ſex: octo: 249.b. ſubiectæ: ſnbiectas: c num: non: 254. d. explioabuntur: explicabuntur: 255. a. tuliſſet: tuliſſe: c. aut: autem: 256. d. Dauni: Daunia: 258. a. pecunir: pecunijs: 259. c. Chariſtus: Chriſtus: 263. c. Scythi: Scythæ: d. alis: alijs: 264. d. Hæbraicæ: Hæbraicè: d. Sauorum: ſeruorum: 271. b. aliequot: aliquot: 274. a alij: alijs: 275. b. admodum: dele: 292. b. adieciſſei: adieciſſet: b. veriſimilitudiui: veriſimilitudinis: 303. a. in Aquiloue: dele in: 306. a. redigiſſe: redijſſe: 307. a. ſcribit: dele: 308.c. quicumque: quæcumque: 309.c. Thucydidis: Thucydides: 31c. d. immiſit: adde vltimam Ægypto ruinam: 317. a. à Seſoſtri: Seſoſtrim: 318. a. nuumero: numero: 319. d. meminimus: adde adijcit Strabo lib. 9. à Cecrope Atticam in oppida duodecim diuiſam more, vt diximus ſupra,Iſmaleitarum: 226. b. vel: dele: 228. b. generis eſſe: adde à Phænicibus præterea circumciſionem ſeruatam, vult Herodianus lib.5. 331. a. à Syrij: à Tyrijs: b. profuguo: perfugio: 334. b. conziſſet: cinxiſſet: 342. a. verum: veram: 353. a. tenderet: tenderent: 360. b. quicumque: quæcumque: c. illæ: illi: d. pelliciant: pelliciantur: 369. c. poſteamquam: poſteaquam: 373. d. Conſtantinus: Conſtantius: 379. b. faciebat: faciebant: 383. b. qui ſuperat: quod ſuperat: 386.d. egeant: egeat: ſeſquimidia: ſeſquidimidia: 433. d. religionis: regiones: 443. d. abletam: oblatam: 446. a. in Chrouico: dele: 448. a. armorum: annorum: c. xxi. xi. c. Anganenſis: Andegauenſis: 454. d. Clodouerem: Clodoueum: 457. a. eſt ab ano: dele eſt: 464. a. gria: magna: 465. b. nepoti: nepote: 480. d. honores: homines: 500. d. ortum: cultum ab his: 501. a. imperate: Imperatori: 508. c. ſcientiæ: ſcientia: 518. d. 87. 37. 524. d. videmur: videmus: 530. b. vello: vllo: 539. c. perfectis, maximis: Præfectos,Maximos.

REGESTVM.

✠ * ** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy † Zzz.

Aaaa.

Omnia ſunt folia integra, præter Aaaa, quod eſt vnum & dimidium.

R O M Æ,
Apud Gulielmum Facciottum. M. D. X C V I.